(24) + 552 ϕ + (56) ϕ

CB10019.20467

FRXVIII/57

IVSTI HENNINGII BOEHMERI, IC.
POTENTISS. REGI BORVSS. A CONSIL. INTIMIS DIRECTORIS FRIDERICIANAE EIVSDEMQVE PROFESS. IVR. ORDINAR.

IVS PAROCHIALE

AD

FVNDAMENTA GENVINA

REVOCATVM

A SPVRIIS PRINCIPIIS PVRGATVM

ATQE ITA ADORNATVM

VT

IVS ECCLESIASTICVM

PROTESTANTIVM

ILLVSTRARE

ET

VSVM MODERNVM

LIBRI TERTII DECRETALIVM

QVOAD PRAECIPVAS MATERIAS OSTENDERE QVEAT

ADIECTO INDICE TRIPLICI

ET

SVPPLEMENTO NOVO.

EDITIO SEXTA AVCTIOR ET EMENDATIOR.

HALAE MAGDEB. Litteris & impensis ORPHANOTROPHEI. MDCCLX.

Illustrissimo atque Excellentissimo

DOMINO

DN. PAVLO LIBERO BARONI de FVCHS

S. Regiæ Maiestatis Borussicæ
MINISTRO STATVS INTIMO,
Rerum ecclesiasticarum & feudalium
DIRECTORI GRAVISSIMO

Vt &
Sacri Consistorii
PRAESIDI EMINENTISSIMO
&c. &c.

Domino in Malchow, Heinerdorff, Fuchshoffen, Koggen ꝛc.

Domino meo gratiosissimo

Salutem & obsequium.

ILLVSTRISSIME BARO

DOMINE GRATIOSISSIME

VIx elapſum eſt ſeptennium, cum hæc Academia, magni Inſtauratoris nomine Fridericiana dicta, colenni in auguratione, Deo bonisque literis conſecraretur, vbi boni ominis indicium interpretabantur omnes, quod Tu, Illuſtriſſime Baro, illo, quo polles, nitidiſſimo eloquio Magni Principis nomine primus iurium priuilegiorumque interpres fueris. Sed nec deerant, qui nouiter propullantem hanc Academiam in herba ſuffocatum iri ſuſpicabantur, quod tot aliis circumſepta eſſet antiquiſſimis celeberrimisque Academiis, quibus nouæ Fridericianæ luminibus officere, incrementisque eius obicem ponere, facillimum videbatur. Verum enim vero, quod diſertiſſima oratione Tua tunc palam oſtendebas, futurum eſſe, vt, qui in Fridericiana litteris incubuiſſent, palmam eruditionis ac laudem tuliſſe, & ceteris præripuiſſe cenſeri deberent, hoc euentus ipſe luce meridiana clarius comprobauit, dum, gliſcente licet inuidia vicinorum, caput tamen extulit hæc alma Fridericiana, vt nulli alii vel numero Illuſtrium Generoſiſſimorumque bonas literas excolentium cedat, ſed & varii generis ſpeciminibus publi-

publicis in omni ſtudiorum genere ſemet orbi literario commendare allaborauerit; vt adeo, poſtquam ad Regiæ maieſtatis culmen diuina prouidentia potentiſſimus Fridericianæ noſtræ Inſtaurator euectus, hæc quoque eius filia indies felicior reddita, variisque indulgentiæ Regiæ nouis acceſſionibus aucta. Cum vero & mihi inter alios hæc contigerit felicitas, vt extra ordinem docentium numero clementiſſime adſcriberer, hanc vero gratiam Regiam Tuo, Illuſtriſſime Domine, patrocinio Tuaque apud Maieſtatem Regiam facta commendatione obtinuerim, & mihi incumbere ſenſi, ne inter otioſos titulorum aucupatores ſubſiſterem, ſed ſpartam mihi clementiſſime commiſſam pro viribus a Deo conceſſis exornarem. Hunc in finem, vt publicum quoddam induſtriæ meæ teſtimonium extaret, non in proletaria quadam materia, ſed in illa, quæ publice neceſſaria, hactenus tamen plene non tractata, indeque variis difficultatibus inuoluta, hoc faciendum cenſui. Elegi ergo materiam iuris parochialis, cuius natales ex primitiua eccleſia repetii, eius ſucceſſum apud Pontificios demonſtraui, & quæ in noſtris eccleſiis euangelicis retenta, vel vlterius retinenda vel emendanda, ſubieci. Cum autem neminem facilius ſiniſtram aliorum cenſuram incurrere in comperto ſit, quam qui veritatem ex inueteratis erroribus eruere cupit, inde idem quoque fatum me manſurum, facile ſuſpicari poſſum. Interim tamen me ſolatur, quod veritas ſuis non deſtituatur patronis. Quapropter cum S. R. Maieſtas Boruſſiæ Te, Baro Illuſtriſſime, ſummum negotiorum eccleſiaſticorum arbitrum in ſuis terris conſtituerit, Teque Directore hactenus eccleſiæ Brandenburgicæ hanc felici-

 tatem

tatem expertæ, vt indies magis magisque verus Dei cultus, vitæque probitas incrementa sumserit, non existimaui alii, quam Illustrissimæ Excellentiæ Tuæ hunc tractatum consecrandum esse, quippe qui inusitata Tua prudentia, tot annorum in sacris profanisque negotiis accedente experientia, omnium optime, quantum in rebus ecclesiasticis distent æra lupinis, iudicare nosti. Accedit immeritus fauor, quo me largissime prosecutus es, potentissimo Regi mea studia ad functionem Academicam commendando, pro quo, cum aliter non possim, iam publico quodam documento gratus esse compellor. Accipe ergo benigna fronte hanc, quam offero, deuoti animi tesseram, & non tantum tractatum hunc Tuo patrocinio dignare, sed me quoque illorum numero accense, qui seriis apud Deum pro salute Tua totiusque Domus Tuæ Illustrissimæ in publicum regni Borussici & ecclesiæ euangelicæ incrementum fusis precibus officium suum explere conantur. DEVS adsit votis, & in seram vsque ætatem Te viuere sinat feliciter!

ILLVSTRISSIMAE EXCELLENTIAE
TVAE

Dab. Halæ d. XXVIII. Sept.
CIↃ IↃCC III.

deuotissimus clien

IVSTVS HENNINGIVS BOEHMER.

SAMVEL STRYKIVS IC.
REGIAE MAIEST. BORVSS. CONSIL. INTIMVS ET FAC. IVRID. ORDINARIVS

VIRO

NOBILISSIMO ET CONSVLTISSIMO
DN. IVST. HENNINGIO BOEHMERO,
IVRIVM PROFESSORI OPTIME MERENTI,

Salutem!

Elicatum thema aggreſſus es, Vir conſultiſſime, de iure parochiali publice commentando, quod cum immotis non nitatur fundamentis, facile in vtramque partem, quicquid eo pertinet, diſputari poſſe conſtat. Verum vtile pariter ac ſcitu neceſſarium hoc thema eſt, vtpote quod ita eccleſias etiam euangelicas inuaſit, vt pro limitibus parochiarum defendendis æque pugnetur, quam quidem illi ſolent, qui finium regundorum iudicio in publicis pariter ac priuatis negotiis coram iudice experiuntur. Quapropter omnino conſultum eſt, in eiusmodi materiis non ſemper cum vulgo eadem oberrare chorda, ſed quid veritatis in vulgaribus eiusmodi certaminibus ſubſit, eo penitius inquirere, quo

quo grauius quandoque nocent lites inter diuersos parochiarum ministros exortæ, de læso iure parochiali, & commodis inde dependentibus alteri præreptis. Equidem negari nequit, simulacra quædam parochiarum in sacris literis occurrere; vbi Apostoli ciuitatibus dertos præfecerunt Presbyteros, vt curam conseruanræ & propagandæ fidei inter conuersos ad Christum gecerent; nuspiam vero apparet, aliis ad illum locum venientibus viam fuisse præclusam, in eadem ciuitate verbum DEI prædicandi, aut alias sacræ functionis partes expediendi, sed pronis vlnis fratres aliunde aduenientes, de quorum vitæ doctrinæque integritate constabat, excipiebant, & quousque libuisset, in consortium muneris recipiebant. Imo gratulabantur sibi, si ex aliis locis in publicum producere possent testes veritatis, satanæ opera destructuros, & Christi regnum promoturos. Etenim quid gratius esse debebat genuino Christi ministro, quam si in sancto isto, cui præfectus est, opere, vt scilicet auditorum suorum salutem omni studio promoueat, plures concurrere videat, qui suppetias ferant laboranti, & aberrantes oues ad ouile Christi coniuncta manu reducere conentur. Nec enim quispiam in munere ecclesiastico ita perfectum se censere debeat, quasi nullius opis indigus, ipse auditorum saluti promouendæ solus sufficere possit. Reputandum potius vnicuique, dona Spiritus Sancti non æquali mensura inter illos, qui ecclesiæ inseruiunt, distributa esse; sed, quæ summi Numinis in donis suis distribuendis prudentia est, vni decuplo, vni quintuplo ampliora tributa esse, quam alii; vt hinc alter in altero

Spiri-

Spiritus Sancti charismata venerari, non illa contemnere aut odio vel inuidia prosequi, multo minus impedire debeat, ne ex thesauro mentis suæ proferat alter, quæ multorum saluti proficere possint. Sane illorum, qui hic resistunt, non dissimilis ratio est, quam Pastorum, qui gregis sui securitati prospecturi lupo aduentanti clamore maximo resistunt, sed cum nihilominus gregem lanienæ luporum expositum videant, nec ipsi succurrere possint, pastores vicinos opem laturos repellunt, & se, contra lupos clamitando, suo satis feciſſe officio prætendunt. Verum enim vero post tempora Apostolorum, vbi ecclesiæ ad formam regiminis secularis administrari cœperunt, consuetudo ista inualuit, quemque ministrorum ita ecclesiæ suæ addicere, vt excluſus maneret ab aliorum parochianorum consortio, si non in comedendo aut compotando, certe in mysteriis verbi diuini exponendis, & animarum ægrotantium morbis repellendis. Sane vna Christi vinea est ecclesia, in qua licet laborandum omnibus pro ratione commissæ functionis, non tamen ægre ferendum, si inuicem sibi succurrant in eadem vinea laborantes, quo eo melius & commodius opus Domini promoueatur, & zizania vitibus noxia vbiuis eradicentur. Incrementa vero sumsit hoc sacrum monopolium, postquam nulla pars functionis ecclesiasticæ sine lucro pecuniario exerceri cœpit, vbi eo impensius & acerbius limites parochiarum vindicantur, non vt animabus Auditorum consulatur, sed ne lucrum quoddam parochiale ad vicinum ecclesiæ ministrum deuoluatur. Quæ res non tantum inter diuersas parochias, sed etiam inter diuersos eiusdem parochiæ mini-

ſtros tot odiis & ſimultatibus anſam præbere ſolet, vt iurati quandoque hoſtes fiant, talesque mori malint, quam in gratiam redire cum illis, a quibus ſe commodo quodam pecuniario priuatos exiſtimant. Ne autem hæc temere dixiſſe videar, euoluat, cui volupe eſt, Conſiſtoriorum acta & videat, an vnquam eccleſiæ miniſter alterum de neglectu animarum, diaboli laqueis irretitarum, ex quibus per Dei gratiam, ſi maior paſtorum ſolicitudo acceſſiſſet, liberari potuiſſent, conuenerit; annon vero ſemper de præreptis accidentibus & interuerſo quodam lucello concertatum fuerit? Hæc ſane litium materies vt amputaretur, Magnus quondam FRIDERICVS WILHELMVS ELECTOR BRANDENBVRGICVS glorioſiſſimæ memoriæ, ante quadraginta annos ſpeciali Edicto ſanciendum cenſuit, vt omnia accidentia inter eccleſiæ miniſtros æqualiter diſtribuerentur, ne quisquam præ altero præcipuum quicquam haberet; ſed reſtitit illorum, qui iam in poſſeſſione maiorum commodorum erant, auaritia, ne res ad exitum deduceretur. Quod ſi ergo inter diuerſas eiusdem ciuitatis parochias adhuc ſaluberrima iſta ſanctio introduceretur, & æqualitas redituum inter omnes obſeruaretur; ceſſaret inuidia, exularet odium, quisque ſua ſorte contentus viueret, nec, vt ab vna parochia ad alteram, vbi ditiores degunt Auditores, promoueretur, variis artibus adſpiraret. Verum cum de hac materia ſolide & erudite actum ſit in præſenti tractatu, dicta repetere nolo. Vnicum autem in eo prætermiſſum eſſe ſentio, quod in eccleſiis noſtris, ſi ſalus animarum verbi miniſtris curæ cordiue foret, emendandum omnino eſſet, ſcilicet quod in

qua-

quauis eccleſia tot nouæ exſurgant parochiæ, quot in illa ſunt verbi miniſtri; Vnusquisque enim non Auditorum omnium, ſed illorum tantum rationem habet, qui peccatorum confeſſiones coram ipſo exponere ſolent, reliquorum curam Collegis relinquunt, hoc prætextu, quod illorum confeſſionarii non ſint; vnde euenit, vt ſequioris vitæ auditores illos ſeligant Confeſſionarios, quos in emendandis vitiis ſegniores, vel iisdem ſimiliter deditos nouerunt, cum ab his facilius ſe abſolutionem impetraturos confidant, nec aliorum correctioni ſe obnoxios eſſe cenſeant. Quo autem iure, qua conſcientia animarum cura in eadem parochia ita diuidatur, & periculum in ſolum confeſſionarium deuoluatur, quisque ſecum, qui mercenarius eſſe nolit, perpendat; certe præſidium, quo ſe tutatur, nec diuino nec humano iure inuenit; DEVS O. M. rationes exiget de quauis anima pereunte, nec excuſationem tuam admirtet, quod, qui periit, Te confeſſionarium non habuerit; nec vocatio illa, quæ a Patronis proficiſcitur, curam ſalutis reſtringit ad Confeſſores, ſed vt de ſalute Auditorum omnium ſolicitus ſit, exigit, a quo nexu nemo liberabitur, quod alius ex collegis confeſſiones eius audiat, & hinc animarum cura inter ipſos ſit diuiſa: Non enim maiorem hoc præbebit excuſationem, quam ſi plures vnius pupilli tutores adminiſtrationem inter ſe diuiſerint, vbi tamen, ſi vnus pupillo damnum intulerit, non liberabitur alter, cum ſua diuiſione ſe a vinculo iuris, quo in ſolidum conſtringuntur, liberare nequeant. Equidem regeri hic poſſe non diffiteor, in tanto Auditorum numero curam inter diuerſos eccleſiæ miniſtros

ſtros ea propter diſtribuendam eſſe, vt eo accuratius quisque in vitam ac mores ſuorum Confeſſorum inquirere valeat; Sed hoc dubii remanet, an eo ipſo alii miniſtri a culpa perditionis eximantur, & acquieſcere poſſint, quocunque modo collega officium expediat vel non; Et an, ſi viderint hunc male in officio circa abſoluendos etiam notorios peccatores verſari, neceſſariam correptionem omittere, & ita continuandis peccatis occaſionem dare, ipſi coram DEO excuſati ſint, ſi ad hæc taceant, nec ad inſtar tutorum collegam neglecti muneris conueniant, vel ſua ſponte concurrant ad peccatores in viam reducendos. Porro ſi experientiam & praxin eccleſiarum noſtrarum conſulamus, pauci ſunt ex verbi miniſtris, qui accuratam ſuorum confeſſorum, quantum in fide vel vita profecerint, vel defecerint, cognitionem habeant; plerique enim in eo acquieſcunt, ſi nomina illorum conſignauerint, & ſingulis anni quadrantibus illos ad locum confeſſionis redire obſeruauerint: Imo proh dolor! res eo deuenit, vt ſi tandem aliqui conſcientiæ ſtimulis adacti videant, ſe officio paſtorali, quod ad ſingularum ouium ſalutem ſe extendit, ſatisfacere non poſſe, ſi non ſingulas ouiculas penitius nouerint, & inde ad priuatam inſtructionem ſemet offerant, (ad quam ſane vi reſcripti regii in his terris omnes eccleſiæ miniſtri quantum ad ſuos confeſſores ſine exceptione obſtringuntur) illico reſiſtant alii, ne quid noui in eccleſiam introducatur, & ita quaſi ex compacto, quod ſerio dolendum eſt, in ignorantia credendorum & agendorum plerique auditores relinquantur, cuius negligentiæ rationes quomodo reddituri ſint ſummo iudici, ipſi viderint. Sane emphatica celeberrimi quondam Theologi D. Simonis Muſæi verba ſunt, quæ referuntur a Dedekenno *in Conſil. Theolog. p. 1. P. 920.* **Daß ein Prediger nicht allein auf dem Predigt-Stuhl** *publice* **mit groſſem Ernſt das ſeine thue, ſondern auch** *priuatim* **desgleichen, und bilde ihm nicht ein, daß er hie oder damit vor GOtt entſchuldiget ſeyn könne, ſondern halte es vor das allergewiſſeſte, daß ſo lange er noch einig Mittel übrig hat, dadurch des irrenden und gefallenen Seele kan und mag geſuchet werden,**

den, er für GOtt und seinem Gerichte nimmer entschuldiget seyn kan, er nehme dann dasselbe Mittel aufs äusserste zur Hand, und versuche dadurch das Seine, also daß an ihm mit gutem Wissen und Willen nichts mangele. Cuius generis monita plura iam ante aliquot lustra publice exposuimus in *Not. ad ius eccl. Brunn. Lib. 1. c. 6. m. 2.* quæ apud aliquos non sine fructu fuisse percepi. Vtinam tandem vbique mouerentur conscientiæ illorum, qui concione vna vel altera habita acquiescunt, in reliquum tempus secure degentes, & quod peius est, bonum, quod ipsi in salutem Auditorum facere possent, non tantum negligentes, sed & alios id facturos omni conatu impedientes, parum memores illius dicti Iacobæi *cap. 4. vers. vlt. Qui bonum, quod facere posset, omittit, peccatum committit.* Si hoc, omnium grauissime peccabit, qui bonum ipse non facit, & insuper, ne ab aliis fiat, impedit. Verum, vt ad propositum reuertar, bene de ecclesia meruisti, *Vir nobilissime*, quod in originem, fundamentum, ac legitimum vsum iuris parochialis docte inquisiueris, abusum modeste reprehenderis, vsum autem genuinum, qui merito in ecclesiis retinendus, demonstraueris. Non quidem effugies iniquorum censuras, sed nec deerunt æqui rerum æstimatores, qui veritate conuicti, remoto præiudicio, quo plerique fascinati sunt, defectus huius iuris agnoscent, operamque impendent, vt non amplius ob lucrum temporale scindatur vinea Christi, sed coniuncta ministrantium opera, salus auditorum omnium, in vnitate Spiritus Sancti, promoueatur. De cetero, vt spartam Professoriam, tibi nuper a Potentissimo Rege nostro commissam, porro condigne ornes, pluraque solidæ eruditionis tuæ, in honorem DEI salutemque publicam, edas specimina, a DEO O. M. tibi vires animi corporisque apprecor largissimas.

Bene Vale. Dabam e Museo d. XXVII. Sept.
A. R. S. MDCCI.

PRAEFATIO AVCTORIS primæ editioni præmissa.

FAciem nostræ iuris prudentiæ penitius inspicientes animaduertimus, ius ciuile tum *priuatum*, tum *feudale*, quatenus vtrumque in praxi obseruatur, ex peregrinis, vt ita loquar, principiis dependere, & ex his quopue tradi: illud quidem ex *iure Romano*, hoc vero quoad partem haud minimam ex *iuris Longobardici placitis*. De *iure ciuili* nemo forsan dubitabit, cum constet, nos eo non obligari ratione *legislationis* eius, quippe quæ facta ab eiusmodi Imperatoribus, quibus Germania nunquam fuit subiecta. Neque porro *consuetudines Longobardicæ* vim suam propriam vltra Longobardiam extendere poterant, vt adeoque vtrumque ius ex noua & voluntaria apud nos receptione inualuerit, & robur acceperit. Non repetam hic tædiose occasionem huius receptionis, neque damna ex hac iurisprudentiæ Germanicæ illata excutiam; id vnice tantum monebo, eadem fere fata quoque adscribi posse *iuri ecclesiastico*, prout in terris Protestantium obseruatur. Haud quidem dixerim, hoc ius in totum dependere ex principiis peregrinis. Nam in plerisque terris constitutiones, propriæ ecclesiasticæ reperiuntur. Interim nemo negabit, ex praxi communi sæpius prouocari ad ius canonicum, tanquam ad *ius subsidiarium*, imo non raro interpretationem ordinationum ecclesiasticarum ex iure canonico, tanquam vltimo quodam principio, seu iure quodam communi, desumi. Neque hoc fieri sine ratione puto, cum certum sit, constitutiones has in plurimis respondere iuri canonico, & iisdem fere principiis fultas esse, adeoque non incommode inde aliquando interpre-

ta-

tationem desumi. At vero ita reuera ostendimus, ius ecclesiasticum nostrum pro parte *peregrinum* agnoscere *principium*. Merito enim in terris protestantium ratione constitutionis eius ius canonicum *peregrinum* dixeris, postquam Germania quoad maximam partem iugum papale excussit, & iurisdictio ecclesiastica papalis cum omnibus iuris speciebus in territoriis protestantium per solenne instrumentum pacis est suspensa, & Principibus nostris ius *circa sacra* rursus vindicatum & restitutum. Vnde &, qui alias iuri canonico multum inter nostros tribuunt, haud tamen diffitentur, id non aliter in nostris obseruari ecclesiis, quam ex *receptione*, vel etiam, si mauis dicere, ex *tacita retentione*, quatenus non est in totum reiectum, sed continuato vsu nostrarum ecclesiarum in plerisque materiis conseruatum. Nam & hoc casu ex noua & tacita approbatione robur habet, cum reiici poterat, nec tamen reiectum est.

Quamuis vero *iura domestica*, quæ cuiuis reipublicæ sunt propria, vigorem suum habeant omnimodo ex legislatoris voluntate, adeo, vt plerique Dd. contendant, hic non opus esse, probari *obseruantiam*, sed illam adeo præsumi, vt neganti incumbat probatio: diuersa tamen est ratio receptionis *iuris extranei*, vbi sæpe quæstio mouetur, an & quatenus hoc in obseruantiam sit deductum? Cum enim hoc demum ex *receptione* valeat; receptio autem ex obseruantia inducatur, ecquis hic obseruantiam, quæ facti est, præsumi affereret? Quamuis vero hæc principiis iuris apprime conueniant; sæpius tamen hic peccari videas, quod vel pro certo habeatur, obseruantiam iuris extranei esse liquidam & vniuersalem, vel ex aliquot actibus, aut Dd. opinionibus & sententiis obseruantiam induci posse. Promouit hanc opinionem nimium erga iura extranea studium, reiectis iuribus patriis, quibus inprimis & principaliter opera danda erat.

Non patitur ratio instituti, vt id ex iure Romano & feudali illustrem; neque etiam hæc res adeo in obscuro posita est loco, vt ingenuo rerum æstimatori scrupulum iniicere possit: vnice ad ius ecclesiasticum, cuius gratia hæc scribo, prouoco, vbi dolendum, quod nimis acriter sæpe inhæreamus principiis papalibus ex solo amore erga ius canonicum, prouocantes ad obser-

seruantiam fori, ad vsum communem, seponentes interim principia purioris doctrinæ, lucis Euangelii, post reformationem effulgentis. Quid quod adeo sæpe cœco amore ducamur, vt, quæ ex putido hierarchiæ Romanæ fonte profluunt, combinare cum principiis nostræ doctrinæ conemur; vnde tamen, nisi cauillatoria vti velimus interpretatione, non potest non male cohærens iurium moles oriri. Id inde accidisse auguror, quod adhuc valde incertum & ambiguum plerisque esse videatur, in quantum & quatenus sit receptum ius canonicum? Prout ergo aliqua sententia huic vel ille ex iure canonico arridet; eatenus *receptio* statim efformatur, nec difficile est, vel consentientes reperire, quoniam nulla sententia tam improbabilis, quæ non rationibus colorari aut a defensoribus incrustari possit. E contrario si loco fundamenti obseruantiæ iuris canonici substerneretur *recta ratio* & *lux vera Euangelii*, ita vt, quicquid ab his abhorreret, quicquid eorum splendorem & efficaciam impediret, remoueretur, & pro obseruantia inefficaci agnosceretur, sine dubio lux maior iuri ecclesiastico suboriretur.

Quin vero illa per DEI gratiam exoritura sit, non dubitandum est, postquam hisce præsertim temporibus vberiorem mensuram gratiæ diuinæ experti sumus: ita vt *lux veritatis* indies magis magisque nos ex tenebris eripiat, & ea felicitate perfrui possimus, qua maiores nostri ob conditionem temporum & defectum subsidiorum destituti fuerunt. Neque enim hodie solis receptis opinionibus, solis Doctorum auctoritatibus, pugnamus; sed, vt res publica literaria hoc proprium priuilegium merito sibi vindicat, rem sub examen reuocare, & secundum *rectam rationem* & *S. scripturæ* normam iudicare possumus. Promouit hanc operam sedula indagatio *historiæ ecclesiasticæ*, & originum rerum huc pertinentium, quæ, quantam veritati lucem attulerit, mea non indiget confirmatione.

Hæc itaque tria veritatis in hac materia κριτήρια, *S. Scriptura*, *historia ecclesiastica* & *sana ratio*, sunt instar lydii lapidis, ad quem sinceritas & falsitas sententiarum diiudicari debet, ita vt quoties de iuris canonici *obseruantia* quæstio incidit, merito huc recurrendum sit, magis secundum hæc respicientes, quid dici debuerit, quam quid dictum sit. Quodsi mihi obiicias, rem totam

tam, definiri posse ex constitutionibus ecclesiasticis vbique locorum occurrentibus, haud te diffiteri posse autumo, quod illæ adhuc sæpe interpretationem recipiant, vel in pluribus defectum, aliunde supplendum, arguant. Hic vero non indistincte recurrendum ad ius canonicum, & inde interpretationem petendam esse arbitror: ad minimum absque aliquo temperamento decisio non est formanda. Id facile largior, vbi leges ecclesiasticæ non admittunt benigniorem interpretationem, in iudicando illis standum esse, donec efficacior lux veritatis meliorem consonantiam indulserit. Interim non erit contra officium ICti aut doctoris, veritatem ipsam absque vllis coloribus proponere, & secundum eandem de hisce legibus iudicare, quod summus ICtus & in iure ecclesiastico optime versatus ZIEGLERVS non vno loco docet, & BRVNNEMANNVS suo inprimis exemplo contestatus. Quando enim hi, qui veritatem ex tenebris eruere obstricti sunt, (quod officium singulis incumbit, qui materiam quandam in publicum edere allaborant,) magis amant communes errores defendere, quam eos reiicere, plus nocent quam prosunt, vt sæpius optandum foret, talia scripta non facta fuisse publici iuris. Errores enim, vt cetera vitia, citius defensores inueniunt, quam veritas.

Vtinam summus ICtus CARPZOVIVS, cui alias in iurisprudentia nostra multum debemus, in horum classem non esset referendus, qui magis receptas sententias defendere amant, quam illas vlterius excutere. Multum certe præstitit in iure ecclesiastico, sed multum ipsum etiam nocuisse, non diffiteri possunt, qui penitius rem inspexerint. Quodsi enim hunc consentientem hodie in plerisque locis habeas, in consistoriis palmam obtinebis sine difficultate. Ita eius sententiæ in foris sunt canonisatæ, vt instar oraculi videantur; non raro tamen impingunt in communia illa principia, ab omnibus approbata; quamuis excusationem in hoc mereatur, quod in consistoriis decisa collecta sequi maluerit, neque etiam ob varias occupationes penitius in veritatem inquirere potuerit. Neque is ego sum; qui solus tanto ICto hæc imputare temere audeo, cum etiam alii hosce nævos iamdudum in eo notarint

& reiecerint. Forſan huius auctoritas nos grauius premeret, niſi plures veritates vindicaſſet ICtus pientiſſimus BRVNNEMANNVS in ſuo iure eccleſiaſtico, & poſt eum STRYKIVS in *notis ad eundem*, quibus duobus ſummis ICtis quantum in hac iurisprudentiæ parte debeamus, nemo eſt, qui ignoret. Hoſce igitur feliciter præeuntes, ſummo ſtudio ſequi, non poteſt non rei literariæ eſſe apprime vtile: & ſicuti vna veritas fideliter exculta infinitas alias poſt ſe trahit; ita non eſt dubium, quin horum veſtigiis inſiſtentibus ad plura egregia adſpirare liceat. Sit amicus CARPZOVIVS; magis tamen amica veritas, & ſicuti hic prudentiſſimus ICtus hoc minime intendiſſe videtur, vt eius opiniones cœco impetu ſequamur, ita eadem libertate in eum vtamur, qua is vſus eſt in alios, vt vbique *veritati* vnice addicti videamur.

Præmonere hæc breuibus e re eſſe duxi, vt lectoris beneuoli animum præpararem ad ea, quæ in præſenti tractatu aliquot ſectionibus, ad ius eccleſiaſticum ſpectantibus, excuſſa ſunt. Selegi ex toto iure eccleſiaſtico materiam *de iure parochiali*, quæ in illo partem haud exiguam occupat, & quamuis ſparſim hæc ab aliis iam ſit ſuſcepta, nec infeliciter excuſſa; ita tamen pertractata eſt, vt alienæ induſtiæ adhuc aliquid relictum eſſe videri poſſet. Eo magis autem excuſſionem huius materiæ ſuſcepi, quod & noſtris temporibus frequentiſſimæ ſint de *iure parochiali* controuerſiæ, quas ſeparatim tractare nimis oneroſum & ieiunum videbatur, niſi tota materia huius famoſiſſimi iuris ex intimis principiis veræ iurisprudentiæ eccleſiaſticæ erueretur, quod commodius fieri non poſſe arbitrabar, quam huius iuris breui delineatione. Promouerunt hoc propoſitum nonnulli ex meis honoratiſſimis auditoribus, qui priuatos intra parietes hactenus arti diſputandi ſedulam nauarunt operam, & non reprehendendo ſtudio a me poſtularunt, vt publice ſub meo præſidio diſſertationes quasdam eruditorum examini ſubmittere poſſent. Quos ergo coniunxerat ardor diſcendi, hos in hoc ſtudiorum genere non diſiungendos eſſe exiſtimabam. Vnde elegi hanc ipſam materiam, quæ & ſingulis ſat amplam occaſionem præbere poſſet

peri-

periclitandi vires ingenii, & vnde quoque vtilitatem sperare possent, haud spernendam.

Denique & hoc non leue incitamentum ad hoc propositum fuit, quod viderim, a nostris peculiari labore, quantum ego quidem memini, hæc iura non esse collecta, cum tamen frequentia controuersiarum & litium mereatur, vt vno quasi syntagmate exhibeantur, & ab illis separentur, quæ alius meditationis sunt. Equidem inter pontificios plures reperi, qui hoc thema in se excutiendum suscepere. Et inter nostros fuerunt, qui vel *sparsim*, vel *incidenter* hac de re egerunt; qui vero hanc materiam vno quasi contextu tractasset, neminem reperire licuit. Inter pontificios commendari solet AVGVSTINI BARBOSAE *tract. de officio & potestate parochi*, in quo plena manu, quæ ad officium eius spectant, pertractantur; plura tamen ex iisdem ad nostras ecclesias applicari nequeunt; neque etiam integrum ius parochiale sistit, quod hoc solo themate non concluditur, sed plura alia quoque comprehendit. *De origine parochiarum* extat Io. FILESACCI tractatus, non ineruditus quidem, spuriis tamen traditionibus repletus, vt sincero rerum indagatori satisfacere non possit. Idem iudicium forte ferendum est de libello Io. FRONTONIS, idem thema tractantis, qui editus fertur Parisiis 1660. cuius copiam habere hactenus non licuit. Cum itaque pontificii infinitis fabulis originem parochiarum inuoluant, sedulo operam dedi, vt hanc rem ex tenebris, quantum licuit, eruerem. Præterea ENGELIVS scripsit *Manuale parochorum*, & de singulis ad ius parochiale spectantibus quædam adduxit; sed intra compendii limites se continuit, neque integrum ius parochiale excussit. Edidit quoque SEBASTIANVS DE ABREV *Institutionem parochi* 1665. ANTONIVS RAGVCCIVS *lucernam parochorum*, DIDACVS SERRANO *directorium parochorum. 1658.* PETRVS DE MVRGA *de iure parochorum vnitarum ecclesiarum 1650.* qui omnes tantum, quæ pro *parochis* facere possunt, adducunt; integrum autem ius parochiale sistere non videntur. Denique allegari etiam solet Io. AEGID. TRVLLENCH. *de iure parochi*, vt iam non tangam commentatores, qui ad *tit. X. de parochis* commentati, vt sunt

GONZALEZ TELLEZ, BARBOSA, GRANNANIETTO aliique, & qui incidenter multa de iure parochiali tradiderunt, vt ALEX. SPERELLVS *in decis. for. eccles.* PETR. *de* MVRGA *in tr. de benefic.* BARBOSA *de iure eccles.* SANCHEZ *de matrimonio* aliique, quorum passim mentio facta in hoc tractatu.

A nostris non eadem cura hoc thema excussum est: nam quæ de illo extant, specialem vtplurimum tantum in hoc themate tangunt materiam. Equidem extat STRVVII dissertatio *de iure parochiali;* sed vix generalia tradit, adeoque qui specialiora desiderat, huc recurrere nequit. Diffusior est SCHVLTZIVS in disp. *de eo, quod iustum est circa parochianos.* Sicuti vero speciale sibi tantum thema excutiendum proposuit; ita totum ius parochiale hic non contineri, omnes fatentur. *De bonis parochialibus* P. MVLLER specialem dissertationem edidit, in qua tamen multa desiderantur, quæ eo referri deberent, vt in *Sect. VI.* demonstraui. *De iure patronatus* plures extant, qui satis copiose hanc materiam tradidere, vnde nolui in ea copiosior esse. De *iure subselliorum* PHILIPPI dissertatio sufficientem informationem præbet, sicuti de *vnione ecclesiarum* SLEVOGTIVS, ICtus Ienensis. *De iuribus stolæ* in Altorfina Academia nuper quoque disputatum vidi, sed concise nimis, vnde supplere quædam necessum fuit. Fusius, quæ ad *salaria clericorum* spectant, excussit FRANCISCVS STYPMANN peculiari tractatu. Ceterum de singulis fere materiis CARPZOVIVS & BRVNNEMANNVS quædam tradiderunt, adeoque huic studio mirifice inseruire possunt. Sed quia integram *iuris ecclesiastici* prudentiam tradiderunt, non omnes conclusiones tangere potuerunt: quin plura quoque alia addere debuerunt, quæ ab eo, qui ex professo hoc de *iure parochiali* thema tractat, omitti possunt.

Non inutilem me itaque laborem susceptum credidi, si quæ ab aliis sparsim tractata, colligerem, & totum hoc ius iusto ordine traderem. Cum vero multa impedimenta mihi occurrerent, circa speciales quæstiones, quæ, vtut praxi communi satis corroboratæ, nimis duræ tamen esse, ne dicam libertati ecclesiæ contrariari videbantur: facile animaduerti, hæc omnia accurate examinari non posse, nisi *genuinus conceptus ecclesiæ & iuris ecclesiastici* indagaretur, simul quoque deprehendi, multum latere in accurata inquisitione originis. Vnde duabus sectionibus hanc materiam duplicem excutere volui, & quia in iis, quæ ad conceptum ecclesiæ formandum spectant, infiniti errores deprehenduntur, & tamen veritas sæpe odium parit; operam dedi, vt singulas assertiones probatis autoribus illustrarem, eorum verba ipsissima adducendo, quo eo citius me a *crimine nouitatis* liberarem. Vnde qui in his fundamentis mihi errores imputare præsumserit, næ magis contra illos Autores, qui tamen omnium calculo approbati sunt, pugnaue-

gnauerit, quam contra me ipſum. Equidem veritas calculo & auctoritate aliorum Dd. non indiget, neque dependet ab huius vel illius hominis deciſione, ſi rationibus ſufficientibus fulta ſit; ſed genio ſeculi aliquid dandum cenſui, ſemper ſecurius exiſtimans, ſi hac ratione præiudiciis occœcatos in noſtras partes trahere, vel ſaltim ad mitiorem ſententiam deducere poſſumus.

Ex iis vero, quæ de *origine templorum* & parochiarum adduxi, nemo iure mihi imputare poterit, me tantum hæc omnia congeſſiſſe ad conculcanda templa & diruendas parochias. Longe diuerſa ſunt, vnde quid promanauerit, docere, & rem tanquam pernicioſam plane reiicere. Proprietas rerum ſine dubio exorta eſt ex diſſidiis hominum, & poſtquam amor inter eosdem refrigeſcere cœpit. Ergo malo ex principio ortum duxit. Sed quis inde ſtatim inferret? Ergo proprietas plane eſt reiicienda, & communio rurſus introducenda. Oſtendunt talia, quæ de *originibus rerum* adducuntur, vtrum illa, quæ inde profluunt, ad *bonum ordinarium* an *extraordinarium* ſint referenda? item ne nobis templa ſint inſtar alicuius idoli, cui vnice adhærentes templum internum Spiritus ſancti plane deſeramus, id quod iam alii apertiſſime docuerunt. Abuſum templorum taxare liceat: ſed dum abuſum eruimus, legitimum eorum non tollimus vſum.

In reliquis ſectionibus iura ipſa parochialia aggreſſus ſum, ea tamen methodo, quæ ex natura rei ſe potiſſimum mihi commendauit. Et quia animaduerti, iura noſtra parochialia, quatenus noſtris in eccleſiis in viridi ſunt obſeruantia, vt plurimum conuenire cum placitis iuris canonici, maioris illuſtrationis gratia præmiſi diſpoſitiones iuris canonici, eisdemque ſubiunxi varias ordinationum eccleſiaſticarum conſtitutiones, vt harmonia vtriusque iuris vno intuitu mox haberi poſſet. Cum vero negari nequeat, ſæpius ius parochiale ſupponere *hierarchiæ Romanæ principia*, vel ſaltim vim conſcientiis inferre, ſi rigoroſe nimis a parochis exerceatur, ſtudui ex regulis *bonæ interpretationis* vel principiis *chriſtianismi* rigorem eiusdem mitigare, quo ſpeciatim ſpectant, quæ *Sect. IV.* tradita ſunt. In ſinu vero gauiſus ſum, quod plures inuenerim, qui rigorem talem minime approbantes, rem totam ad temperamentum quoddam reducere conati fuerint, quos eo felicius ſequi potui. Quod reliquum eſt, hæc omnia facile cuiusque cenſuræ committo, quæ ſi beneuolum & æquum habitura ſunt iudicem, id vnice operam dabo, vt non mihi aliquid tribuam, vbique enim meam inſufficientiam agnoſco; ſin iniquum & aſperum, facillime quoque etiam ſic patiar, veritatem ab inuidis, quibus odium parit, male, haberi, firmiter tamen perſuaſus, eandem plane conculcari non poſſe. DEVS vero vniuscuiusque noſtrum cogitationes ita dirigat, vt absque vllo metu humano veritatem profiteamur, neque defectus diſſimulemus, qui emendatione indigent. Dab. Halæ d. 1. Oct. 1701.

PRAEFATIO
EDITIONIS SECVNDAE.

DVm manum ad *librum III. Decretalium* admoui, eiusque vsum in foris protestantium ad methodum, qua ad *lib. I. & II.* in *iure ecclesiastico Protestant.* vsus sum, eruere constitui, potiora huius libri capita iam antea a me in tractatu *de iure parochiali* anno 1701. edito, explicata esse vidi, simulque obseruaui, labori, quem suscepi, aliquam inde alleuationem adferri posse. Quia tamen simul (1) cognitum perspectumque habebam, editionem primam huius tractatus incidisse in manum correctoris infelicissimi, & quidem ex sordida typographi, alibi habitantis, auaritia, qui data fide, omnia quæ ad χρείαν pertinere posse videntur, sibi curæ cordique fore promiserat; præterea (2) adhuc quædam materiæ scitu necessariæ operi deesse videbantur, denique (3) ipsius libri copia in bibliopoliis amplius haberi non poterat, de noua editione accuratius & paulo plenius efformanda cogitare cœpi, vt eo rectius ad illustrationem *lib. III. Decretalium,* cuius *vsum modernum in terris protestantium* iam prelo subieci, facere posset. Hunc in finem hinc inde quædam mutaui, plenius declaraui, obseruationibus nouis auxi, & responsis, decisionibusque exornaui. Addidi præterea duas nouas sectiones, VI. scilicet & VIII, quæ iura parochialia intime afficiunt, vt ab iis separari haud potuerint. Quæ adhuc deesse videntur, non prætermittam in expositione *vsus hodierni* ad *librum III.* Decretalium, in qua spicilegium aliquod me facturum esse spondeo. Dab.

in regia Fridericiana d. 1. Dec.
MDCCXV.

MONI-

MONITVM
TERTIAE EDITIONI
PRAEMISSVM

TErtia vice prelo ſubiicitur *ius parochiale*, ante viginti annos a me elaboratum, ante quinque vero auctum & a mendis, quibus prima editio infecta erat, purgatum. Quædam etiam in hac noua editione emendaui, idque ſedulo egi, vt in nonnullis materiis mentem meam magis declararem, aliquando etiam priorem ſententiam, ſecundis curis ſolidius examinatam, mutarem corrigeremque. Tot enim in iure eccleſiaſtico occorrunt anfractus, vt in eo repurgando atque in meliorem ſtatum reducendo, omnes neruos mentis intendere debeamus; & tamen poſt tot curas vigiliasque ſemper quædam deprehendimus, quæ, prout in ædibus ruinoſis accidit, quotidiana refectione indigent.

digent. Exemplum occurrit in doctrina de *iure patronatus*, cuius pleniorem repræsentationem nuper admodum in peculiari dissertatione dedi, & V. D. in *iure ecclesiastico protest.* ad tit. decretal. *de iure patronatus* ex illis principiis, ibidem assertis, specialiores nectam eruamque obseruationes. Cum vero post secundam editionem noui casus, ius parochiale proxime attingentes, facultati nostræ, vel etiam priuato meo examini oblati fuerint, & doctrinæ iuris, maxime inuolutæ & vexatæ, apprime eiusmodi exemplis illustrentur: *supplementa* quædam in fine tractatus subiecci, quæ vsu & fructu haud caritura esse, non tam spero quam plane confido. Dab. e mus. d. 12. Mart 1721.

SECTIO

SECTIO I.
DE
FVNDAMENTIS GENVINIS IVRIS PAROCHIALIS.

CAP. I.
De genuino conceptu iuris.

§. I.

IVS PAROCHIALE vnde æstimari & diiudicari debeat, non omnium eadem est opinio. Qui ad *ius canonicum* primario confugiunt, & inde fundamenta hauriunt, illa quidem ibidem deprehendunt; hæc vero talia sunt, vt pro *genuinis* haberi nequeant, si ad examen & amussim *S. Scripturæ* & *rectæ rationis* reuocantur. Conclamatum enim expeditumque est, ius pontificium tum in conceptu *ecclesiæ*, quam tamquam *rempublicam statumque ciuilem* concipit, erroneas fouere sententias, tum & ipsum *iuris ecclesiastici* significatum tot obscurare erroribus, vt non possint non inde falsæ conclusiones oriri. Cum itaque *ius parochiale pars* non minima *iuris ecclesiastici* sit, & conceptus de *parochiis* recte diiudicari nequeat, nisi accurate statum *ecclesiæ* & *iuris ecclesiastici* indolem enucleauerim: ante omnia hoc capite, vbi de *fundamentis iuris*

Ius Parochiale ex iure Canonico vnice æstimari non debet.

Fundamenta iur. Paroch. dependent ex genuino conceptu iuris ecclesiastici.

iuris parochialis genuinis ſollicitus ſum, dabo operam, vt vtrumque κατὰδύναμιν præſtem, & talia fundamenta ſubiiciam, ex quibus *ius parochiale* diiudicari queat. Haurienda autem ſunt illa fundamenta tum ex *iure naturæ*, quod demonſtrat, quale ius *eccleſiæ*, quatenus *ſocietatem externam* conſtituit, conueniat: tum imprimis ex *ſacris literis*, quæ *rectæ rationis* dictamina firmant, illuſtrant, declarant, & ita ſepoſita *autoritate humana*, quæ veritati obſtaculum ingens afferre ſolet, vnice ponderibus rationum pugnandum, magisque reſpiciendum ad id, quid dici debuerit, quam quid dictum ſit. Et cum *ius parochiale* quoque conceptum *iuris* in ſe contineat, ille vero variis *ſignificatibus* & *ambiguitatibus* ſit obnoxius: operæ pretium eſſe duco, præmittere breuibus quædam de ipſo conceptu *iuris*, vt inoffenſo pede in hac materia progredi queam.

Ius primo denotat legem.

§. II. *Iuris* vocabulum duplicem imprimis admittit ſignificatum. Primo denotat legem, h. e. *neceſſitatem agendi* ſeu *iuſſum ſuperioris*, *ſubditos obligantem*, *vt ad illum tanquam normam actiones ſuas inſtituant*, vbi neceſſario conceptum *imperantis* & δυνάμεως ἀναγκαστικῆς

Conceptus imperantis omni legi inest.

ſupponere debemus, tanquam omni legi eſſentialem. Et quamuis etiam extra *ſocietatem ciuilem* agnoſci poſſit talis iuſſus ſummi imperantis Dei, ex quo ius naturæ profluit; poſtquam tamen in *ſocietatem* ciuilem gentes coiuerunt, ſimul *imperium* aliquod *humanum* & *coactiuum* ſupponere, & ſic quoque in ipſa lege *humana* conceptum *hominis imperantis* agnoſcere debemus. Hoc ſenſu vox *iuris*, in ſtatu *ciuili* conſiderata, tantum circa *actiones humanas*, quatenus ſub ſphæram externi & ciuilis imperii cadere poſſunt, (nam de *internis* ſolus iudicat Deus, & ſic vnice imperium in illa, h. e. in *conſcientiam*, ipſi adſcribendum) verſatur.

Ius ſecundo denotat facultatem.

§. III. Deinde quoque *facultatem* moralem, ſeu *libertatem* agendi, ein Befugniß, denotat, & ſic *poteſtas* ſeu *qualitas moralis actiua*, *perſonæ ex conceſſione ſuperioris competens*, *ad aliquid ab altero*, *quocum in ſocietate viuit*, *habendum iuſte vel agendum.* THOMAS. *iurispr. diu. l. 1. c. 1. §. 28.* Præſupponit hæc facultas conceſſionem ſuperioris, quam alii *voluntatem permittentem* appellant, dum eam determinat vel *expreſſe*, vel *tacite* indulget, non prohibendo, quod prohibere poterat. Operatur *libertatem agendi* reſpectu agentis; nam etiam huic conceſſioni ſimul inhæret obligatio, reſpectu eius, cum quo in ſocietate viuo, & a quo vi illius iuris iuſte aliquid petere poſſum.

Facultas ſupponit conceſſionem ſuperioris.

Iuris correlatum obligatio.

§ IV. Vnde iuris *correlatum* recte conſtituitur *obligatio*, qua alicuius *libertas* reſtringitur, & ipſe *neceſſitate* adigitur ad aliquid dandum

dum, vel præſtandum, vel patiendum. Sic patronus *ius* habet præſentandi candidatum conſiſtorio, & vrgendi, vt vacanti eccleſiæ præficiatur: ipſa eccleſia ergo *obligatur* ad reſpiciendum paſtorem, ſi patronus debito modo ius ſuum exercuit, adeo vt præſentatum, & a conſiſtorio confirmatum, repellere nequeat. Vnde & in *iuris* conceptu, quatenus pro *facultate* ſumitur, ineſt *vis coactiua*, *imperium ſuperioris* & illius *iuſſus*. Ex quo facile concludi poteſt, quousque legislator alteri *ius* dare, & alterum ad aliquid præſtandum *perfecte* obligare poſſit? ſcilicet, quatenus *imperium* & *iuſſum* vel *vim coactiuam* in alterum exercere poteſt. Cum itaque neminem *perfecte* obligare poſſit, vt præciſe ſuos conceptus ad alterius formulam inſtituat, quoniam ea, quæ *intellectui* ſubiacent, arbitrio legislatoris exempta ſunt; inde nec alicui *ius præſcribendi* aliis *formulas credendi* & *ſentiendi* concedere, nec obligare ſubditos poteſt, vt præciſe ſuos ad alterius conceptus efforment. In cauſis *ſpiritualibus* hæc obſeruatio magnum vſum præbet.

Facultas ſupponit ſuperioris iuſſum.

§. V. Sicuti vero ius eſt vel *perfectum* vel *imperfectum*; ita quoque correlatum eius, *obligatio* ſcilicet, vel *perfecta* eſt, quando quis ita obligatur, vt mediis coactiuis ad id, ad quod obligatus eſt, cogi poſſit: vel *imperfecta*, quæ ſaltem obligati pudori relinquitur, nec vllis coactionibus ſubiecta eſt, ceu de fideicommiſſis ait Imp. in *pr. I. de fideic. hered.* adeoque ex regulis *amoris*, *virtutis* & *honeſtatis* magis dependet. Sic doctori iuris competit ius docendi, adhortandi ad virtutem, dehortandi a vitiis. Sed ſi remediis coactiuis vti vellet, ius *perfectum* ſibi tribueret, quod tamen ipſi non competeret: auditores quoque obligati ſunt, vt eius monita in praxin deducant; ſed obligatio hæc mere imperfecta eſt. Cum itaque ius & obligatio ſint *correlata*, & ſic in *duobus ſubiectis* neceſſario eſſe debeant, (nemo enim proprie ſibi obligatus dici poteſt,) ſimul ſupponere hic debemus aliquam *ſocietatem*, in qua ius locum habet. Extra ſocietatem enim quomodo *obligationem* in alio mihi conciperem, qui non adeſſet? Prout vero illa ſocietas comparata eſt, nam varia omnino eſt, eatenus quoque & *ius* & *obligatio* concipi debet. GROTIVS *de iure belli & pac. lib. 1. c. 1. §. 3. n. 2.*

Obligatio perfecta.

Obligatio imperfecta.

Ius ſupponit ſocietatem aliquam.

§. VI. Proprie quidem, quando de *iure perfecto* quæritur, *ſocietas humana* ſupponi debet, ſecundum cuius ſtatum *æqualem* vel *inæqualem* hoc æſtimandum & iudicandum eſt. Sed datur etiam *ſocietas hominis cum Deo*, obſeruantibus GROTIO *cit. l.* & OSIANDRO *in not. ibid.* quam etiam agnouerunt ipſi Gentiles. Vide THOMAS. *in diſp. de philoſ. iur. c. 1. §. 8.* Hæc longe perfectius ius in Deo, & lon-

Ius conſideratum reſpectu ſocietatis cum Deo.

ge arctiorem obligationem in homine operatur. Imo in hac illud singulare occurrit, quod *ius* in hac sit penes solum Deum, nec in ea occurrat ius mutuum. Quamuis itaque in respectu ad *reliquos homines* obligatio ad virtutes sit *imperfecta*, vt nemo ad illarum verum exercitium cogi vel propterea puniri possit; respectu tamen Dei est perfectissima, cui vnice conscientias & corda dirigere & scrutari relictum, & qui integram obedientiam ex toto corde, toto animo & totis viribus requirit, grauissimamque suam iram in inobedientes & pœnam minatur. Societas cum Deo spiritualis est. Est vero hæc societas *mere spiritualis*, non corporum sed animorum, SCHILTER *de libert. eccles. Germ. c. I. §. 2.* & omnia remedia coactiua humana respuit. Proinde sedulo cauendum, ne quis *vicariatum Dei* hic ambiat, &, quod reseruatum diuinæ maiestatis est, imperium in conscientias exerceat, sub prætextu talis *vicariatus*, qui nemini concessus est, quem tamen in papatu clerici vrgere, sibique vindicare, adeoque ius in hominum mentem exercere solent. Explicuit hanc fusius SCHILTER in libro singulari, *de societate inter Deum & hominem, eiusque iure & officiis.*

§. VII. Qualitates *huius societatis analogicæ* (proprie dicta enim tantum humana est) præcipuæ sunt: (1) quod sit *interna:* inde CHRISTVS *Luc. XVII, 20. Ecce regnum Dei intra vos est*, & vita horum, qui in tali sunt societate constituti, *abscondita dicitur cum* CHRISTO *in Deo, Col. III, 3. 1 Pet. III, 4.* vnde *inuisibilis* est, nec ab externis de hoc semper iudicari potest. Nam regnum Dei non venit μετὰ παρατηρήσεως. *Luc. XVII. 20.* (2) Nullius hominis iudicio & arbitrio subiecta, vnde omne imperium humanum hic cessat. (3) Cultura eius quemlibet *per se* obligat. Opera vicaria alterius hic nulla est, nec, quæ in hac societate homini agenda sunt, alteri committi possunt (4) Subsistere potest, vt sit pura, simplex inter Deum *hominesque singulos.* SCHILT. *de lib. eccl. cit. l.* Vnde ad eius culturam *coniunctio plurium hominum* non requiritur. PVFENDORFF *de habit. relig. §. 3.* (5) Finis eius spiritualis, & internam imo immortalem tranquillitatem intendit. Omnes coactiones humanæ hic alienæ sunt. (6) A solo Deo *efficaciter* dirigitur. Vnde hominum operationes magis *suasoriæ* sunt. (7) Absolute, & per se *necessaria* est. Extra hanc enim non est salus; *Es. LX. 12.* Vnde & omnibus hæc societas communis, non solis clericis denen so genannten Geistlichen: externæ, vel *arbitrariæ* vel *hypothetice* tantum *necessariæ* sunt.

Societas cum Deo 1) interna.

2) Arbitrio humano non obnoxia.

3) per se obligat.

4) Simplex.

5) tranquillitatem internam intendit

6) Efficax a Deo

7) Absolute necessaria.

§. IIX.

§. VIII. Cæterum & aliæ qualitates ſunt, quæ tamen non vnice adſcribendæ ſunt huic ſocietati *internæ* cum Deo, ſed & *externæ* aliquando conueniunt. Sic 8) mediis ſpiritualibus diuinis, internis, ſupernaturalibus acquiritur, obtinetur & conſeruatur. Vnde media externa, hominum diligentia accedentia, finem hunc quidem intendere poſſunt, ſed non plene & perfecte in effectum deducere. (9) Non alios admittit, quam, qui ſpiritum Chriſti habent, νῦν ἐν Χριστῷ Ιησᾳ, non, qui iuxta carnem viuunt. *Rom. VIII. 1.* τὸ γὰρ φρόνημα τῆς σαρκὸς, θάνατος, *verſ. 6.* καὶ ἔχθρα εἰς θεὸν *verſ. 7.* Mors autem ſpiritualis & inimicitia aduerſus Deum diſſoluunt vinculum inter Deum & hominem. Repudianda Chriſtianis merito CICERONIS ſententia, ſocietatem hanc cum Deo in *ratione* conſtituentis, *lib. 1. de LL.* quod ex communi illo ethnico principio deducitur, quaſi homines per *rationis culturam* Deo ſimiles reddantur; at vero in his ſemper ſupereſt φρόνημα τῆς σαρκὸς & rationis cultura nihil vel parum proficit ad voluntatis emendationem.

8) media ſpiritualia requirit.

9) Homines tantum regenitos admittit.

§. IX. *Independens* porro (10) eſt, nec inter membra plurima, Deo ſociata, aliquis datur reſpectus prærogatiuæ, dignitatis, honoris. Vnde nulli alii ſubordinatur, quin potius omnis alia ſocietas huic ſocietati cum Deo ſubordinari debet; alias ex peruerſa ſubordinatione oritur ein Staats-Chriſtenthum, cum debeat eſſe ein Chriſtenſtaat. Inde porro (11) magis homo obligatur ad culturam huius, quam alterius alicuius. *Matth. X, 37. Act. IV, 19. V, 29.* (12) Per hanc ſocietatem immutatur homo. Fit enim noua creatura, *Gal. VI, 15.* εἴ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις, *2 Cor. V, 17.* nouus homo, *Epheſ. II, 15.* ὁ κατὰ θεὸν κτισθεὶς, *Epheſ. IV, 24.* & ad υἱοθεσίαν εἰς Χριστὸν peruenit. *Epheſ. I, 5. Ioh. c. I.* Vnde *ſpecie* differt ab aliis hominibus, qui extra illam ſocietatem cum Deo ſunt, & nondum exuerunt τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον. *Eph. IV, 22.* (13) Vnio illa & ſocietas cum Deo infinitis modis arctior & purior, quam vlla alia. Reddimur enim per illam κοινωνοὶ θείας φύσεως, *2 Petr I, 4.* & Deus in nobis dicitur eſſe ἔντως, *1 Cor. XIV, 25.* habitare per fidem in cordibus, *Epheſ. III, 17. 19.* & homines transformari in ipſius imaginem dicuntur. *2 Corinth. III, 18.* Conf. B. Breithaupt. *Theſ. agend. & credend. lib. 4. cap. 1. p. 26. & 169.* (14) Hæc ſocietas ita comparata eſt, vt imprimis ſingulorum ſalus & tranquillitas inde dependeat & obtineatur. Inde gratia Dei vniuerſalis, meritum Chriſti vniuerſale, & quilibet tractum illum diuini Spiritus in ſe ſentit. Natura huius *vnionis & ſocietatis* cum

10) Independens.

11) Principaliter homo ad hanc obligatur.

12) Homo immutatur.

13) Arctiſſima.

14) Singulorum ſalutem intendit.

Deo vel ideo hic explicari debuit, quia (1) debet esse fundamentum *societatis externæ sacræ*, qua homines in cœtum externum coëunt, Deum colendi, & internam societatem stabiliendi gratia: (2) vt præcaueamus, ne prædicata, societati huic spirituali in sacris tributa, ad externam societatem temere trahamus, cum vtraque sæpius dicatur *ecclesia*, sed diuerso in sensu accepta, diuersa etiam prædicata habere debeat, quod *capite seq.* explicabo. (3) Vt fontem aperiamus, vnde clerus, ob prætensum *vicariatum diuinum*, imperium in *interna* & *conscientiam* sibi vindicauerit; vice *Dei* enim agere debere credit.

Iura respectu societatis humanæ.

§. X. Si hominem in *societate humana*, quatenus mere talis, considero, alia iura, alia vis obligandi, aliusue modus dirigendi officia societatis ibi occurrunt. Vnde & *ius* & *obligatio* diuersimode hic considerandæ, quia plane oppositas qualitates habet. (1) Etenim est *externa*, *visibilis*, & hinc de illa ab externis iudicari debet. Quamdiu enim per *actum externum* non læditur societas, durare illibata censetur, quamuis *interna cultura* hic deficiat. Hinc plerumque externis solennitatibus, externa pompa & ceremonia aliisque externis actibus constat, secus ac regnum Christi. *Luc. XVII. 20.* (2) Hominum arbitrio & iudicio est subiecta: nam & ius, quod quis ex hac societate quæsitum habet, regulariter efficaciter petere, & alter regulariter *iudicio ciuili* ad obligationis executionem compelli potest. (3) In societate hac vices nostras alteri vt plurimum committere possumus, ibique sine dubio habet locum regula; *quod quis per alium facit, per se fecisse putandus*, nisi personæ industria electa sit, vel natura rei *vicariam operam* respuat. Sic nihil creditoris interest, an soluam per me, an alius pro me &c. Imo nihil frequentius in societatibus ciuilibus, quam opera vicaria vti. Ipsi summi imperantes, cum omnibus interesse non possint negotiis ciuium, pleraque opera vicaria expediunt.

Societas humana 1) externa,

2) Arbitrio hominum regitur.

3) Operam vicariam admittit.

4) Fortior est, si sit composita.

§. XI. Paucæ (4) sunt societates inter homines simplices, & illæ simplices fere semper continentur in maiori ciuili, vt ita plurium hominum coniunctio magis societati expediat, saltim *ciuili*, quippe quæ securitatis causa constituta est, ita quo fortius vinculum, eo certior defensio. (5) Finis societatum humanarum primario ad hanc mortalem vitam dirigitur, vt bene beateque in hac vita viuatur, & beatitudo maxime ciuilis, obtineatur. Equidem societatis coniugalis videtur esse finis spiritualis, *Ephes. V.* vbi fit perpetua comparatio coniugii spiritualis & carnalis, vt hoc illud repræsentare videatur. Sed tamen matrimonium per se non intendit *finem spiritualem*, quippe ad

5) pro fine habet beatitudinem ciuilem.

quem

quem conſequendum inidoneum eſt, ſed præfigurat ὡς ἐν τύπῳ rem ſpiritualem, vt interim naturaliter conſideratum, *negotium ciuile* maneat.

§. XII. Societates humanæ (6) per homines diriguntur, *humano modo*, *humanis mediis*, nec ita directio earum *immediate* dependet a Deo. Multum hic operatur prudentia humana. Multum efficit labor indefeſſus, conſiliorum bene excultorum applicatio. Imo nec raro calliditates, machinationes, ſophiſmata politica, quæ rationem ſtatus, proh dolor! hodie non raro repræſentant, ſunt fulcra illa ſocietatum ciuilium. (7) Hæ ſocietates humanæ partim ſunt arbitrariæ, partim quidem neceſſariæ, ſed *hypothetice* tantum. Sic herilis indigentiam præſupponit, cum defectus adſit in ipſo officio domini, quod omnibus rebus ipſe præeſſe non poſſit. Tolle indigentiam & luxum, & herilis ſuperuacua erit. Tolle mutuum inter homines metum, tolle rixas, iniurias, damna, inſidias, omnemque aliam peſtem malorum; & ſocietas ciuilis ſua ſponte corruet.

6) humano modo dirigitur.

7) non abſolute neceſſaria.

§. XIII. Media (8) in his ſocietatibus externis humani generis, ad finem ſeu tranquillitatem externam ducentia, plane quoque diuerſi generis ſunt. Naturalia ſcilicet & mere humana, ſaltim non ſupernaturalia. Inde leges, pœnæ, bella, coactiones. Inde imperium & parendi gloria. Inde fœdera, pactiones & infinitæ aliæ conuentiones. Inde cautiones de non offendendo, & Guarantiæ publicæ, aliaque humanæ prudentiæ inuenta infinita. Ad hanc ſocietatem (9) externam admittuntur omnes, & in ea ſubſiſtunt, qui ſaltim *externe* quietam ducere vitam norunt, imo & peſſimi aliquando tolerantur, quatenus tranquillitatem publicam non ita lædunt, vt tanquam putridum membrum reſecari & foras eiici debeant Vnde in ſocietate hac non ſemper reſpectus religionum habetur. Imo hic non ſemper ſocietas perfecta animorum, plerumque tantum corporum. Plurimæ porro (10) dependentes reperiuntur, & vna alteri ſubordinatur: quin hic maxime ſeſe exſerit reſpectus perſonarum, ratio dignitatum, prærogatiuæ, imperii, generis, ætatis, ſexus, prudentiæ, aliarumque qualitatum infinitarum habetur, & ita omnia ordinantur, vt vnus quaſi ab altero in hac ſocietate dependere videatur. Quamcunque vero (11) demum homo eligat ſocietatem, & quomodocunque hominem conſideres in ſocietate, manet tamen ſemper idem homo, licet quoad *reſpectus externos ciuiles* diuerſis ita frui poſſit iuribus. Iuuenis non fit alius homo, ſi maritus fiat, ſi herus, ſi pater, ſi princeps &c. Et ſic idem ſpecie ſemper manet.

8) Media humana admittit.

9) malos etiam admittit.

10) Subordinationi fauet.

11) Hominem ſpecie non mutat.

§. XIV.

12) Lubrica.

§. XIV. Quam diſſolubiles porro (12) lubricæ & minus ſtabiles humanæ ſocietates ſint, experientia docet. Et qualecunque demum tibi firmum concipias vinculum, nunquam tamen ita arctum erit, ac quidem ſanctiſſimum illud, quod eſt inter *Deum* & *homines*. Scilicet imperfectum eſt, infinitis imperfectionibus & caſibus obnoxium, fragile, caducum. Quid enim opus foret tam infinitis mediis & frenis ciuilibus, niſi rupturæ adeo vicinæ forent? Societates (13) humanæ, imprimis maiores, primario intendunt tranquillitatem & ſalutem communem, & non ſingulorum, niſi per conſequentiam. Singulorum certe vtilitas primario dependet ex alia ſuperiori cauſa. SCHILTER. *intr. de prudent. iur. Chriſtian. c. 1. §. 3.* Hæc ſi abſit, ſcil. ſocietas cum Deo, nullum regnum erit firmum, nulla ſocietas ſtabilis, nullius felicitas & ſalus vera, ſed imaginaria, apparens, imo falſa. Extra Deum enim nulla ſalus, nulla felicitas, nulla tranquillitas.

13) Primario ſalutem communem intendit.

Societas æqualis.

§. XV. Cæterum ſocietates illæ humanæ ſunt vel *æquales*, vel *inæquales*. *Aequales*, vbi neuter alteri imperat, & ſic ibi ceſſat reſpectus *imperantis* & *parentis*, vt ſunt collegia, quæ libera hominum coitione conſtant. In hac omne ius omnisque obligatio deducitur ex pactionibus eorum, qui illud collegium conſtituerunt, indeque perfectum ius producit. Quatenus ergo ſe obligarunt membra illius collegii, & quatenus ſe obligare potuerunt, eatenus tenentur. *Inæqualis* eſt inter *imperantem* & *parentes*, & hic obligatio deducitur proxime ex imperio imperantis: quales ſunt respubl. & plures minores in republ. GROTIVS *de I. Bell. & P. lib. 1. c. 1. §. 2. n. 2.*

Inæqualis.

Pacta dicuntur quoque leges.

§. XVI. Et cum in iure noſtro ciuili non infrequens eſſe ſoleat, vt *pacta* dicantur *leges*, quod ſcilicet eadem efficacia obligandi nitantur; hinc & illa, quæ in ſocietate æquali, puta collegio aliquo, communi conſenſu comprobantur, *leges* ſæpiſſime nominantur, quæ tamen proprie loquendo leges non ſunt, cum *iuſſu ſuperioris* deſtituantur. Interim tamen hæ leges illud operantur, vt quamdiu quis membrum huius collegii eſſe deſiderat, tamdiu etiam illis pactis ſe obligatum agnoſcere debeat, niſi forſan eum cæteri ex collegio vlterius obligare velint, quam quidem pietas, ratio & natura negotii admittit.

§. XVII. Atque ita ſocietates *mere humanæ* comparatæ ſunt, quatenus finem mere *ciuilem* & *humanum* habent. Dantur adhuc *ſocietates externæ*, quæ non ſimpliciter humanæ ſunt, nec ob *commercium humanum* excogitatæ, ſed ad finem ſpiritualem & diuiniorem inſtitutæ, quæ plura quidem participant a ſocietatibus reliquis mere huma-

humanis, ſed propter finem ſpiritualem, quem intendunt, ab iis in nonnullis differunt, quales ſunt *eccleſiæ*, tam *priuatæ* quam *publicæ*. Equidem non raro *ſchema politicum* induunt, & ad commercium aliquod ciuile degenerant, ſed id ipſum inter abuſus referendum. Ne itaque hic in *defectu* & *exceſſu* peccetur, ſtatus *ſocietatis eccleſiaſticæ* paulo latius & penitius enucleandus eſt, quod *cap. ſeq.* expediam. Interim plura, quæ hanc ſocietatem a *mere humana* diſcernunt, adduxi & explicaui in *diſſert. prælim. ad ius eccleſ. proteſtant. de ſuprema lege eccleſiaſtica.*

CAP. II.
DE
Statu genuino eccleſiæ.

§. I.

COnfuſionem ingentem in iure eccleſiaſtico peperit, quod illi, qui huic iuri operam dederunt, *ſtatum* genuinum *eccleſiæ* non indagauerint, ſimulque hunc terminum ab omni æquiuocatione liberauerint. Nam niſi accurate intelligatur, quodnam *ſocietatis* genus conſtituat eccleſia, nec de iuribus eccleſiaſticis recte iudicari poteſt, cum iura ſequantur *ſtatum ſocietatis*. Vt ergo in ſequentibus eo tutius & inoffenſo pede progredi poſſim, de *ſtatu eccleſiæ* ante omnia agendum erit. Vox eccleſiæ ambigua.

§. II. Hoc certum eſt, & omnium Theologorum aſſenſu conſtat, eccleſiæ vocem origine græcam, ἀπὸ τῦ ἐκκαλεῖν, ab *euocando*, dictam eſſe, vt idem ſit, ac quædam *euocatio*. Imprimis vero eius vſus fuit in Democratiis, qua Græci notabant *conuentum*, ſeu *congregationem populi*, præconis voce Reipublicæ cauſa ad auſcultandum, conſultandum, decernendumue de negotiis publicis a reliqua turba ſelecti, vel e priuatis ædibus ad communem locum euocati. Et hinc Athenienſibus natales eius adſcribit HILDEBRAND. *in theolog. dogm. cap. 22. §. 2.* cum PVFEND. *de habit. relig. §. 30.* Diſtinguebant vero inter ἐκκλησίαν νόμιμον *legitimam*, quæ, *ſtato tempore*, ter in menſe habebatur, & σύγκλητον, *conuocatam* & *indictam*, quæ repente, vrgente quadam ex cauſa, fiebat, vti ex *Suida* obſeruat ZIEGLER. *de dote eccleſ. c. 1. §. 1.* & huc refert, quæ *Act. XIX. 32.* traduntur de Ἐκκλησίᾳ συγκεχυμένῃ, & de eccleſia Eccleſia vindicatur. Quid eccleſia apud Athenienſes?

In genere denotat conuentum.

fia ἐννόμῳ. Sacri ſcriptores vero hac voce varie vſi ſunt, ita, vt in genere *conuentum plurium hominum* ea denotarent, licet vel maxime ob *prauum finem* vel *ex accidente* conuenerint. Hinc de malignantium Eccleſia *Pſ. XXVII*, 5. loquitur. ZIEGL. *cit. l.* VITRINGA *de ſynagog. veter. lib. I. P. I. c. 1. & 2.* Sed poſtea preſſius accipere ſueuerunt hunc terminum *eccleſiæ*, denotauitque κατ' ἐξοχήν *vniuerſam fidelium multitudinem* ſeu *cœtum ſanctorum.*

Strictè cœtum fidelium.

Accedit eatenus ad ſocietatem diuinam.

§. III. Cum vero *vniuerſa fidelium multitudo* non ſit certo aliquo in loco, vel *cœtu viſibili* congregata, ſed vbiuis terrarum lateat, & quaſi in Deo cum Chriſto abſcondita ſit, accedit ad ſocietatem illam diuinam hominum cum Deo, & ſic qualitates, *c. 1.* recenſitæ, illi applicandæ. Vnde etiam dicitur *inuiſibilis*, *interna*, *ſpiritualis*, *myſtica*, & deſcribitur, quod ſit *communio ſanctorum*, *in Chriſtum credentium.* Cum enim communione eiusdem ſpei gratiæque coniungantur, & pariter in vnum corpus ſub capite ſuo Chriſto coaleſcant; hoc ſufficit ad illius eccleſiæ internæ conſtitutionem, licet nullo loco palam congrecentur, HVBER. *de iure ciu. lib 1. S. 4. c. 1. §. 13.* Et ſic dicitur *inuiſibilis*, reſpectu eorum, qui ſunt de hoc mundo, & externæ eccleſiæ tanquam idolo *vnice* adhærent; hi enim non agnoſcunt veram eccleſiam, cuius membra in hac vita vere humilia, nulloque prædita ſplendore degunt. HVBER. *cit. l. §. 11.* Deus autem nouit ſuos, *2 Tim. II, 19. Ioh. X, 14.* illique Deum; imo & ipſi fideles vere ſibi ignoti haud ſunt, quo pertinet elegans locus *Eſaiæ LXI, 9.* licet per demonſtrationes mathematicas id euincere nequeant. Sponſus certus eſſe poteſt de amore ſponſæ. Sed quæſo quibus mathematicis demonſtrationibus id euincet? HVBER. *cit. loc. cap. 8. §. 20.* Et licet inter hos nulla *communio externa* concipiatur, ſunt tamen reuera vniti in redemtore ſuo per vinculum commune cœleſtis gratiæ, & illa vnio myſtica adhuc conſtituit *eccleſiam*, HVBER. *cit. l. c. 1. §. 29.* quæ fortius vinculum habet, quam externum, adeo vt PAVLVS hanc *vnionem* cum matrimonali vinculo comparare non dubitauerit *Eph. V.* Hæc tamen comparatio, quod obiter noto, nullam matrimonio tribuit ſpiritualem qualitatem, ſed tantum exprimit nexum firmiſſimum, qui in eccleſia hac inuiſibili latitat.

Eccleſia vera inuiſibilis.

Eccleſia externa æqualis.

§. IV. Facile tamen oritur ex *interna* illa *eccleſia externa* quædem *ſocietas*, quoties inter ipſos homines congregatio & cœtus inſtituitur externus, propter illam internam vnionem, quæ fundamentum huius externæ eſſe debet. Et hinc eſt, quod vocabulum hoc ſit de communibus ab vno ad vnum, ita, vt ſpecies hæ ſibi innicem

non

non *opponi*, ſed *ſubordinari* debeant, vt externa ab interna dependeat, SCHILT. *de lib. eccl. Germ. l. 1. c. 1. §. 6.* vel ad minimum debebat ſubordinari. Praxis enim docet, vtriusque fere eſſe prædicata oppoſita, vti poſt clarum fiet.

§. V. Congregantur autem fideles ita, vt vel priuata autoritate libere conueniant, vel vt ſimul congregationi *publica* accedat *autoritas*, determinatio publica, aliaque ad publicum cultum neceſſaria. Inde eccleſiæ ſunt vel *priuatæ* vel *publicæ*. Hoc certum eſt, olim in ſingulis ciuitatibus, vbi electi Dei reperiebantur, ſemper *eccleſias* quasdam fuiſſe, h. e. congregationes piorum inuocantes vnanimiter Deum, ſed ſine determinatione loci, temporis aliarumque circumſtantiarum. Nec enim dubium eſt, quin talis eccleſia adſcribi poſſit ipſis Patriarchis veteris teſtamenti. Caueas tamen, ne ſtatim formam externam illius deſumas ex hodierna, v. c. prædicandi more oratorio, muſica, campanarum pulſione, ſanctitate loci &c. Primæua enim ratio erat ſimpliciſſima, vnanimiter colendi Deum, & talem eccleſiam quilibet paterfamilias erigere poterat. Huc videtur inclinare paſſim HVBER. *de iure ciu. lib. 1. §. 4. c. 1. §. 20. 24. 25. & lib. 2. §. 3. c. 4. §. 1.* Huc refero etiam *primitiuam eccleſiam*, *Apoſtolorum* temporibus, qui conuentus liberi & arbitrarii ſemper magis puri fuerunt, & maiorem feruorem pietatis ſecum traxerunt, cum ſponte, & non ex conſuetudine quadam inueterata, initi fuerint, præterea quoque maiori libertate *intrinſeca* conſtiterint.

Eccleſia externa priuata

patriarcharum eccleſiæ

Apoſtolorum eccleſiæ.

§. VI. Congregationes *publicæ*, publica ſub autoritate inſtitutæ, non debebant quidem diuerſæ a prioribus eſſe: ſed tamen, ſi praxin reſpicimus, vt plurimum diuerſæ ſunt, quod inductione plerarumque *eccleſiarum publicarum* oſtendi poteſt. Imprimis vero de hiſce iam agendum erit, quoniam *ius eccleſiaſticum* hic primario ſeſe exerit. Quæ alias ſint differentiæ peculiares inter eccleſias *priuatas* & *publicas*, explicui plenius in *tr. iur. eccl. proteſt. tit. de maior. & obedient. §. 22. ſqq.*

Eccleſiæ publicæ.

§. VII. Hoc ſenſu itaque accepta ECCLESIA, quem hic tantum conſidero, deſcribitur, quod ſit *ſocietas humana libere & publice inita, ad exercendam communionem ſanctorum, ſeu ad communicationem mutuam eorum, quæ ad ſalutem pertinent.* GISBERT. VOET. *de polit. eccl. P. 1. lib. 1. §. 1.* Prolixiorem exhibet BRVNNEM. *de iure eccleſ. lib. 1. c. 1. §. 1.* Rectius HVBER. *de iure ciu l. 2. Sect. 3. c. 4. §. 2. publicam* illam *externam* definit, quod ſit *multitudo credentium Deo, quæ certo loco publicum*

Eccleſia externa publica quid?

blicum & ſtabilem religionis cultum exercet. Sed iuuat, conceptum *eccleſiæ externæ* generatim plenius excutere.

Qualis eccleſia ſit ſocietas.

§. VIII. Dum eccleſiam *externam ſocietatem* voco, & vero ſocietatis variæ ſpecies dantur, inquirendum, quænam ſocietatis ſpecies ei conueniat? Societas, quæ eſt vnio plurium ad certum quendam finem, alia dici poteſt, ſecundum illa, quæ *cap. 1.* expoſita, *diuina*, alia *humana.* Diuina certe *pure talis* non eſt, quoniam hic pleræque illæ qualitates ceſſant, quæ ſocietati cum Deo adſcriptæ ſunt *cap. 1.* Etenim in eccleſia eſſe poſſunt, qui non ſunt de eccleſia interna, ſeu in ſocietate cum CHRISTO, licet vniti ſint cum aliis hominibus in externo illo cœtu. ZIEGLER. *ad Franc. du Roy Inſt. iur. Can. lib. 1. tit. 1. §. 1. verb. fidelium.*

Non pure eſt diuina ſocietas.

Multi & plurimi ſunt hypocritæ. Equidem finis quidem ſpiritualis eccleſiæ etiam externæ eſt, & media ſunt ſpiritualia, imo obiectum quoque ſpirituale; ſed hæc non ſufficiunt ad ſocietatem mere diuinam conſtituendam. Sic facultates Theologicæ, ſcholæ Theologicæ, quoad media, finem & obiectum ſpiritualia ſequuntur: quis vero inde inferret, hanc ſocietatem diuinam eſſe, cum omnes Profeſſores Theologiæ, ſacra tractantes, extra ſacram illam vnionem eſſe poſſint? Imo ſæpe tractantur ſacra humano modo pro captando quæſtu vel gloria, vt media non ſemper ſint ſpiritualia, quæ πνευματικῶς eſſent diiudicanda. *1 Cor. II, 13.* Quid quod eccleſiæ tales peruerſe ſpiritualia tractare poſſint, vt ne quidem finis obtineatur. Eſt ergo eccleſia externa *ſocietas humana*, quatenus *externo modo* regitur; quatenus vero ſecundum ſuum fundamentum & *finem*, qui diuinior eſt, conſideratur, participat quoque de qualitatibus nonnullis, quæ alias ſocietati cum Deo adſcriptæ ſunt. Sic *quod* Princeps ius in illam recte exercere poſſit, eſt & fluit ex natura externæ ſocietatis, in republ. conſtitutæ: *quomodo* autem illud exercere queat, ex *fine* eius æſtimandum, qui non *commercium ciuile*, ſed *ſalutem animarum* reſpicit, & ita cura & inſpectio Principis huc directa eſſe debet.

Quo ſenſu dicatur Chriſtiana?

§. IX. Denominationem quidem accipit a Chriſto, qui *caput eccleſiæ* propterea dicitur. Sed a *dici* ad *eſſe* non ſemper valet conſequentia, licet vel maxime hic valere deberet. Eſt tunc demum *Chriſtiana*, quoties *interna* fundamentum *externæ* manet; hoc caſu ita dicitur, non quatenus externum cœtum conſtituit, ſed ab interna ſua indole, ex qua conſtituitur. Vnde improbare non poſſum, quando dicunt, eccleſiam externam nominetenus *Chriſtianam* vt plurimum appellari; cum pauci in ea ſecundum effatum ipſius Chriſti ſint electi, plurimi vero reprobati.

§. X.

§. X. Putant tamen nonnulli, a potiori hic esse denominationem faciendam, si potior pars in ecclesia externa in vnione cum Deo consistit. Recte: sed vnde hoc constat? Respondent, *vbi verbum Dei pure docetur, & magistratus in puniendis delictis officio suo καθήκοντι fatisfacit.* Verum hoc γνώρισμα ecclesiæ realiter & vere Christianæ falsum & insufficiens est. Rectius meo iudicio philosophatur ICtus pius, SCHILTER. *de fat. eccles. diuinit. reuel. §. 6.* asserens, *notam veræ ac puræ ecclesiæ esse zelum atque studium perfectionis in praxi Christianismi & charitate erga proximum, & hanc partem a Deo adeo requiri, vt ea deficiente, sola doctrinæ puritas & euitatio externorum scelerum non possit declinare interminatam pœnam exstinguendæ lucis euangelicæ.* Num enim puritas doctrinæ vnit homines cum Christo? Aliter Christus *Matth. VII, 21.* prouocans ad eos, qui *voluntatem patris cœlestis* adimplent, a qua sententia recedit communis doctrina, quæ ex paganizante philosophia eo homines reduxit, vt voluntatem a *rectitudine intellectus* regi & corrigi putent. Inde vero, ni me omnia fallunt, materies omnis mali & semen tot calamitatum, quibus adhuc ecclesia afflicta est. Alterum γνώρισμα eiusdem farinæ est. Num enim coercitio delictorum externa facit homines pios, sanctos, intrinsece bonos? Quis ita crasse philosophatur? Auguror, eos, qui ita sentiunt, incidisse forte fortuna in VLPIANVM, qui *in l. 1. D. de I. & I.* asserit, bonos fieri *pœnarum & præmiorum propositione.* Sed iam ICti animaduerterunt, esse hoc principium vel philosophiæ paganizanti adscribendum, vel de *bonitate externa ciuili* intelligendum, quæ minime illa dicenda, quæ in cœtu fidelium vere talium requiritur. Magnum discrimen sine dubio est inter honestatem *externam* seu virtutes *morales*, & *spirituales*, quod optime & plenissime deductum in disp. PAVL. ANTONII, *de discrimine virtutum moralium & spiritualium, imprimis C. VI. & VII.* Pia sane & veritati consentanea est meditatio BRVNNEMANNI *d. l. eccles. l. 1. c. 1. §. 7.* de corrupto statu nostræ ecclesiæ quoad vitam, ex qua longe aliud iudicium ferendum est, si iudicare velimus, quænam ecclesia dicenda sit *Christiana.*

An a potiori ecclesia possit dici Christiana?

Puritas doctrinæ non sufficit.

Nec publica delictorum coercitio.

§. XI. Vnde liquido ingens discrimen inter ecclesiam *visibilem* & *inuisibilem* oritur. *Inuisibilis* pura est ab omni peccatorum & impurorum fece. *Visibilis* contra admixta est impuris hominibus, hypocritis aliisque improbis. Neque hos semper ab ecclesia remoueri posse & excludi, recte iudicat HVBER. *de iur. ciu. l. c. §. 17.* propterea, quod inter ipsos pastores plurimi a cultu interioris & noui hominis

Differentia inter visibilem & inuisibilem.

alieni cernantur. *Quanto*, inquit porro in §. 22. *rectores ecclesiarum peritiores viarum Domini tum fuerunt, quam deinceps, & quanto maior erat vis Spiritus in ecclesia effusa, quam est hodie, tanto minor erat disparitas ecclesiæ internæ & inuisibilis.*

Transitus ab vna in aliam caute instituendus.

§. XII. Cum itaque, quorsum demum te vertas, vbique deprauatio in ecclesiis deprehendatur, neque adeo florentissimum statum earum prædicare possimus: liquidum est, separationem a cœtu externo, & transitum ad alium, caute instituendum; quamdiu scilicet Deus in tali externo cœtu recte coli potest, licet deprauatis vbique repletus sit. Legi hac de re merentur monita, quæ hanc in rem exhibet HVBER. *cit. l. §. 23.* & AVG. HERM. FRANCKII duæ literæ ad amicos scriptæ, nuper publicæ luci expositæ.

Ecclesia in S. Scriptura quid denotet.

§. XIII. Quæ cum ita sint, facile iudicari potest, de qua ecclesiæ specie S. literæ sint intelligendæ? Plerumque videlicet & in sensu excellentiori vox *ecclesiæ* in S. litteris occurrit, & hinc talia prædicata de illa apparent, quæ *externæ* tribui nequeunt, v. c. quod vocem Christi audiat, quod sit corpus Christi, fundamentum veritatis, ciuitas Dei &c. Aliquando tamen, sed rarius, prædicata occurrunt, quæ *externæ* attribui posse videntur; vti *Matth. XIII, 24. seqq.* quanquam dubitari possit, an *regnum cœlorum* & *ecclesiæ externæ* sint vnum idemque, scilicet tales, quales hodie supponimus, quæ consistunt in congregationibus publicis, vel etiam aliquando priuatis: quin potius vel tota ratio Christianismi & Euangelii, non habito respectu ad certas quasdam ecclesias, denotata videtur per *regnum cœlorum*. Vnde tales hyperbolæ de regno cœlorum ad *ecclesias externas* non semper commode traducuntur.

Non est societas inæqualis.

§. XIV. Porro societas humana est vel *æqualis* vel *inæqualis* secundum tradita *c. 1.* Videamus ergo, qualis societas sit ecclesia, vt de eius iure quoque exactius iudicare possimus. Si est *inæqualis*, imperium & obediendi gloriam supponere debemus, & ita fauemus imprimis clero pontificio, Hierarchiam quandam fingenti & suprematum Præsuli Romano vniuersalem adscribenti, qualem vbique supponunt scriptores Pontificii, vt PETRVS DE MARCA *de concordia sacerdot. & imperii*, MARCVS ANTON. DE DOMINIS *de republica ecclesiastica*. Sed ita obstat in contrarium Regula Christi: *Mundi domini dominantur, vos autem non sic, Luc. XXII, 25. 1 Petr. V, 3.* HERMAN. CONRING. *de Majest. ciuil. autor. & offic. circa sacra §. 36. seqq.* SECKENDORFF. im Christen-Staat, *l. 3. c. 5. §. 2.*

§. XV.

§. XV. Non poteſt eccleſia ſpeciem reipubl. aut ſtatum conſtituere, HVBER. *de iur. ciu. lib. 1. ſect. 4. c. 1. §. 36.* quod pluribus argumentis demonſtraui *in iure eccleſ. proteſtant. tit. de maior. & obedient.* Interim tamen quoddam imperium hic concurrere videtur. Sed *videtur* tantum. Qui ex veteri Teſtamento, vbi religio intime ſtatui innexa erat, vt nec illa ſine hoc, nec hic ſine illa ſubſiſtere potuerit, argumenta pro ſtabiliendo eccleſiæ imperio formant, næ fruſtra argumentantur, & ſic nihil probant. Eſt enim religionis Chriſtianæ diuerſa facies a Iudaica, cum illa omnibus populis per vniuerſum orbem peræque congruat, & ſit *religio vniuerſalis*, nullum reſpectum ad ſtatum publicum habens, illumque nec alterans, nec minuens, nec mutans. *Col. III, 11.* PVFEND. *de hab. relig. Chriſt. §. 11.* Ipſe Chriſtus caput eccleſiæ, non *imperando*, ſed *docendo* ſuis præiuit diſcipulis, amore, non coactione politica vſus. Nec fecit nouum populum politice loquendo, nouo ſtatui addictum, ſed ſaluauit populum potius a ſuis peccatis, doctoris officio ſimul functus. Aſt *imperantis* & *doctoris* officia diſtinctos recipiunt terminos, vti infra docebitur.

An imperium in eccleſia detur?

Differentia inter religionem Iudaicam & Chriſtianam.

§. XVI. Ex his tuto inferre licet: Si ipſe CHRISTVS tantum in hoc mundo doctoris munus voluit gerere, maiorem poteſtatem ſibi eius diſcipuli (ita dicti in reſpectu ad Magiſtrum ſuum) non potuere in propaganda doctrina Chriſti arrogare. HERMANN. CONRINGIVS *de maieſt. ciuil. autor. & offic. circ. ſacra §. 97.* Reuera etiam nullum dominium affectarunt, ſed quæ ſibi concredita erant, amore, manſuetudine, nulla ſub ſpecie imperii, executi ſunt, ſcientes, arma militiæ Chriſtianæ non eſſe carnalia, ſed δυνατὰ potentia, *2 Cor. X, 4.* & πανοπλίαν Chriſtianorum eſſe τῦ θεῦ, *Eph. VI, 11.* vbi latius arma ſpiritualia enarrantur.

Chriſtus doctoris officio functus.

§. XVII. *Paſcere* quidem dicuntur diſcipuli gregem Chriſti, ſed τὸ *paſcere* pro indole gregis & ſubſtrata materia eſt accipiendum, ſcilicet verbo, prædicatione pœnitentiæ, ſacramentis &c. Neque enim τὸ *paſcere* ſemper inuoluit *imperium*, ceu docuit ipſe PETRVS *1 Epiſt. V, 3.* Certe ipſe STEPHANVS BALVZIVS, religioni Pontificiæ addictus, *ad Seruatum Lupum* p. 425. ſeqq. ingenue fatetur, *paſcere* non ſignificare dominatum aut imperium, neque hunc ſignificatum adaptari potuiſſe PETRO. Equidem in S. literis aliquando Presbyteris adſcribitur regimen, *1 Tim. V, 17.* & fidelibus ſingulis obedientia: *Hebr. XIII, 17.* Verum non *Politicum* intelligitur, ſed tale, quale etiam doctoribus adſcribi ſolet. Vnde nec *imperium* inde euincitur, quando Presbyteri

Remouentur obiectiones.

πρε-

προϊσταμένοι vocantur. Nam & doctores præpoſiti ſunt auditoribus ſuis, *1 Theſſ. V, 12.* HVBER. *de iure ciu. lib. 1. S. 5. c. 5. §. 39. ſeqq.* THOMAS. *in Vindic. iur. Maieſt. §. 19. ſeq.* & præterea expeditum eſt, olim presbyteros dependiſſe ab eccleſia ſeu cœtu fidelium.

Claues cœlorum non inferunt impe-rium.

§. XVIII. Ex iisdem fundamentis recte PVFEND. *de hab. relig. §. 22. ſeqq.* euincit, *claues regni cœlorum*, diſcipulis concreditos, nullum inuoluere imperium, cum ſaltim *miniſterialem* poteſtatem denotent, non *deſpoticam*, ceu fuſius & ſatis accurate hoc explicauit. Addi etiam poſſunt, quæ de *iure clauium* eiusque vero intellectu fuſius ediſſerui *in diſſertat. ad Plinium II. & Tertullian. diſſ. III. §. 7. ſqq.* Dubium de *excommunicatione* remouit PVFENDORFFIVS *cit. l.* conf. THOMAS. im Fürſten-Recht in *Theol.* Streit-Sachen th. 3. de qua poſtea quædam differenda erunt, vbi naturam huius ſocietatis penitius enucleauero.

Eccleſia collegii ſpeciem repræſentat.

§. XIX. Quod ſi itaque verum eſt, vti omnino eſt, eccleſiam externam eſſe *ſocietatem æqualem*, h. e. vbi nullus reſpectus imperantium & parentium occurrit, ſimul inde colligitur, eam *collegii* cuiusdam ſpeciem præ ſe ferre. CONRING. *ad Lampad. Part. 1. §. 24.* PVFEND. *de hab. relig. §. 39. ſeqq.* HVBER. *de iure ciuit. lib. 1. S. 4. c. 1. §. 31. & 36. & Sect. 5. c. 4. §. 33.* Collegii autem natura hæc eſt, vt plures homines certi cuiusdam negotii gratia inter ſe vniantur, & ad communem finem, propter quem vniti, ſeu in vnum corpus compoſiti ſunt, collaborent. Prout autem *finis* & ipſum *negotium*, cuius gratia initum eſt, ſeſe habet, ita quoque iura huius collegii ſunt conſideranda, & ex fine propoſito æſtimanda. Si *commercium ciuile* pro ſcopo habet, ad huius promotionem & incrementum omnia conſilia tendere, & quæuis inſtituta collineare debent; ſi *culturam pietatis, cultumque diuinum* intendit, hic finis quoque dabit menſuram mediis, quæ ita comparata eſſe debent, ne *cultura pietatis* degeneret in *commercium ciuile* aut *monopolium* aliquod. Quatenus eſt in Republica, & ab ea approbatur, perſonam induit compoſitam, & ſingularibus inde fruitur iuribus. Hinc tam varia iura corporibus & collegiis data deprehendimus, quæ ſuo modo ad *eccleſias*, ita conſideratas, referri poſſunt. Sed ante omnia *collegii* proprietates in ſe conſideremus, & quatenus ad eccleſias applicari queant, videamus.

Qualitates eccleſiæ & collegiorum conferuntur.

§. XX. Qualitates collegii in his fere conſiſtunt: (1) *vt finis propoſitus ab omnibus idem intendatur.* Finis eccleſiæ externæ eſt, vt, coniunctis precibus, Deus colatur, & religio Chriſtiana promoueatur. Huc itaque omnia inſtituta collineare & ita determinari debent, ne

ne hic finis impediatur, ſed ſalus *eccleſiæ*, h, e. *populi eccleſiaſtici*, obtineatur, vtpote quæ *ſuprema lex eccleſiaſtica* eſſe debet, (2) *Vt in paucioribus perſonis conſiſtere poſſit.* Tres enim faciunt collegium. Hinc & eccleſia paucioribus conſiſtere poteſt, ſecundum aſſertum ipſius Chriſti, *Matth. XIIX. 20.* vbi duo vel tres congregati ſunt in meo nomine, ero in medio eorum. Exſerit ſe vero ſtatim hic differentia inter eccleſias *publicas & priuatas:* nam illæ pauciori numero non ſolent eſſe contentæ, quamuis propterea non deſinant eſſe *collegia*, cum hoc ſaltim collegiis accidat. Differentia inter eccleſias publicas & priuatas.

§. XXI. Apparet ex hiſce duabus qualitatibus, non ſemper *eccleſiam externam* eſſe ad templa alligatam, ſed etiam de aliis piis congregationibus & collegiis iure optimo prædicari poſſe, qualia hodie ſunt celebria *collegia pietatis*, Londini præſertim, vbi duo nota ſunt collegia, *emendationem morum & vitæ* imprimis intendentia, quorum hiſtoriam recenſuit IOSIAH WOODWARD Anglicano idiomate, & ex hoc in vernaculam noſtram transtulit DANIEL ERNEST. IABLONSKI ſub titulo: **Bericht von dem Urſprung und Fortgang der Gottſeligen Geſellſchaften in der Stadt Londen, und von derſelben Vorhaben die Beſſerung des Wandels zu befördern.** In hoc libro plura egregia continentur, quæ vtinam ab omnibus, qui tantum orthodoxiam vrgent, penitius conſiderarentur & applicarentur. Sed fere hodie ſurdis naratur fabula. Eccleſia non ſemper ſuppon tcum-pla.

§. XXII. Deinde & hoc exinde patet, non præciſe ſalutem hominum ad externum illum cœtum *maiorem* & *publicum* eſſe alligatum. *Scopus religionis*, apprime inquit PVFENDORF. *de habitu relig. §. 31. obtinere poterit, ſi vel maxime quis non ſit coniunctus numeroſo alicui cœtui fidelium. Nec coniunctio cum tanta fidelium multitudine, quanta ad ſtatum conſtituendum requiritur, per ſe facit aut neceſſaria eſt ad finem religionis Chriſtianæ obtinendum. Seu, vt quis ſaluus fiat, nihil intereſt, in magno an in modico cœtu viuat.* PAVLVS quidem *Hebr. X, 25.* deſerere congregationem inhibet, ſed an hoc præciſe ad congreſſus publicos ita applicari queat, vt quis etiam inuitus in illos rapi poſſit, valde dubito, quamuis CARPZOVIVS pro neceſſitate horum conuentuum hoc adducat in *iur. eccl. lib. 2. def. 359.* vbi & multa alia ex veteri teſtamento conglomerat, vnde tamen argumentum recte duci nequit ob *Ioh. IV, 21. 22. 23.* Sed & illa, quæ ex nouo teſtamento adducit, non id inferunt, quod inferre debebant, ſi modo animus, a præconceptis opinionibus liberatus, ritę illa iudicauerit. Non requirit numeroſum cœtum.

In eccleſia æqualitas locum habet.

§. XXIII. Sed & aliæ qualitates collegiorum ſuperſunt conſiderandæ. Sic (3) *in collegio maxime æqualitas obſeruatur, nullus vero imperii reſpectus.* De *eccleſia* eadem prædicata ſupra adſtructa ſunt. Vnde, quia in collegio eſt æqualitas, inter æquales vero æquale ius obſeruatur, ſequitur, vt & negotia, ad eccleſiam reſpicientia, qua talia a tota eccleſia diiudicari debeant. In eo tamen eccleſia ab alio *collegio ciuili* videtur differre, quod, quamuis vni collegæ poſſint reliqui conferre optionem ſeu votum primarium, cui reliqui ſe conformare vi pacti debeant, non ita ab eccleſia in docendi munere quispiam conſtitui poſſit, cui reliqui ſuam voluntatem ita ſubmittant, vt quam viam aut quæ media ſalutis is propoſiturus ſit, ipſi cœco obſequio amplecti velint aut debeant. PVFENDORF. *de hab. relig. §. 33.* Hæc enim negotia non ſunt talia, vt determinationi arbitrariæ ſubiici poſſint. Optime HVBER *de iure ciu. lib. 1. Sect. 5. c. 4. §. 31. in his, quæ Deus præſcripſit, & certo modo definiuit, non poteſt habere locum prærogatiua ſuffragiorum, ſed quisque tenetur ad rationem conſcientiæ & obedientiæ ſuæ hac parte DEO reddendam.*

Voluntas omnium non poteſt in vnum conferri. Maiora vota hic non ſtringunt ceteros.

An quilibet poſſit præeſſe?

§. XXIV. Sed inquis, ſi in eccleſia omnium iura ſunt æqualia, etiam quilibet poteſt prædicare verbum Domini, poteſt ſacram cœnam adminiſtrare, abſoluere a peccatis &c. quod tamen citra manifeſtam hæreſin dici nequit.

§. XXV. Equidem ad hoc dubium quidam reſponderunt concedendo totum argumentum, propterea, quod in vniuerſum nos omnes Chriſtiani diuinitus conſecuti ſimus *ſanctum & regale ſacerdotium, 1 Petr. II, 5. 9.* & agnus nos fecerit DEO noſtro ſacerdotes & reges. *Apocal. I, 6.* Conf. CONRING. *ad Lampad. P. 1. §. 25.* Sed hanc litem non facio meam, cum aliter hoc dubium remoueri queat.

Iura eccleſiæ competunt ſingulis de eccleſia.

§. XXVI. Hoc negari nequit, omnia hæc iura competere eccleſiæ, imo etiam ſingulis de eccleſia, antequam eccleſia aliquos ſelegit, & hiſce vnice negotium demandauit. Hoc ſi factum, illi, qui membra huius eccleſiæ eſſe volunt, omnino ſe quoque conformare debent ad illa, quæ ſemel placuerunt, & ſic *ex poſt facto* fit, vt iura illa fiant quodammodo inæqualia. Hoc ipſum ſummus CONRINGIVS *ad Lampad. Part. 1. §. 25.* his videtur expreſſiſſe verbis: *Hactenus Rex quilibet, in quantum eſt Chriſtianus, ſimul & ſacerdos eſt, (vid. 1 Petr. II, 5. & 9.) ac proinde ipſi non minus atque alteri Chriſtiano committi ab eccleſia poteſt epiſcopalis functio ſi ad id fuerit idoneus. Hoc ipſo enim nihil aliud agitur, quam vt id, quod in commune iuris omnium eſt, quodque NB. ANTE*

TEA NON NISI SVO NOMINE PRIVATIM POTERAT, ex omnium conſenſu vnus, publico omnium nomine & autoritate poſſit exercere. Prouocat etiam ibi ad ſuum tractatum, cui titulus: *Defenſio eccleſiæ Proteſtantium aduerſus duo ſophismata*, vbi refutauit errorem, quaſi ipſo iure diuino Presbyteris & Epiſcopis præcipua aliqua conditione ſint eccleſiaſtica commiſſa, & laicis negata. Accedit huic ſententiæ HVBER. *de iure ciu. lib. 1. Sect. 5. c. 5. §. 13.* inquiens: *Certum eſt, nihilo plus iuris habere Presbyteria, quam ipſe cœtus credentium, a quo ius ſuum ad curanda, quæ a multitudine commode adminiſtrari nequeunt, adipiſci debet, habent.* Agnouit veritatem huius rei TERTVLLIANVS *de exhortat. caſtitat. c. 7.* &, *differentiam*, ait, *inter ordinem & plebem conſtituit eccleſiæ auctoritas, & honor per ordinis conſeſſum ſanctificatus, adeo vbi eccleſiaſtici ordinis non eſt conſeſſus, & offers, & tinguis, & ſacerdos es tibi ſolus*, id quod pluribus præterea illuſtrat HVGO GROTIVS *de adminiſtr. ſ. cœnæ, vbi Paſtores non ſunt.* Nec SPENERVS ab hoc diſſentit, quod loca plurima ex eius conſiliis in *tract. iur. eccl. proteſtant. lib. 1. tit. 24. §. 21. & tit. 33. §. 32.* exerpta docent. His denique accedit SCHILTER. *in inſtit. iur. can. lib. 1. tit. 3. in f.* aiens: *atque hoc regulariter: ceterum in neceſſitatis caſu etiam in ſingulis poteſtas eccleſiæ pro re nata ſeſe exſerit.*

§. XXVII. Ex hac commiſſione certorum negotiorum eccleſiaſticorum oritur primaria diſtinctio inter membra ipſius eccleſiæ, quod ſint vel *doctores* vel *auditores*. Sicuti vero doctores multum differunt ab *imperantibus ciuilibus*, ita nec hi doctores in eccleſia vllum imperium prætendere aut exercere poſſunt. Doctores amore, manſuetudine, adhortatione, precibus, imprimis *exemplo* docere debent. Imperantes finem ſuum intendunt *remediis coactiuis*, pœnis, iudiciis, legibusque, qualis poteſtas miniſtris eccleſiæ ab eccleſia nec commiſſa eſt, nec committi debuit. Eccleſia habet vel doctores vel auditores.

§. XXVIII. Hinc dupliciter peccari poteſt, imprimis vero, quando doctores *imperio* potius quam *amore* doctrinam ſuam propagare intendunt, quod *Papo-Cæſaria* dici ſolet. *Cæſaro-Papia* autem, ſi imperantes volunt doctrinam gladio obtrudere. THOMAS. *in ſpec. Programm. ad diſp. de iure Princ. circ. hæret.* Ceterum ſi absque gladio & imperio docere velint, nemo id ad Cæſaro-Papiam referet, niſi, qui ex pietate commercium, ex Theologia opificium clauſum & determinatum facere velit. Inueni tamen nihilominus non neminem, qui etiam hoc ad Cæſaro Papiam retulit, ex ratione, quod hac ratione Pinceps miniſtrorum eccleſiæ munia ſine *vocatione* exerceret. Sed quia Papo-Cæſaria. Cæſaro-Papia. An Principes docere poſſint?

ſuprema vocatio a principe dependet, reuera ſe ipſum vocaret, ſi publice doceret. Deinde *munus docendi publicum* ſeparandum eſt a *priuati docendi poteſtate*. Ad hanc non deſideratur *ſpecialis* vocatio, ſed potius quilibet, & ſic multo magis princeps habet vocationem, *qua homo*, ex iure naturæ; *qua Chriſtianus*, ex primis principiis Chriſtianismi. Quando ergo Princeps doceret legitimo modo, hoc facere poſſet, vel ex obligatione iuris naturæ, quatenus æque homo eſt, vel vt Chriſtianus, quia per principatum hos duos reſpectus non amittit. Egregie hanc rem illuſtrant meditationes adhuc ineditæ viri de eccleſia optime meriti, vbi ita loquitur: Die Obrigkeit iſt nicht verpflichtet als Obrigkeit das Volck zu lehren, ſondern, das iſt die eigentliche Pflicht der Lehrer: ſo ſie es aber thun, thun ſie es nach der allgemeinen Liebes-Pflicht, und ſo fern ſie keine Obrigkeit ſind; wie es aber wol konte beyſammen ſtehen, daß Samuel zugleich ein Richter und ein Lehrer des gantzen Iſraels, und David zugleich ein König und Prophet war: als hat man es eben nicht für eine Contradiction zu halten, daß einer eine Obrigkeitliche Perſon ſey, und doch ſeinem Volcke gute Lehren gebe, auch bey mancher vorfallender Gelegenheit publiquer Amts-Verrichtungen.

Confirmatur diſtinctio tradita.

§. XXIX. Recte proinde illi, meo quidem iudicio, faciunt, qui duos tantum ordines ſeu ſtatus in eccleſia agnoſcunt; *doctorum* ſcilicet & *auditorum*. Hæc enim diſtinctio ex genuina indole eccleſiæ, quatenus *collegium* conſtituit, fluit, quam etiam agnoſcit PVFENDORFF. *de hab. relig. §. 32.* in fin. vbi inquit: *Perſonarum, quæ reſpectu eccleſiæ oriuntur, ſimpliciſſima eſt diuiſio in doctores & auditores.* In eandem ſententiam quoque tranſit CASPAR ZIEGLER. *ad Lancell. l. 1. tit. 4. §. 1. Rectius*, inquit, *diuiduntur apud nos perſonæ, quatenus conſtituunt ordines eccleſiæ, in doctores & auditores.*

Reiicitur diſtinctio in triplicem ſtatum.

§. XXX. Sed quid magis vulgare eſt, quam quotidie, etiam ex publico ſuggeſtu, doceri, tres dari ſtatus IN ECCLESIA, der Nehr-Lehr- und Wehr-Stand, cum & Theologi aſſerant, *eccleſiam eſſe totum aggregatiuum ex his ordinibus a Deo inſtitutis conſtans, ita vt in ipſa eccleſia ſingulis ſuæ partes a Spiritu S. ſint delegatæ, pro poteſtate, qua quisque horum ordinum pollet.* Agnoſco quidem hos ſtatus certo reſpectu, ſed *in eccleſia* eorum reſpectus non habetur. Manent imperantes in ipſo iure; ſed *in eccleſia* non conſiderantur, vt *imperantes*, ſed vt *Chriſtiani*, vt *auditores* & *membra eccleſiæ*,

§. XXXI.

§. XXXI. Hoc enim vel Iustinianeis primis ignotum non est, hominem multiplicem personam gerere posse, pro varietate status, in quo est. Sic princeps aliam personam habet vt Princeps, aliam vt Christianus, aliam vt homo &c. & sic respectus illi inter se non sunt confundendi. In ecclesia tantum vt *membrum ecclesiæ* consideratur, & sic nullum ius potius, qua talis, habet, CONRING. *ad Lampad. P. 1. §. 24. & 25.* Optime HVBER. *de iure ciuit. lib. 1. sect. 5. c. 2. §. 10. Ecclesiæ membro*, inquit, *vtcunque præcipuo, quatenus pars totius est, nihil iuris, quam consensu ecclesiæ adscribi potest.* SECKENDORF im Christen-Staat *P. 2. c. 7. §. 1.* & maxime *c. 8. §. 1.* Extra ecclesiam in regenda ciuitate & ciuium omnium, item collegiorum & consequenter etiam ecclesiæ actibus consideratur vt Princeps, & ibi iura sua exercet longe aliter ac in ipsa ecclesia. Homo variam personam habet.

§. XXXII. Eleganter hoc, ni fallor, explicuit PVFENDORF. *in tr. de habit. relig. §. 41.* vbi docet, ecclesiam non exuere naturam collegii, quod summus imperans ei accedat, nisi, quod iam collegium ad maiorem securitatem producatur, vel, vt HVBER. *lib. 2. Sect. 3. c. 4. §. 16.* ait, induit *naturam vniuersitatum suo* modo *ciuilium*, h. e. quod ciuiles nanciscatur effectus. Sic, Constantino ad eccesiam transeunte, ius capiendi ex testamento ei tributum legimus in *l. 1. C. de SS. eccles.* quem effectum ciuilem antea, quamdiu ad *collegia prohibita* referebatur, non habebat. Principi autem hoc casu præter eam, quam antea gesserat, personam, nunc supperadditur persona *Christiani*, vt eo respectu etiam *membrum ecclesiæ* habeatur. *Vnde*, pergit PVFENDORFFIVS *cit. l. & persona illa, quam quisque in ciuitate gerit, eique adhærens dignitas & potentia, vbi idem ecclesiam ingressus fuerit, quiescit & non attenditur, & Christiani persona tantum sese exserit. Sic, qui supremi Ducis munere in ciuitate fungitur, idem in ecclesia haud plus iuris obtinet, quam gregarius miles.* Hæc PVFENDORFFIVS. Deinde considerantur homines vel in statu *politico*, quo respectu distinguuntur in *parentes* & *imperantes*; aut in *ordine ad ecclesiam*, quo intuitu sunt vel *doctores* vel *auditores*: aut in *statu familiæ*, quo respectu sunt vel *patresfamilias* vel *matresfamilias* vel *liberi* & *serui*. Nullo modo ergo status clericorum potest opponi statui subditorum, prout in decantata diuisione fit, cum etiam clerici sint subditi. Vid. THOMASIVS im Fürsten-Recht in *theol.* Streit-Sachen *thes. 5. §. 8.* An ecclesia per accessionem principis mutetur?

§. XXXIII. Sed, dicis, parum referre videtur, num diuidatur ecclesia in doctores & auditores, num vero vulgata illa diuisio, quippe iam canonisata, retineatur? Id videtur intendere quidam, qui ad asser- Interesse controuersiæ.

ta THOMAS. *loc. cit.* hæc regerit; *Ecclesia immediate constat ex doctoribus & auditoribus, sed illi auditores doctoribus contradistincti, alio respectu diuiduntur in magistratus & subditos. Si quis igitur*, pergit sat languide, *non per διχοτομίαν velit ordines, qui in ecclesia sunt, proponere, quid obstat, quo minus recte dicat, tres in ecclesia esse ordines.* Putat ergo Autor, in modo proponendi hic latere differentiam, non in re ipsa.

Refutatur dissentientium sententia.

§. XXXIV. Mirifice vero se decipit & decipitur. Admittit, auditores, doctoribus contradistinctos, diuidi in *subditos* & *imperatores*, & ita *subditos* & *imperantes* contradistinguit *doctoribus*, qui per necessariam consequentiam ex ordine *subditorum* excludendi forent, quod pontificii vrgent, qui volunt clericos suos esse debere non-subditos seu *independentes*. Deinde, ex hactenus suppositis fundamentis apparet, minus recte in ecclesia distingui auditores: nam illa distinctio hic est aliena, & spectat ad *statum politicum*, vbi sunt imperantes & parentes. Sed tamen, instat idem, eo ipso negamus, magistratui maiorem in ecclesia competere potestatem, quam reliquis auditoribus. Verum omnino diuersa sunt, vtrum Princeps habeat ius præcipuum in *ecclesiam*? quod affirmo, quia habet ius circa sacra, de quo post: & an habeat præcipuum ius in *ecclesia*, quatenus vt membrum ecclesiæ consideratur? & hoc nego, quia sic cessat respectus politicus. CONRING. *ad Lampad. p. 1. §. 25.*

Damna ex hac distinctione orta.

§. XXXV. Certe ex hac distinctione plura monstra opinionum producta sunt, quæ non possunt non *dominatum clericalem* stabilire. Ipse CARPZOVIVS *in iure eccles. l. 2. def. 247.* statim se prodit, dum ex hoc triplici statu hanc format consequentiam. *Ex triplici*, inquit, *statu conficitur ecclesia: ecclesiastico, sub quo pastores: politico, sub quo magistratus secularis: & populari, sub quo quiuis de populo, qui omnes de rebus ecclesiasticis deliberare debent, ita tamen, vt magistratus populi vices sustineat, quo omnis euitetur confusio, omniaque decenter fiant & ordine. Et hoc est, quod dicitur vulgo, nec monarchicam, nec democraticam esse in his terris gubernationem ecclesiæ, sed aristocraticam.*

Refutatur Carpzouius.

§. XXXVI. Miror summum ICtum ad hanc proueniisse contradictionem. Posito, quod triplex ille status retineri possit; imo posito, quod magistratus populi vices sustineat: quomodo vero gubernatio aristocratica dici potest? cum ita magistratus ius populi exerceat, & per magistratum ad gubernationem concurrat ipse populus, quod alibi non diffitetur *lib. 3 def. 106. n. 12. lib. 2. def. 317. n. 8.* Deinde, si *gubernatio aristocratica* competit ecclesiæ, reuera *status ciuilis* est seu *societas inæqualis*, quod hactenus ex fundamentis plurimis negatum, quia sic gubernarent

Aristocratia non recte ecclesiæ adscribitur.

& im-

& imperarent clerici cum magiſtratu, cum tamen in ipſa eccleſia nullus detur conceptus imperii nec regiminis politici. Nullum aliud concipi debet regimen in eccleſia, quam quod in ipſis collegiis eſſe ſolet. Hinc merito, iudice PVFEND. *de hab. relig.* §.32. ſunt omnes quæſtiones abſurdæ, qualis forma competat eccleſiæ, an monarchica, ariſtocratica, an popularis? hæ formæ enim cadunt in ſtatum aliquem ciuilem, qualis eccleſia non eſt.

Poteſtas eccleſiæ qualis?

§. XXXVII. Exinde quoque tanta confuſio facta circa poteſtatem, eccleſiæ vel eius miniſtris competentem. Poteſtas ex ſtatu perſonæ eius, cui competit, metienda. Iam alia poteſtas eſt *doctoris*, alia *imperantis*. Qui ergo negat poteſtatem externam, clericis competentem, hoc ſine dubio intelligit de *imperatiua* non *doctrinali*, quæ doctoribus competit. Aſt hæc poteſtas, in comparatione ad imperantes, eſt imbecillis, *imperfecta*, *ſine coactione*, & ſolo amore continetur.

Iudicium de Gisb. Voetii libris.

§. XXXVIII. Ex his diiudicari GISBERTI VOETII tomi *de politica eccleſiaſtica* poſſunt. Certe per totum librum eiusmodi regimen eccleſiæ adſcribit, quod *ſtatui politico* fere conuenit. Vnde & de forma huius regiminis ſollicitus eſt *part. 1. lib. 1. tract. 2. 7.* & pure ariſtocratico-democraticam ſupponit, populum eccleſiaſticum per varios reſpectus politicos diuidit *P. 1. l. 1. c. 1.* Porro negat eccleſiam conſtare debere ex pauciſſimis, *P. 1. l. 1. c. 2.* poteſtatem eccleſiaſticam ita definit *p. 1. lib. 1. tr. 2. c. 1. §. 2.* vt externam gubernationem clericis concedat, illamque diſtinguat in *dogmaticam* & *iudicialem*, & mirifice adeo omnia ibi inuoluit, talesque inde nectit concluſiones, quæ, ſi eſſent excutiendæ, vnico tractatu, ne dicam diſputatione, abſolui non poſſent. Confundit ſæpiſſime eccleſiam *viſibilem* & *inuiſibilem*, & quæ huic prædicata in S. literis adſcribuntur, illi aſſignat. Quamuis ergo coactionem & imperium proprie dictum ei adſcribere nolit, ceu ex *p. 1. l. 1. tr. 2. c. 1. §. 4.* apparet; talem tamen ſtatum illi aſſignat, qui per indirectum non poteſt non vergere in dominatum ſacrum. Vnde ſumma cautione in lectione huius libri opus. Meruit proinde non immerito cenſuram perſonati cuiusdam, qui in tr. ſub tit. *Papa Vltraiectinus*, papizantia eius principia explodit.

Libertas eccleſiæ qualis?

§. XXXIX. Competit porro (4) ceteris collegiis prædicatum *libertatis*, quæ talem inuoluit facultatem, per quam vniuerſi de negotiis collegii libere absque *imperio interno*, h. e. in collegio exiſtente, diſponunt, niſi iure vel vi prohibiti ſint. Hoc prædicatum eccleſiis in gradu excellentiori adſcribendum, quo magis in

iis

iis eiusmodi negotia tractantur, quæ omnem *coactionem* & *imperium*, libertati contrarium, in rebus conscientiam tangentibus respuunt. Et cum per dominatum præsulis Romani pleræque ecclesiæ sub iugo, obseruantia, imo seruitute papali continerentur; hinc plerique ex hoc oppositio diiudicant libertatem ecclesiæ, & *liberas* illas dicunt, quæ iugum Papale excussere, vti protestantium in Germania, Anglia & alibi. Quoad ecclesias Germaniæ exstat tract. IO. SCHILTER. *de libert. eccles. germ.* vbi per plura secula ostendit, quatenus Germania in illa libertate se conseruauerit. Et sic *cap. 2.* libertatis definitionem ex hoc vnice desumsisse videtur, quod tamen haud sufficit, cum nec illæ *absolute* liberæ dicendæ sint, vbi *episcopi* dominantur, quamuis forsan principes in hisce regnis maiori fruantur libertate, quæ per dominatum aulæ Romanæ aliis regnis prorsus erepta est.

Ecclesiarum Galliæ libertas.

§. XL. Vindicant quoque hoc prædicatum sibi ecclesiæ Galliæ. Constat enim, PHILIPPVM Pulchrum BONIFACII pontificis attentatis masculе restitisse, nullumque locum principiis Papalibus, imperium in ipsa regna & reges sedi papali adiudicantibus, reliquisse, licet vel maxime excommunicationis fulmen in PHILIPPVM subsequeretur. Hinc nec liber sextus Decretalium, libertati huic contrarius, in Gallia vnquam receptus, FRANC. DVARRENVS *in tr. de sacr. eccl. minist. & benef. in præfat. p. m. 25.* adiecto *instit. iuris canon.* SCHILTERI, Conseruauit se hactenus in hac libertatis possessione, ita, vt non aliter hodie admittant Galli nuncios Apostolicos, nisi sub certis conditionibus, Pontificis vniuersale imperium prorsus excludentibus. Conf. ZIEGLER. *de orig. iur. can. §. 56.* vbi simul quædam adducit de oratore Galliæ, in Concilio Tridentino contra quorundam sententias de reformandis principibus protestante & asserente, *totum illud caput de reformatione Regum & Principum non alio respicere, quam ad libertatem ecclesiæ Gallicanæ tollendam &c.* Conf. SCHILTER. *de libert. eccles. cap. 3. §. 6.* Plenius de hac libertate ecclesiæ Gallicanæ agunt PETRVS DE MARCA tr. *de concordia sacerdotii & imperii, seu de libertatibus ecclesiæ Gallicanæ*, & hi, quos ZORNIVS in speciali tractatu de hac materia collegit *de libertat. ecclesiæ gallic. antiquæ & modernæ.* Conf. GISB. VOET. *Polit. eccles. p. 1. lib. 4. tr. 1. c. 1. §. 6.* vbi disquirit, an *libertas Gallicana* vere & proprie dicta libertas ecclesiastica dici possit, certam tamen aliquam decisionem non subiungit. Equidem ipsi Galli more suo nimis de illa libertate gloriantur, aperte dicentes: suum esse *libertatis*, cetera regna *obedientiæ.* STRYK. *de iur. pap. princ. euangel. c. 1. §. vlt.* Verum

Iudicium de libertate Gallicarum ecclesiarum.

negari

negari nequit, ſæpius hanc libertatem deliquium paſſam, & mox imminutam, mox vero reſtitutam quadantenus fuiſſe, præſertim ſub Ludouico XI. Erexit altius caput ſub Ludouico XII., controuerſiis Regi cum Papa Iulio II. intercedentibus. Et cum in concilio Tridentino multa libertati Gallicanæ contraria ſancirentur, concilii huius decreta aperte reſpuit, nec ea ſibi obtrudi paſſa fuit Gallia. Dn. BVDDEVS *in diſp. de concord. relig. Chriſtian. ſtatusque ciuil. c. 4. §. 14.* Exſeruit ſeſe nuper quoque illa eccleſiarum Gallicarum libertas, cum a Præſule Romano poſt varias controuerſias tandem ſolenni bulla d. 12. Martii 1699. illuſtriſſimi ducis Cameracenſis, FRANCISCI DE SALIGNAC FENELON, libellus, cui titulus: *Explicatio des maximes des Saints ſur la vie interieure*, condemnaretur & prohiberetur, quæ tamen condemnatio ante regis approbationem in Gallia non habuit effectum. Nam in genere cenſuræ pontificis Romani effectum non habent, niſi prius a rege approbatæ, quod hodierni Regis ſanctione repetitum eſſe, docet BRVNNEMANNVS *de iure eccleſ. l. 1. c. 2. §. 27.* Ceterum non omni modo circa hunc proceſſum libertatem ſuam videtur conſeruaſſe Gallia, quin, vt recte obſeruat BVDDEVS *cit. l.* magnopere eo ipſo fuit imminuta & labefactata, quod cauſam hanc ducis Cameracenſis ad Romani Pontificis tribunal detulerit, quæ in gentis huius concilio reuocari prius ſub examen debuiſſet, ſi vllam libertatis ſuæ, quam tantopere alioquin vrgent, rationem habere voluiſſent. Parem iacturam paſſa eſt libertas Gallicana ſub controuerſia, quæ olim omnium ſuſpenſos tenuit animos, de conſtitutionis Pontificis contra QVESNELLVM receptione, quam illuſtriſſimus Archiepiſcopus Pariſienſis DE NOAILLES ſibi & regno Galliæ obtrudi recuſauit, & deſuper in concilio nationali cognoſcendum eſſe opinatus, Ieſuitarum turba Regem ad contraria incitante. Quicquid ſit, licet eccleſiæ Gallicanæ iugum papale non omni modo agnoſcant; parum tamen emolumenti inde percipere videntur, quamdiu adhuc ſub iugo *Epiſcoporum* gemunt, & conſcientiæ ſingulorum imperium cleri intolerabile ſentiunt.

§. XLI. Neque enim ex hoc ſolo, ex quo libertatem eccleſiæ Gallicanæ metiuntur, illam eſſe æſtimandam arbitror, cum non ſolus *pontifex Romanus* imperium exerceat, ſed etiam *epiſcopi* ceterique *clerici* a dominatu alieni eſſe non ſoleant, ſi non vi & palam, tamen *clam.* Equidem libertatem *eccleſiæ internæ*, quæ in excuſſione iugi peccatorum & diaboli conſiſtit, *Ioh. VIII, 34. Rom. VI, 16. ſeqq. 2 Petr. II. 19.* intactam relinquo, de qua quædam ediſſerit SCHILTER. *de libert. eccl.* Libertas non tantum opponitur iugo papali.

eccleſ. c. 2. §. 1. ſed ſolum de *externa* ſollicitus ſum, illamque in eo conſtituo, vt eccleſia ab omni dominatu ſacro *cleri*, imprimis *ſubtili* & *clandeſtino*, libera ſit. Nam dominatus cleri ſeſe exſerit vel *palam* & vi manifeſta, vel *clam*, eiusmodi media adhibens, quæ remotius & per indirectum tendunt ad imperium, licet directo hi, qui tali imperio indulgent, id non admittere videantur. Sicuti vero in politicis *clandeſtinæ dominationes* plus nocere ſolent, quo magis oculi ſubditorum excœcati ſunt, quod exemplo famoſiſſimi illius ſic dicti *Protectoris libertatis Anglicanæ* oſtendi poteſt: ita in ſacris dominatus cleri vtroque modo deprehenditur, & clandeſtinus eadem ratione admodum nocet.

Dominatus clandeſtinus libertati noxius.

Humanæ poteſtati non ſubeſt.

§. XLII. Ratio formalis huius libertatis peculiaris eſt, quod quoad illa, quæ regulam ſalutis a DEO reuelatam concernunt, ſit *independens* ab humana poteſtate, nullumque adeo admittat imperium humanum. vid. MARC. ANT. DE DOMINIS *de rep. eccleſ. lib. 5.* Itaque præ *libertate ciuili* multa ſingularia habet, licet de cetero, quatenus *ſocietatem externam* conſtituit, & in Republ. eſt, a libertate ciuili non parum adiumenti capiat. Vid. SCHILTER. *cit. l. §. 7.* Neque enim vera illa libertas quoad formale internum, per imperium ciuile, quod ex *iure circa ſacra* imperanti in eccleſias competit, impeditur, ſed capita inde dependentia illibata vtique manent, qualia ſunt, notante SCHILTERO. *cit. l. §. 8.* ius interpretandi & ſcrutandi ſacras ſcripturas, ius iudicium ferendi de fidei controuerſiis &c. qualia non ſoli clero, ſed ſimul ſingulis in eccleſia competere manifeſtum eſt. Neque a iudicio de *rebus fidei* excludere poſſum feminas cum SCHILTERO *cit. l. §. 21.* quod in ſacra ſcriptura *1 ad Cor. XIV, 34. 1 Tim. II, 11. ſeqq.* iis omne iudicium de rebus fidei ademtum ſit, ſola obſequii & diſcendi cupiditatis gloria iis relicta intra parietes eccleſiæ priuatæ & domeſticæ; *publicum* enim ſaltim docendi *munus* iis denegatur, non *priuatum iudicium* abiudicatur, ceu contextus docet. Ex hac conſideratione diuerſa oritur libertas, oppoſita oppreſſionibus & perſecutionibus ciuilibus, de qua videri poteſt GISB. VOETIVS *ſupra §. 40. cit. l.* vbi tamen nimis *occulto dominatui clericali* indulgere videtur.

An feminis interdicatur iudicium de rebus fidei?

Cur libertas vnice iudicetur ex oppoſitione dominatus craſſi?

§. XLIII. Quoniam vero *dominatus Pontificis* nimis craſſus, manifeſtus violentusque ſtatim ſeſe prodat, & in omnium oculos currat, adeoque manifeſtæ reprehenſioni obnoxius ſit, cum ſtatim cognoſci queat; hinc factum eſſe reor, quod plerique, qui de *libertate eccleſiarum* ſcripſere, *ad dominatum* illum *apertum* prolapſi ſint, eumque per refor-

ma-

mationem ſublatum, & ita libertatem *eccleſiis* reſtitutam eſſe arbitrentur. Conf. HVBER. *de iure ciu. l. 1. Sect. 4. c. 8. §. 17.* Inde etiam SCHILTER. *de libert. eccl. Germ.* ex hoc fundamento vnice libertatem æſtimaſſe videtur. Qui enim aliter fieri potuit? Clandeſtinus *cleri dominantis* dominatus, qui etiam quandoque in iis eccleſiis, quæ de maxima libertate gloriantur, deprehenditur, non omnium in oculos incurrit, ſed variis prætextibus, zelum quendam ſacrum ſpirantibus, inuolutus eſt, vt vel his ſæpe imponatur, qui alias iudicio polito & limato præditi ſunt. Clandeſtinum malum vtplurimum plus nocet. Proinde ad hoc iugum recte cognoſcendum maturitas iudicii requiritur, vt prætextus a veris cauſis ſecerni queant. Declarabo rem vel notiſſimo exemplo. Quid magis impedit libertatem, quam *prætextus nouitatis*, quem communiter tamen etiam homines non adeo mali vrgere ſolent. Sed hic latet anguis in herba. Hæc exceptio *nouitatis* tam antiqua eſt, vt non mirum ſit, ſub hoc prætextu etiam hodie libertatem eccleſiæ ſupprimi. Etiam Chriſtianis a gentilibus ſæpiſſime hæc exceptio obiecta fuit, teſte ARNOBIO *aduerſ. gentil. lib. I. p. 47. 48. ex edit. Elmenhorſt.* Idem factum eſt Euangelicis a Pontificiis, quod LVTHERVS maſcule eliſit *tom. ſ. Ien. Germ. f. 121. 122.* inquiens: Hier muß ich nun mit euch lieben Herren reden, die ihr ſchreyet, man ſoll keine Neuigkeit zulaſſen; ſaget mir: iſt die Kauffmeſſe nicht eine ſchädliche Neuigkeit? Warum habt ihr ſie laſſen auffkommen, und ſchützet ſie noch ietzt? Ja wenn ihr hättet keine Neuigkeit wollen zulaſſen, lieber was und wie viel würde man doch ietzt wol bey euch finden, das in den alten Canonibus und Vätern ſtehet ꝛc. Videlicet, qui veteri fermento addicti ſunt, *nouitatem* fugiunt, quæ tamen plerumque non eſt nouitas, ſed rem antiquam, tamen fere obliteratam, tantum reducit. Inde miror, BECMANNVM in diſſ. *de Nouitate c. 2. §. 5.* adeo ſecure hanc nouitatem *falſitatem* imo *notam hæreſeos* eſſe aſſerere, nec tamen perpendere, hanc exceptionem eſſe plerumque præſidium cauſæ malæ. Sit ita, aliquando ſub *nouitate* latere vitium, an vero hoc in genere prædicari poteſt de *omni nouitate* etiam in ſacris? Certe ſi vnquam quidquam nocuit libertati eccleſiæ, erit hic dominatus clandeſtinus, qui ſub hoc prætextu latitat. Imo puto, diabolum nullo alio inuolucro maius eccleſiæ potuiſſe detrimentum inferre, quam hac infauſta exceptione. Res eccleſiæ quotidie in deterius ruunt, & ita quidem, vt quotidie fere reformatione indigeant. Sed quid? eis qui hanc vrgent, ſtatim obiicitur exceptio *nouitatis*: vnde etiam fit, vt tam deſidioſe in reſtauratione

Clandeſtinus dominatus.

ecclesiasticæ salutis laboretur. Melius certe fratres Bohemiæ iudicarunt, de quibus IO. AMOS. COMENIVS *in histor. eorum §. 67.* & *Paræn. ad eccles. Angl. §. 6.* refert, quod semper propositum habuerint omnia explorandi, & quod vsquam bonum esset, retinendi, vsque adeo, vt sibi etiam canonem conderent, *si qui exsurrecturi essent melius reformati, illis sese iungere posteri vt tenerentur.* Sed sufficiat hæc apologia, eorum potissimum gratia hic adiecta, qui tolerare eos non possunt, quibus veritatem in rebus ecclesiasticis a spuriis principiis liberandi animus est.

Exempla dominatus subtilis.

§. XLIV. Plura adhuc colligere possem, quæ ad hanc speciem dominatus sacri essent referenda, sed liceat hic subsistere, & minus gratas conclusiones intactas reluinquere, quæ tamen hinc inde in sequentibus occurrent, & facile ex hactenus dictis colligi poterunt. Postea *Sect. seq.* excutiendum erit illud problema: num iura Parochialia libertatem ecclesiæ tollant? vnde hæc necessario præmittenda censui. Quin & aliæ conclusiones secundum hactenus dicta examinari debere arbitror, veluti: an cum libertate ecclesiæ subsistant iuramenta religionis, præscriptiones formularum fidei, decisiones clericorum in conciliis pro laicis, declarationes hæreticorum, qui decisiones hasce non admittunt, imprecationes brachii secularis ad eiiciendos heterodoxos, & alia infinita, quæ & hodie passim sese exferunt. Item an, quæ ius Pontificium de *libertate ecclesiastica* adfert, ad veram libertatem pertineant? annon Pontificii sub *libertate ecclesiæ* intelligant liberum & *independentem dominatum sacrum?* Plura præterea colligi possunt ex *polit. eccles.* GISB. VOETII, qui hanc libertatem ecclesiis vindicando mirifice & tecte tamen eandem sæpius conculcat & destruit.

Genuina libertas ecclesiæ.

§. XLV. Sit ergo illa genuina libertas ecclesiæ, vbi ministri verbi diuini *doctoris* limites non transgrediuntur, nec vllum imperium, ne quidem per indirectum, in conscientias affectant, sed amore, pietatis studio indefesso, & viuo exemplo auditoribus suis præesse studeant, minime excutientes imperium Principis. Nam hoc libertatem non tollit, sed libidinem & petulantiam tantum coërcet. Quatenus vero hoc libertatem veram impediret, dicendum in simili casu cum Apostolis, *Act. V, 29. magis Deo obediendum, quam hominibus.* HVBER. *de iur. ciuit. l. 1. S. 4. c. 1. 33.* i. e. propterea non intermittenda illa, quæ a Deo præcepta sunt. Alia vero quæstio est: an in tali libertate ecclesia se defendere possit armis contra superiorem, implorato auxilio inferioris magistratus? Vid. GISB. VOET. *cit. l. §. 4.* cuius quidem sententiam

hic

hic non facio meam, ſed quæſtionem inexcuſſam relinquo, quam *iure publico vniuerſali P. ſpec. lib. III. c. 2. §. 15.* enucleaui.

§. XLVI. Hoc porro plerisque collegiis accidit, (5) vt ſint in Rep. & ſic ſummæ poteſtati, ſicuti in ceterorum ciuium actiones, ita etiam in collegia directio competat. Vnde duo fluunt, 1) quod eccleſia quidem ſit in republ. ſed non respublica in eccleſia, neque hæc recte dici poſſit *pars reipubl.* ita vt ante Conſtantinum M. ſub temporibus Imperatorum ethnicorum per ſe ſubſtiterit, poſtea autem pars reipubl. facta ſit, aliamque formam induerit, vti philoſophatur SCHILT. *inſtit. iur. can. l. 1. tit. 1. §. 7. in f. & de libert. eccleſ. germ. c. 1. §. 14.* additque, quod ita forma regiminis eccleſiaſtici coaluerit cum forma regiminis totius reipubl. Nam eccleſia in reſpectu ad rempubl. non alium ſtatum induit, quam quem habuit extra rempubl., vt ſupra fuſius demonſtratum. Sic anima hominis eſt quidem in corpore, ſed non pars corporis. THOMAS. im Fürſten-Recht in *Theol.* Streit-Sachen *th. 5. §. 8.* Sic etiam ceteræ vniuerſitates ſunt in republica, ſed non ſunt pars eius: alioquin regiminis ciuilis participes forent. Eccleſia non eſt pars Reip.

§. XLVII. In hoc ergo videtur a ceteris collegiis eccleſia differre, quod non habeat *abſolute* ſubſiſtentiam ſuam a ciuitate, vt absque ciuitate eſſe non poſſit, *nec corpus ciuile ſit*: ita enim politico & ciuili modo quoque regenda foret, nec finem obtinere poſſet, niſi ſalua ciuitate. Contrarium euici in *diſſert. prælim. ad lib. I. iur. eccleſ. de ſuprema lege eccleſiaſtica.* Subſiſtentiam ſuam longe ſublimiori principio debet, vt loquitur PVFENDORFF *in animaduerſ. ad Polit. Adrian. Houtuyn. n. 2.* annexis tractatui *de habit. relig.* .Conf. CONRING. *ad Lampad. p. 1. §. 27.* Vnde & inſciis & inuitis rectoribus ciuitatis talia collegia inſtitui poſſunt, quod exemplo ſuo confirmarunt Apoſtoli dicentes, Deo magis obediendum eſſe quam hominibus, HVBER. *de iure ciu. l. 1. Sect. 4. c. 1. §. 33.* quamuis amittant effectus ciuiles, collegiis & vniuerſitatibus alias datos. HVBER. *l. 2. S. 3. c. 4. §. 6. ſeqq.* Subſiſtentiam eccleſia non habet a ciuitate.

§. XLVIII. Porro (2) & hoc exinde fluit, licet concedi debeat, Principem in eccleſia non conſiderari, vt talem, neutiquam tamen *ius circa ſacra* ipſi negari poſſe. Nam cum non amittat ius ſuum per ingreſſum in eccleſiam, quod intuitu reipublicæ, cui præeſt, in quascunque vniuerſitates exercet, ſine dubio etiam ius circa ſacra retinebit. Deducitur hoc ius ex ipſa *maieſtatis* natura, quæ circa omnia ciuium negotia, quatenus ſuperioris directioni ſubiici poſſunt, verſatur. Et cum eccleſia *collegium quoddam* in republ. repræſentet, non poteſt non, Principi competit ius circa ſacra.

quatenus collegium, seu externa societas in republica est, summæ maiestatis imperio esse subiecta. Notanter dico, *quatenus collegium est.* Nam quatenus ecclesia interne consideratur secundum suam societatem cum DEO, quam intendit, & quatenus ipsa sacra extra tale collegium, seu societatem externam salua manent, & sic a collegio hoc externo non necessario dependent, nullius imperio est subiecta. Conf. STRYK. *de iure papal. princ. euang. c. 1. §. 2.*

Illustratur ex Zieglero.

§. XLIX. Conuenienter satis hac de re edisserit ZIEGLER *de iur. maiest. lib. 1. c. 13. §. 14.* vbi ita: *Et hinc patet, potestatem ecclesiasticam externam ideo principi competere, non, vt sit præses sacrorum, sed, vt sacrorum præsides in officio contineat; non esse sacerdotalem & pontificalem, quæ in executione sacerdotalium officiorum consistit, sed esse imperatoriam, quæ sacerdotes regit, vt suum officium faciant, quæque externam disciplinam in ecclesia tuetur.* Non ergo sunt contradictoria, principi ius compere circa sacra: & principem in ipsa ecclesia, si tanquam eius membrum consideratur, non considerari vt *principem*, sed vt *christianum.* Diuersi enim status diuersas operantur personas & diuersa iura.

Fundamentum iuris circa sacra.

§. L. Sicuti ergo principis, qua talis, officium vnice in eo consistit, vt externam tranquillitatem, & pacem in republ. conseruet, stabiliat, & quouis modo fundet: ita quoque exinde iura circa sacra sunt æstimanda. Fini enim debent esse proportionata media. Hinc ius hoc circa sacra non eo primario extendendum, vt etiam principis officium censeri debeat, pios & virtuosos ciues reddere. Hoc sane altioris doctrinæ opus est. Sed quia simul Christianus est, hinc & legibus Christianismi ad hoc obligatur, sed non aliter quam qua Christianus & Christiano modo, i. e. non imperio, sed amore. SECKENDORFF im Christen-Staat *p. 2. c. 9. §. 1.* Et cum Princeps suo exemplo præire ciuibus debeat, & huius ad exemplum reliqui soleant suas actiones componere, de quo optime disserit SECKENDORFF im Christen-Staat *p. 2. c. 8. §. 2. 3.* eo magis ad hoc tanquam Christianus obligatus est, quo magis suo exemplo pietatem promouere, & sic per hanc quoque ciuilem tranquillitatem stabilire potest. Optime CONRING. *ad Lampad. part. 1. §. 18. debet princeps fidem suadere omnibus modis, quandoquidem vt boni viri, ita cumprimis boni est principis, curare, quantum fieri potest, vt suis etiam æternum bene sit post hanc vitam.* Conf. THOMAS. Fürsten-Recht. *th. 3. & 4.*

Quatenus Princeps subditos teneatur reddere pios.

§. LI.

§. LI. Vi huius iuris circa sacra principi competit *generalis inspectio* in ecclesiam, non secus ac in reliqua collegia, ne in abusum trahatur & collegium pium transformetur in noxiam reipubl. PVFEND. *de hab. relig. §. 44.* quod fieri facile posset, si clerici sua potestate abuterentur, & per conciones vehementes, & zelum immaturum spirantes, rebellionem, seditiones, turbas, tumultusque in republ. excitarent. Bene HVBER. *de iure ciu. lib. 1. S. 4. c. 1. §. 6.* inquit: *Sunt multi ecclesiæ Antistites, qui nisi pareant, terrebunt, multitudine melius parente vatibus quam ducibus.* Hinc est ius dirigendi conciones clericorum, ius controuersias interdicendi, exemplo constitutionis de anno 1681. a Serenissimo Friderico Wilhelmo glorioſæ memoriæ in Pomerania latæ, cuius mentionem quoque plenius facit STRYK. *de iure pap. princ. euang. c. 2. §. 6.* Porro huc pertinet ius potestatem clericorum restringendi, si fines suos extenderint, quale exemplum sistit PVFEND. *cit. l.* in causis matrimonialibus; ius præsidendi conciliis, vbi clerici subditi sunt congregati, ne quid in reipubl. detrimentum ibi peragatur, & ipsi inter se tranquille causam suam agant; ius delicta coercendi, v. c. simoniam, ius condendi leges ecclesiasticas de iis, quæ externum ordinem respiciunt. Sed de hoc iure speciatim agendum erit *capite seq.*

Generalis inspectio Principi competens.

Iura specialia.

§. LII. Neque vero, quod Theologi etiam quidam vrgere solent, concursum fidelium ministrorum in exercitio huius iuris præcise requirimus. Recte enim respondet BRVNNEMAN. *de iur. eccl. lib. 1. c. 2. §. 16.* quod possit interdum dubitatio oriri, quinam sint fideles. Imo, si ex præscripto sacerdotum omnia princeps vellet dirigere, sæpe tyrannidis alienæ carnificem ageret, ceu concinne admodum loquitur PVFEND. *de hab. relig. §. 51.* vbi adhortatur principes, ne iudicium suum resoluant in autoritatem suorum sacerdotum, quantamcunque pietatis & probitatis speciem præ se ferant. Possunt enim errare ex zelo carnali & præconcepta opinione, imo etiam in tanta pertinacia subsistere, vt malint omnia pati, quam aliquod idolum (puto adiaphorum) amittere, quod historia exorcismi in Marchia docet, cuius facit mentionem BRVNNEMANNVS *in iure eccles.* Sic si magistratus vellet a suis sacerdotibus petere definitionem *turbationis sacrorum*, illisque cognitionem relinquere, an in hoc vel illo casu *turbatio sacrorum* esset commissa, facile fieri posset, vt etiam vel leuis turbatio iuris parochialis, limitum parochialium &c. huc reduceretur.

An Theologi in exercitio huius iuris concurrere debeant?

§. LIII.

Distinctio inter interna & externa ecclesiæ examinatur.

§. LIII. Verum quousque ius principis *circa sacra* se extendat, vt fines sacerdotii & imperii recte regantur, hic quidem fusius excuti nequit. Illud interim dissimulare nequeo, distinctionem inter *interna* & *externa* rem non conficere, cum limites *internorum* & *externorum* haud sint determinati, & facile ratio excogitari queat; qua *arbitraria* ad *interna* referantur. Ita enim contingit, vt clerici dominantes quæuis iura principum in dubium vocent, confidenter asserentes & conquerentes, principes *interna* tangere, quando adiaphora quædam tollere intendunt. Nullum fere ius *circa sacra* tam certum est, quod a clericis non posset obtorto quasi collo ad *interna* trahi, licet vel per remotissimam consequentiam id demum fieret.

Origo huius distinctionis.

§. LIV. Quod autem hæc distinctio canonisata & a plerisque approbata sit, hoc inde est, quod Constantinum M. ea vsum fuisse credant. Ita enim EVSEBIVS *de vita Constant. M. lib. 4. c. 24. Hinc non immerito ipse in conuiuio recipiens aliquando episcopos, adseruit, se quoque episcopum esse, his fere ipsis verbis nobis audientibus vtens: Sed vos quidem eorum (τῶν εἴσω τῆς ἐκκλησίας) quæ sunt in ecclesia; ego vero eorum (τῶν ἐκτὸς) quæ sunt extra ecclesiam episcopus a Deo constitutus esse videor.*

Reiicitur distinctio.

§. LV. At iam PVFENDORFF *de hab. relig. §. 42.* demonstrauit, principes eo ipso, quod Christianam religionem profiteantur, *haud* fieri episcopos, nec inde ministerium ecclesiæ alterari. Deinde, qui hanc Dianam CONSTANTINI M. adorant, adhuc valde de eius mente anxii sunt, ceu patet ex his, quæ disputantur fusius ab HVBERO, *de iure ciuit. lib. 1. Sect. 5. c. 1. §. 21. seqq. & c. 2.* & VEDELIO *de episcopatu Constant. M.* Et qui tandem vtriusque potestatis fines dirigere volunt, næ fines semper turbant, & nunquam possessionem quietam alteri concedunt.

Examinatur explicatio alicuius dissentientis.

§. LVI. Nonnulli, qui de *externa potestate* differunt, distinguunt, quod illa quidem pro obiecto habeat *adiaphora*, seu quæ per se & sua natura *indifferentia* & *arbitraria* sunt, sed illa tamen sint vel *absolute talia*, vel *secundum quid*. Vtraque putant esse obiectum *potestatis externæ*, illa quidem *absolute*, hæc *secundum quid*. Sed cuinam competit illa externa potestas? Sine dubio principi, intuitu reipublicæ, externa potestate armatæ: in *ecclesia* enim externa potestas, seu *vis imperii* non datur. Equidem potestatem circa *absolute adiaphora* concedunt magistratui, sed sub hac limitatione, *modo principes omnes & eorum politici sapientes essent, nec confunderent sæpe, quæ non debebant.* Sed hæc limitatio

est

est ita comparata, vt magis ius principi deneget, quam attribuat. Quodsi enim princeps *ius circa sacra* exercere suo iure intendit, & forsan id ipsum clero haud placet, statim sub hac limitatione de *abusu* excipere possent, quod tamen subditis haud integrum est, quales etiam sunt ministri ecclesiæ.

§. LVII. Sed si fontem eiusmodi oponionum quæris, in propinquo est. Plerisque adhuc arridet decantata illa distinctio, qua duo genera *Christianorum*, *qua talium*, vulgo constituuntur, nimirum *clericorum* & *laicorum*, vel ipso HIERONYMO teste in *c. 7. C. 12. qu. 1.* Sed quid inde? Videlicet ex eodem iure canonico audi vtriusque qualitates: clericos Deus in suos eligit. Sunt namque reges, i. e. se & alios in virtutibus regentes, & ita in Deo regnum habent. Illi sunt mundo mortui, *cit. c. 7.* His secundum *Schol. ad c. 12. X. de hæret.* datum est, noscere mysteria regni Dei, cum contra laici sint simpliciores, non intelligentes abscondita sacræ scripturæ, cum nec *habitu Theologiæ* sint instructi. Interim gratanter illos a clero accipere debere margaritam aiunt, & tunc non esse porcos & canes. Hæ qualitates discernunt *laicos* & *clericos* secundum principia iuris canonici, & *primariarum personarum statum* constituunt in iure ecclesiastico, longe maiorem *iurium* differentiam inducentem, ac quidem triplex *status ciuilis* olim apud Romanos. Distinctio inter laicos & clericos.

§. LVIII. Ais, quid talia ad nostram ecclesiam, quæ purgata est ab his quisquiliis? Vtinam vero, respondeo. Effectus docet, distinctionem hanc *quoad plura* apud nos esse in obseruantia. Et inde fontem opinionis supra refutatæ deduco. Sed audi ZIEGLERVM *ad Lancell. lib. 3. c. 2. §. 12.* qui distinctionem hanc reuocat ad primitiuæ ecclesiæ tempora, &, *ab initio*, ait, *vox κλῆρος denotabat totam ecclesiam, siue cœtum fidelium, 1 Petr. V, 3. idque vt videtur propterea, quod is alicui vel aliquibus regendus obueniat. Ecclesiasticorum autem scriptorum nemo fere non vocabulum κλῆρος soli collegio ministrorum attribuit, vt ita κλῆρος & οἱ κληρικοὶ & οἱ ἐν κλήρῳ sint illi, qui apud eosdem contradistinguuntur τοῖς λαϊκοῖς.* Et alibi ita loquitur: *Cleri nomine in scripturis venit tota ecclesia, non sola turba rasa & vncta, vti apud pontificios. Vid. Menzer. in exeg. A. C. art. 14. p. m. 640. Postquam autem distinctio inter clericos & laicos inualuit, destruere cœperunt statum laicorum, vt ampliarent sub quadam simulata conscientia statum clericorum. Vid.* EVND. *ad Lancell. l. 1. tit. 4. §. 1.* Originem huius distinctionis & abusum euolui *in dissert. ad Plin. II. & Tertull. diss. VI. §. 4. sqq.* Iudicium de illa distinctione.

§. LIX. Scilicet genuina significatio τῶν κληρικῶν petenda ex eo, quod sint *electi Dei*; ὁ κλῆρος enim *sortem* denotat, & sic MATTHIAS ita dicitur electus, ᾧ ἔπεσεν ὁ κλῆρος ἐπὶ Ματθίαν. Iam vero hoc Quinam vere dicantur clerici.

hoc prædicatum proprie illis, qui sunt de *ecclesia interna*, competit. Tunt enim κληϱωθέντες ἐν Χϱιστῷ electi per Christum, *Eph. I, 11.* habentque Spiritum S. qui est ἀϱϱαβὼν τῆς κληϱονομίας ἡμῶν *Eph. I, 14.* & qui nos idoneos reddit εἰς τὴν μεϱίδα τοῦ κλήϱου τῶν ἁγίων ἐν τῷ Φωτὶ, *Col. I, 12.* Conf. SCHILTER. *instit. iur. can. lib. 1. tit. 7. §. 1.* Deinde etiam Petrus ad ecclesiam externam, quatenus scil. interna eius fundamentum constituebat in primitiua ecclesia, hanc vocem applicat, *1 Petr. V, 2.* Sic & ὁ λαὸς in sacris prædicatur de universa ecclesia, & ita doctores sub se comprehendit. Ex quo apparet, quanta peruersione hæc duo inter se distinguantur.

Quinam laici.

Diuisio inter Geistliche und Weltliche.

§. LX. Respondet huic diuisioni illa, quæ germanico idiomate distinguit Geistliche und Weltliche, quæ ipsa quantum indicium corruptæ ecclesiæ denotet, alii iam docuerunt. Ita enim factum, vt clericis piæ exercitationes adscribantur, imo, vt de finibus turbatis querelæ non raro audiantur, si laici serio studium pietatis exercent. *Spirituales* in sacris literis opponuntur non illis, qui sunt in mundo, sed qui sunt *de mundo* seu *carnales*. Vnde nulla contradictio est, quando dicimus, dari *spirituales*, qui tales non sunt, & clericos, qui minime sunt clerici. Imo & reperi, in ipsis legibus & aliis autoribus, laicos dici *mundiales* & *seculares*. SALVIAN. *epist. 9.* Nam *seculum* & *mundus* ex deprauatione habentur pro synonymis: vnde *redire in seculum*, *denotat clericalem statum relinquere*. In *l. 55. §. 1. C. de episc. & cler.* laici dicuntur *mundani*, & qui statum laicorum relinquunt, dicuntur *in l. 56. §. 1. C. eod. recedere a seculari conuersatione*, *seculi vitam contemnere*, *seculo renunciare*. Contra, qui statum clericalem relinquunt, dicuntur in *ead. l. ad secularem consuetudinem remeare*. Sic etiam in *nou. 6. tit. 1. §. 2. & nou. 137. c. 6.* laici dicuntur *Idiotæ*. Conf. SECKENDORFF im Christen-Staat *p. 3. c. 1. §. 4.*

Finis iuris circa sacra.

§. LXI. Postulauit hanc digressionem conceptus deprauatus de *indole ecclesiæ*, de eius potestate, & quæ alia adhuc hodie inde erronee deducuntur. Vt ergo, vnde digressi sumus, redeamus, fines iuris circa sacra ex fine rerumpubl. dirigendi sunt. Tanta enim in dubio præsumitur principi competere potestas, quanta sufficit ad obtinendam tranquillitatem, quo intuitu etiam princeps omnia iura, quæ *circa sacra* exercet, ad eum finem potissimum expedit, vt salua sit reipublicæ tranquillitas. Decidere controuersias theologicas non proprie spectat ad officium principis, interim quando turba & tumultus ex hisce litibus metu-

metuuntur, decernere poteſt, quænam doctrina *publice* doceri debeat, vt ita pax publica conſeruetur, de quo pluribus ediſſerui *in iure eccleſ. lib. I. tit. 1.* Hoc ſenſu accipio GROTIVM *de iure circa ſacra C. 3.* docentem, ſummum imperium extendere ſeſe ad omne illud, quod iure diuino non eſt determinatum. Conf, THOMASIVS *in vindic. iur. Maieſt. circ. ſacr. §. 27.* BRVNNEM. *de iur. eccl. lib. 1. c. 2. §. 34.* ZIEGLER. *de iur. Mai. lib. 1. c. 3. §. 14. 15.* CONRING. *de Maieſt. ciuil. aut. & offic. circ. ſacra §. 15 ſeqq.* & imprimis *§. 28. ſeqq.* & *in not. ad Lamp. part. 1. §. 15. ſqq.* Ad hoc principium demum recurrit ipſe HVBER. *de iure ciuit. lib. 1. ſect. 5. cap. 2. §. 2. ſqq.* quamuis ſecundum illud velit determinare, quænam ſint illa, quæ *externa eccleſiæ* dici ſoleant. Multa videlicet ſunt in eccleſiaſticis, quæ aliter ſe habere queunt, vt verbo Dei non aduerſentur, eaque imperio ſummo ſubiecta. Videatur HVBER. *cit. l. §. 8.*

§. LXII. Denique quoque (5) hoc omnibus collegiis accidit, vt, qui ſemel nomen ſocietati addixit, ſtatutis illius collegii ſe conformare debeat, id quod ſi non fecerit, ſed plane in contraria iuerit, coercitio ipſius collegii vlterius procedere nequit, quam vt eodem eiiciatur. De ſocietate hac ſacra idem dicendum erit. PVFEND. *de hab. relig. §. 39.* Hinc excommunicatio non alium effectum habere deberet, quam excluſionem ab illo collegio, ſalua manente dignitate politica & ciuili. CONRING. *ad Lampad P. 1. §. 27.* PVFENDORFF *cit. l.* Sed hic quoque in *ſtatum ciuilem* videtur tranſiiſſe eccleſia, dum excommunicatio hodie reuera infamat, & ſic *effectum ciuilem* habet, quod vlterius quidem proſequi nolo, cum id pleniſſime iam excuſſum ſit a THOMAS. im Fürſten-Recht *th. 13.* Conf. CONRING. *cit. l.* vbi fatetur, quod maiori ex parte ciuilis punitio ſit. Proinde merito quoque princeps de hac *excommunicatione* cognoſcere & præcauere debet, ne quis per iniuriam eccleſia eiiciatur. Recte ait HAVEMAN. *de iure epiſc. tit. 10. §. 3.* cenſetque, *magiſtratum politicum ab inſpectione diſciplinæ eccleſiaſticæ nequaquam ſubmoueri debere, quia vtriusque tabulæ cuſtos eſt, imo,* addit, *quod amplius eſt, nec minor, nec maior excommunicatio aut priuatio ab vno aliquo eccleſiæ miniſtro, qualis qualis etiam ille ſit, inſtitui poteſt abſque conſenſu ſenatus eccleſiaſtici ſiue conſiſtorii,* id quod omnino a principe dependet. De aliis qualitatibus collegiorum, quæ etiam eccleſiis applicandæ, dicetur *Cap. ſeq.*

Fundamentum cenſurarum eccleſiaſticarum.

§. LXIII. Diximus etiam in definitione *eccleſiæ §. 7.* eam eſſe ſocietatem *libere initam*, h. e. *arbitrariam*, non *neceſſariam*, quod tamen de *publica* illa congregatione tantum intelligi debet. *Priuata* enim con-

Eccleſia ſocietas arbitraria.

congregatio maiorem neceſſitatem habere videtur, quia vix ſine hac potuit gentibus annunciari euangelium. Atque ita intelligo SCHILTERVM *de libert. eccleſ. German. cap. 1. §. 5.* inquientem: *Etſi ad eſſe ſocietatis ſpiritualis externa ſociorum communicatio non pertineat, pertinet tamen ad bene eſſe, & diuturnitatem conſtantiorem in hoc ſeculo.* Conf. *obſeruat. Hallenſ. ſelect. ad rem liter. ſpect. tom. 1. obſ. 3.*

Eccleſia repræſentatiua,

§. LXIV. Et hactenus de *externæ eccleſiæ* genuina indole ſatis. Iam vlterius adhuc de aliis ſignificatibus *eccleſiæ* breuiter videndum erit. Occurrit adhuc *eccleſia*, quæ cum addito dicitur *repræſentatiua*, quorſum referre ſolent, (1) *miniſterium* ſeu *collegia clericorum;* (2) *concilia.* Sed de ipſa definitione adhuc diſſenſus ſupereſt. Solent rem declarare & illuſtrare hoc ſimili. Legatus Imperatoris eſt Imperator *repræſentatione*, ſeu perſona, quæ repræſentat Imperatorem, ſed non eſt ipſe Imperator, nec repræſentat ipſum in omnibus, ſed quousque inſtructio eius ſe extendit. Sic & clerici ſunt *eccleſia repræſentatiua*, & in negotiis, quæ ad eccleſiam ſpectant, repræſentant eccleſiam, & nomine eccleſiæ omnia expediunt. Quod autem quis per alium facit, per ſe feciſſe putandus eſt. Sic, pergunt, quando dicitur Matth. *XVIII, 17. Dic eccleſiæ*, interpretandum hoc ita, i. e. die Aelteſten und Vorſteher der Gemeine.

Dubia contra hanc doctrinam.

§. LXV. Verum enim vero hæc ipſa acceptio ex papatu deſumta, & ita comparata eſt, vt non poſſit non *ſtatum eccleſiæ æqualem* plane peruertere. Notum enim eſt, quod is, qui *repræſentare* alterum vult, debeat eſſe inſtructus ſpeciali mandato, & ipſi ſimul attribui *character repræſentatitius.* Probent ergo prius oportet, qui hanc chimæram adorant, characterem hunc repræſentatitium ipſis ab eccleſia datum eſſe; non enim præſumitur, ſed probandus. Vrget hoc ipſum, ni fallor, CONRING. *in concuſſ. fundam. fid. p. 12. axiom. 2. ſeqq.* vbi *vicariatum* conculcat: at in *vicariatu* latitat idem *ius repræſentandi.* Imo nec hic confugere poſſunt ad mandatum præſumtum: hoc quippe non ſufficit, vbi ſpeciale & expreſſum requiritur, vti hoc in caſu.

Vbi repræſentatio locum habere poſſit.

§. LXVI Deinde ibi ſaltim repræſentatio locum habere poteſt, vbi æque commode res alii committi & per alium expediri poteſt. Nam *repræſentare eſt, nomine alterius eſſe & facere.* Et ſic videtur abſurde ſimile a politicis negotiis hic petitum eſſe. In ciuilibus enim vices noſtras alteri demandare poſſumus: aſt non ita in rebus, ad ſalutem ſpectantibus, vbi de propriis factis quilibet rationem reddere tenetur.

tur. Egregia hac de re ſunt verba HVBERI *de iure ciuit. lib. 1. ſect. 5. c. 4. §. 36.* inquientis: *In ſpiritualibus pluralitas ſuffragiorum nullius conſcientiam obligare poteſt ad faciendum, ad patiendum poteſt.*

Obiectiones reſoluuntur.

§. LXVII. Sed inſtant quidam: *miniſterium eſt eccleſia repræſentatiua, dum ex miniſterii publici doctrina intelligimus doctrinam, eccleſia ſitne orthodoxa, nec ne?* Sed ita fere habemus fidem carbonariam. Cur? quia, quæ doctrina eſt miniſterii, illa etiam eſt ſingulorum in eccleſia. Ratio connexionis, quia miniſterium tanquam *eccleſia repræſentatiua* ex commiſſione eccleſiæ, & doctrinam ita propriam per repræſentationem facit omnium & ſingulorum in eccleſia. Egregia ſane Philoſophia! quis crederet, tam euidenter abſurdiſſima publice doceri. Conf. interim SECKEND. im Chriſten-Staat *l. 3. c. 12. §. 2. & 3.* vbi docet, quod clerici ſub hoc prætextu omnem autoritatem decidendi excluſis laicis ad ſe traxerint. Vt paucis me expediam, deſumta eſt hæc ratio loquendi a ſtatu politico. In republica is, qui imperio præeſt, dicitur *repræſentare* vniuerſum populum, cum *voluntas imperantis* cenſeatur eſſe *voluntas populi.* Sic etiam, qui *eccleſiam* volunt eſſe rempublicam, in qua clerici imperium exercent, non poſſunt non clericos dicere *eccleſiam repræſentatiuam*, vt *voluntas clericorum* ſit voluntas plebis,

An concilia ſint eccleſia repræſentatiua.

§. LXVIII. Sed dicis: ſaltim concilia ſunt *eccleſia repræſentatiua.* Imo nec illud admitto. Nam non poteſt deciſio doctrinæ ab altero fieri pro me in rebus fidei. Repræſentatio non eſt ſine obligatione perſonæ, quam repræſentat. Aſt eccleſia non obligatur ex deciſis conciliorum, ne quidem eius, qui a tali eccleſia ad concilium miſſus dicitur. Nec admitto, ſi quis me vellet ablegare ad concilium illud Hieroſolymitanum, de quo in actis Apoſtolorum. Ibi enim nulla eccleſia repræſentatiua, ſed tota eccleſia Hieroſolymitana præſens erat, SCHILTER. *Inſtit. iur. can. lib. 1. tit. 1. §. 3. in not. lit. C.* & concluſum non per maiora fiebat, ſed vnanimi conſenſu controuerſiam, ibi agitatam, decidebant *Act. XV, 22. 28.* Sed dicis: deciſum eccleſiæ Hieroſolymitanæ obligabat reliquas eccleſias. Imo nulla obigatio proprie dicta hic aderat, ſed vt *verſ. 31.* innuitur, *ſpontanea voluntate* deciſa hæc a reliquis accipiebantur, præſertim cum deciſio hæc fuerit θεόπνευστος, *verſ. 28.* quod de reliquis conciliis dici nequit, ſi modo hiſtoria eccleſiaſtica conciliorum in ſubſidium vocatur. Vnde infero (1) quia *res fidei* in alterius voluntatem conferri nequeant, nec deciſio in iis quoque, obligans reliquos, fieri poteſt. (2) Nec ſi tota eccleſia eſſet congregata,

De concilio Hieroſolymitano.

ſinguli ſuas ſententias ſubmittere tenerentur vniuerſis, quamuis hoc velit SCHILTER. *de libert. eccl. Germ. c. 2. §. 21.* quia hic tale negotium ſubeſt, quod ſingulorum ſalutem tangit, ergo a ſingulis quoque approbandum, nec a pluralitate votorum dependet, vti optime monet SECKENDORFF im Chriſten-Staat *l. 3. c. 12. §. 3.*

Eccleſia prædicatur de templis.

§. LXIX. Vltimo demum notandum, quod vox illa *eccleſiæ* applicari quoque cœperit ipſis *templis*, vbi Chriſtiani congregabantur. Conf. MARSILIVS PATAVINVS *defenſ. pac. P. 2. c. 2.* qui alios varios ſignificatus huius vocis recenſet, & cuius verba adduxit ZIEGLER *de dot. eccleſ. c. 1. §. 3.* quod quidem hactenus tolerari poſſet, niſi dolendum foret, quod prædicata, *veræ eccleſiæ* tribuenda, *templis* adſcribantur. In hoc ſignificatu vox *eccleſiæ* ſæpe occurrit in codice. Sic in *t. t. C. de SS. eccleſiis* fere ad *templa* reſpicitur. Hic vero ſtatim ſe prodit confuſio prædicatorum. In *l. iubemus 14. C. cit. l.* bona eccleſiæ alienationi eximuntur. Ratio hæc additur, vt, *ſicut ipſa religionis & fidei mater* (ſcil. eccleſia die Gemeinde) *eſt perpetua, ita eius* (eccleſia pro templo ſumtæ) *patrimonium iugiter ſeruetur illæſum.* Hic *religionis fideique* prædicatum primo tribuitur *externæ eccleſiæ*, deinde *templis.* Quæ contra *eccleſiam* ſeu *templa* facta, fieri dicuntur *contra ipſum religionis orthodoxæ Deum, l. decernimus 16. C. eod.* Eccleſia pro *templo* ſumta *ead. l.* dicitur; *Mater pietatis & Chriſtianorum omnium orthodoxæ religionis.* Tribuitur iis *cœleſtis fauor* in *l. 22. C. eod.* &c. De deprauatione vocabulorum in iure eccleſiaſtico pluribus ediſſerui in *dedicat. ad emendat. & additamenta ad Schilteri inſtit. iur. canon.*

Iudicium de l. 26. C. de SS. eccl.

§. LXX. Inde deciſio formata in *l. quoniam 26. C. eod.* quod ſi Dominus noſter IESVS CHRISTVS fuerit ſcriptus hæres, *templo* hæreditas debeatur, quod ille quaſi reſideat in templo, cum potius profiteatur, ſe eſſe in medio eorum, qui in ſuo nomine congregati ſunt, imo potius talia rectius *pauperibus* eſſent diſtribuenda, cum Chriſtus dicat, hoc ſibi videri præſtitum, quod in pauperes, egenos, orbos &c. eſt erogatum. Sacrilegium dicitur, quando loco ſeu *templo* aliquid iniuriæ infertur, *l. ſi quis 10. C. de epiſc. & cler.* ex quo clerici rigidiores ſedem turbationis ſacrorum petunt. Extra *eccleſiam* conuenticula dicuntur tumultuoſa & illicita *l. 15. C. eod.* &c. Pertinet quoque ad hunc ſignificatum *tit. C. de his qui ad eccleſ. confug.* Hinc *ſacrilegium* committere dicitur, qui ex *templo* aliquem extrahere ſatagit, *l. pateant. 3. C. eod.* Qui ad *templa* confugiunt, *muniti dicuntur melius religionis nomine*

mine, quam armorum præſidio. Conf. *tit. C. de his, qui in eccleſ. manum.* Miror proinde, qui factum, quod etiam ex Theologis noſtris quidam hanc acceptionem defendant, nec hic papiſticum quoddam latere dogma opinentur.

CAP. III.
DE
Iure eccleſiaſtico, ſecundum expoſita principia conſiderato.

§. I.

HActenus euictum eſt, *eccleſiam* inſtitutam ſeu *externam* eſſe *collegium* quoddam, non partem *reipubl.*, ſed tantum *in republica* ad modum ceterarum vniuerſitatum, & ſummo imperanti ins circa ſacra in ipſum collegium competere. Exinde de iure ipſo eccleſiaſtico iudicium formandum erit. Connexio.

§. II. Leges ferre, ſummum quidem arguit imperium, *l. f. C. d. LL.* & politicum ſtatum ſupponit; ſed id de *legibus proprie dictis* intelligendum eſt. Dantur vero etiam leges *improprie dictæ*, ex conuentione ſodalium ortæ, & vim quidem obligandi perfectam habentes, ex iuſſu tamen ſuperioris *immediate* haud fluentes, quæ etiam *collegiis* & *vniuerſitatibus* attribui queunt. Cum enim ſocietas nulla absque certis legibus ſeu conuentionibus poſſit ſubſiſtere, quippe in qua τάξις aliqua eſt obſeruanda: legislatores quoque, collegia approbantes, non potuerunt collegiis abiudicare ius condendi ſtatuta, ſaluo tamen vbique ſupremo iure & imperio. *Habent hoc omnia collegia*, inquit PVFENDORFF. *de hab. relig. §. 39. non minus quam eccleſiæ, vt communi conſenſu ſtatuta condere queant, ad peculiarem eorundem ſpectantia finem, ſaluis communibus ciuitatis legibus.* Recte proinde applicari poteſt ad leges eccleſiaſticas illud ICti *in l. 1. de LL.* quod ſint *communis eccleſiæ ſponſio.* Et ſi hoc modo *leges eccleſiaſticas* conſideramus, apparet, per *ius eccleſiaſticum* eo ſenſu intelligi (1) ipſam *facultatem*, quæ alicui ex pactis competit, (2) modum conſtituendi ſtatuta, ſcil. ipſa *pacta*. Quænam leges ad collegia ſpectent? Ius eccleſiaſticum quo ſenſu veniat?

§. III.

Ius eccleſiaſticum in primitiua eccleſia.

§. III. Et ſiquidem hæc cum temporibus primitiuæ eccleſiæ conferimus, antequam Chriſtianam aſſumſerunt religionem imperatores; genuinam faciem eorum, quæ hactenus dicta ſunt, inuenimus. Poſtulabat τάξις καὶ εὐσχημοσύνη certas *regulas*: fiebant illæ vel *communi conſenſu* tam *expreſſo*, quam *tacito*, vel ſaltim τῶ προϊσταμένων ſuaſu, accedente totius eccleſiæ approbatione; nec apoſtoli & ſucceſſores eorum vllum imperium hac in re ſibi arrogarunt, vid. *1 Petr. V, 3.* Dicebantur talia ſtatuta & placita *regulæ* ſeu *canones*, eo intuitu, quod vel *legis* proprie dictæ forma deſtituerentur, SOCRAT. *l. 3. c. 6. & lib. 6. c. 36.* priuatæque plerumque eſſent autoritatis, vel etiam quod *regulæ quædam viuendi* in eccleſia ab illis, qui ei præerant, præſcriberentur. Sed hæ poſteriores ad inſtar *doctrinæ* & *dogmatum* ſeſe habeant, non inculcabantur pœnis, ſed amore; non coactione, ſed ſuaſione; non abſolutæ poteſtatis iuſſu, ſed oſtenſione veritatis & vtilitatis. Et hoc intuitu recte dicit GISBERT. VOET. *in polit. eccl. P. 1. l. 1. tr. 2. c. 8. §. 2.* quod *lex canonica* illud proprium habeat, ab aliis veris legibus diſcrepans, *quod non ſit armata, ſed inermis, deſtituta ſcilicet imperio & poteſtate.* Quia tamen primi Chriſtiani magis de *pietate* quam *legibus eccleſiaſticis* & canonibus condendis erant ſolliciti, pleraque *conſuetudine*, *obſeruantia* & *moribus* conſtabant, vt ius eccleſiaſticum primæuum primario *non-ſcriptum* fuiſſe videatur, quamuis etiam hoc appellatione *canonis* vel *legis eccleſiaſticæ* venerit, quod plenius oſtendi in *diſſ. de obſeruantia eccleſ.* & *in tr. iur. eccleſ. proteſtant. tit. de conſuetudine.*

Canones vnde?

De quibus canones diſponant?

§. IV. Sicuti autem horum canonum neceſſitas non eſt abſoluta, ſed tantum ad *bene eſſe* eccleſiæ ſpectat, GISB. VOET. *polit. eccl. P. 1. lib. 1. tr. 2. c. 9. probl. 1.* ita & *regularum* harum obiectum tantum ex fine externo quoque determinationem ſuam accepit. Et cum hic tantum in eo conſiſtat, vt τάξις καὶ εὐσχημοσύνη aliqua in eccleſia obſeruetur: merito quoque de aliis diſponere non potuerunt, niſi de *actibus adiaphoris* & *mediis*, ZIEGLER. *ad Lancell. lib. 1. tit. 3. §. 1.* & quæ tantum ad *externum eccleſiæ ordinem* ſpectant. Sed de actibus, in S. ſcriptura determinatis, & ad *fidei eſſentiam* pertinentibus, nullam condendi canones poteſtatem habet eccleſia, ſed *iudicandi*, quæ poteſtas tamen, vt bene monet ZIEGLER. *cit. l.* non niſi *delegata miniſterialis* & NB. ἐρμηνευτική, non *imperatiua* exiſtit. Videlicet prior poteſtas toti eccleſiæ communis eſt, quatenus *collegium* conſtituit: altera *doctorum* officium concernit, quod non aliter quam in *docendo* conſiſtit. *Docere* autem duo complecti-

Quid docere?

tur

tur (1) interpretari doctrinam ipsam: (2) applicare eandem per admonitionem, hortationes, preces, manſuetudinem, imprimis viuo *exemplo*, quod expreſſius docet.

§. V. Equidem & canones circa ea, quæ ſunt *fidei*, & ex S. Scriptura deciſionem capiunt, antiquitus conſtitutos fuiſſe, notum eſt. Imprimis hæc cura & finis erat *conciliorum*, vt controuerſias fidei examinarent, & contra diſſentientes firmarent, ex quo poſtea tam infiniti canones ſunt orti. Imo primarium fere poſthac opus conciliorum fuit, condere ſymbola (prout olim plerumque *deciſiones fidei* nominabantur peculiariter, ad differentiam canonum, qui de *diſciplina morum* conſcripti, SCHILT. *inſtit. iur. can. l. 1. tit. 11. §. 4.*) quæ eſſent *norma credendorum*, & quibus adhuc vt plurimum inſiſtitur. Nec a noſtris temporibus conſuetudo, formulas ſymbolaque conficiendi, aliena eſt. Sed cum in hiſce conſtituendis vnice doctorum officium ſeſe exſerat, obligatio quoque non alia eſſe poterit, quam quæ *officio doctoris* conformis eſt, ideoque ad leges eccleſiaſticas talia ſymbola referri non poſſunt. Imo licet vel maxime eiusmodi ſymbola a tota eccleſia, von der Gemeinde, eſſent approbata; non tamen obligatio quoad ſingulos inde naſceretur ex mutua conuentione; nam deficit habile obiectum conuentionis, nec de his, quæ de *ſcripturæ ſacræ ſenſu* & *fidei articulis* per interpretationem conſtituuntur, pactio iniri poteſt, ſed tantum de *adiaphoris*, & rebus *mediis*, & quæ τάξιν externam reſpiciunt. Eo ipſo tamen non nego, poſſe principem nonnunquam, pro reducenda pace ciuili, determinare doctrinam publicam, eique effectus ciuiles tribuere, quod diſtincte explicui *in iure eccleſ. proteſt. lib. 1. tit. 1.*

Canones de rebus fidei.

An Symbolæ ad LL. eccleſ. ſpectent?

§. VI. De hiſce canonibus, a primitiua eccleſia confectis, adhuc plurima extant documenta. Vetuſtiſſimi, qui extant, ſunt illi, qui dicuntur *apoſtolici*. Autores horum canonum dicuntur apoſtoli fuiſſe, ipſique eorum autoritate conſcripti, & collecti a CLEMENTE Romano. Indicat hoc vel ipſa rubrica, quæ in corpore noſtro iuris Romani, cui in calce adiecti ſunt, habetur. Ita enim illa: *Canones ſanctorum & venerandorum apoſtolorum per Clementem a Petro apoſtolo Romæ ordinatum epiſcopum in vnum congeſti*. Sed de hac traditione plerique dubitant, oſtendentes, eos non pertingere ad ætatem CLEMENTIS, quod in iis quædam aperte deciſa contineantur, de quibus tamen acriter ſeculo tertio quartoque diſputari cœptum eſt, quæ ſine dubio non fuiſſent in dubium vocata, ſi apoſtolorum autoritate fuiſſent conſcripta. ZIEGLER. *de orig. iur. can. §. 9.* IO. DALLAEVS *de pſeud-epigraphis apoſtolic.*

Canones apoſtolici.

De autoritate eorum.

Est potius origo horum canonum maxime incerta, quamuis antiquissima, cum & vetustissimi scriptores horum mentionem faciant. Nec videtur improbanda ZIEGLERI coniectura *cit. l.* relata, *quod collectio ipsa sit farrago plurium canonum, diuersis temporibus editorum.*

Iuris canonici dissensus de horum autoritate.

§. VII. De horum canonum autoritate in iure canonico *c. 1. D. 16.* valde dubitatur. Testatur enim in *cit. c.* ISIDORVS, quod eosdem sedes apostolica non receperit, nec sancti patres illis assensum praebuerint, quia ab hæreticis sub nomine *apostolorum* compositi, vnde & inter apocrypha eosdem reiicit. Aft in *c. placuit. 4. D. 16.* rursus stabilitur eorum autoritas, & plane contrarium asseritur, atque, quod mirandum, etiam ISIDORI ibi mentio iniicitur, ex quo concludit ZIEGL. *de orig. I. Can.* diuersos hic autores esse supponendos, & prioris canonis autorem esse ISIDORVM Hispalensem, posterioris ISIDORVM mercatorem Quicquid sit, illud interim certum est, autoritatem eorum inter ipsos pontificios esse exiguam, & vt suppositities merito reputari debere. Recensentur adhuc *constitutiones apostolicæ*, quæ CLEMENTI itidem adscriptæ: & in collectione COTELERII relatæ sunt; dudum vero reiectæ ab eruditis, quod ex professo ostendit DALLAEVS *cit. tr.*

Conciliorum canones.

§. VIII. Accesserunt postea variorum conciliorum canones, imo tanta eorum copia hodie sistitur, vt integris volumnibus editi conspiciantur. Ipsos canones apostolicos cum commentario edidit GVILIELM. BEVEREGIVS, Anglicanæ ecclesiæ presbyter sub titulo; *Συνοδικόν siue pandectæ canonum SS. apostolorum & conciliorum.* Variæ præterea collectiones factæ canonum, quarum primarias duobus tomis sistunt IVSTELLVS & VOELLIVS in *biblioth. antiqu. iur. canon.* Instituti vero ratio non fert, fata harum collectionum referre, quod alibi feci, præsertim in *dissert. prælim. de orig. & apparatu iur. canon. ad Artneri instit. iur. canon. & in tract. eccles. protest. tit. de constitut.* Neque hic substiterunt collectores, sed canonibus admiscuerunt dicta patrum, leges ciuiles, pontificum decreta seu epistolas, & similes flosculos, quo ipso imprimis patrum doctrina canonisata, & instar legum assumta est, quæ ante priuatæ prorsus auctoritatis erat. Conf. LAVNOIVS *de reg. in matrim. potestate p. 306.*

Natura horum canonum. Abusus potestatis ecclesiasticæ.

§. IX. Quamuis itaque natura horum canonum & symbolorum indicet, *illorum* quidem obligationem *in ecclesiis priuatis* dependere ex pacto, *horum* vero ex genuina conuenientia cum S. Scriptura: non tamen primitiuæ ecclesiæ membra semper hic substiterunt, sed sæpe limites officii & potestatis suæ extenderunt, legislatorum quoddam

dam ius & imperium politicum affectantes. Factum est hoc imprimis seculo III., imo iam seculo II. circa finem VICTORIS Romani episcopi audacia latius processisset, nisi ceteri occidentales intercessissent. Seculo vero tertio, quo opinio de *regno sacerdotali* fabricabatur, sequentibus temporibus perfectius exædificata, magis glisscere æqualitas in ecclesia, & simplicitas antiqua in statum politicum inclinare cœpit, quod pluribus documentis ostendi posset, si ratio instituti id admitteret. Nec brachii secularis imploratio defuit; EVSEBIVS *lib. VII. H. eccl. c. 24.* iudiciorumque ecclesiasticorum vigor, & disciplinæ ecclesiasticæ seueritas mira incrementa sumserunt, vt ad fundamenta hierarchiæ collocanda nihil deesset.

§. X. Ceterum obseruandum est, canones illos ecclesiasticos, ad externam ecclesiæ τάξιν & decorum pertinentes, non tollere libertatem ecclesiæ, quæ magis *interna* seu *conscientiam* respicit, & ab iis omnem dominatum arcet; quin potius illi, qui obtrudere *articulos fidei*, in certis conciliis constitutos, conscientiis voluerunt, in libertatem ecclesiæ grauiter peccarunt, quod etiam circa hæc tempora, de quibus §. *antec.* locutus sum, factum est. Canones quatenus libertati non obsint?

§. XI. Sed circa ecclesias, in isto statu constitutas, quæstio oritur: *annon imperantibus ethnicis ius aliquod competierit, leges ecclesiasticas condendi?* Si enim principi in genere competit ius circa sacra legislatorium, nec *principi gentili* hoc ius denegandum videtur. Ostendit iam PVFENDORFF. *de hab. relig. §. 44.* omnino principi, etiam infideli, eo ipso, quo in sua ditione sedem ecclesiæ concedit, competere *generalem* quandam in hancce, non secus ac in reliqua collegia, *inspectionem*, ad minimum vt videat, ne quid in sui præiudicium ibi agatur. Quo minus ergo rationibus publicis id ita suadentibus, quandoque leges ecclesiis dare, vel ab ecclesiis receptas restringere & limitare possit, nullus dubito, quamuis forsan rariora exempla reperiantur. Vt plurimum enim sacra peregrina, a republica improbata, negliguntur, opprimuntur, & variis afficiuntur incommodis, vt penitior principum cura non adeo exspectanda sit. An principes ethnici habuerint ius circa sacra christiana?

§. XII. Equidem quibusdam absurdum visum fuit, adscribere velle imperatoribus gentilibus *ius circa sacra christiana*; sed in quo absurdum hoc lateat, doceri non potuit prout optime obseruat HVBER. *de iur. ciu. lib. I. sect. 5. c. 2. §. 12.* cum discrimen religionis per se iura maiestatica non alteret, licet aliunde his impedimentum iniiciatur. STRYK. *de iure papal. c. I. §. vlt.* Quin ipsos christianos hoc ius in subsidi- Dubia resoluuntur.

fidium aliquando vocasse, docet exemplo episcoporum Antiochenorum, AVRELIANVM implorantium, SCHILTERVS *de libert. eccl. c. 2. §. 10.* quamuis circa hoc exemplum plura monenda sint. Interim certum est, orthodoxos rem eo deduxisse, vt AVRELIANVS sanciuerit, ne quid in religione Christiana ratum haberetur, nisi quod cum Romano ceteri Italiæ episcopi decernerent. EVSEB. *hist. eccles. lib. VII. c. 30.* BRVNNEM. *de iur. eccl. lib. 1. c. 2. §. 30.* Adest hic ergo reuera exemplum constitutionis ecclesiasticæ gentilis imperatoris, quamuis orthodoxorum processus hic non omnino probandus sit.

Ius circa sacra imperantibus ethnicis actu primo fuit.

§. XIII. Ceterum, prout dixi, rara exempla eiusmodi ecclesiasticarum constitutionum occurrunt, præsertim cum a fide alieni rebus ecclesiæ, quam pro tali non agnoscunt, se non miscere soleant. HVBER. *de iur. ciuit. cit. l. §. 14.* Inde omnino recte se habet distinctio BRVNNEM. *de iur. eccles. lib. 1. c. 2. §. 26.* habuisse scilicet ethnicos Imperatores ante CONSTANTINVM M. summum ius in sacra, magis tamen *actu primo* quam *secundo*. Imo & actu secundo, quatenus ius hoc legitime exercent. Inde infert HVBER. *cit. l. §. 14. Patriarcha græcus ex ordine clericorum eiusdem nationis, a Turcico Imperatore constitutus, pro illegitimo non magis habendus, quam qui olim a Christianis Imperatoribus electi fuerunt.* Et quis denegaret principibus Christianis ius circa sacra gentilium & alia peregrina? quibus tamen ob religionem plus tribui nequit iuris, quam aliis imperantibus. Sunt adhuc inter Christianos iudæorum sacra, in quæ principi nemo inspectionem negabit. Exemplo notabili id declaraui *in dissert. de cauta iudæor. tolerantia in s.* Denique addo, etiam hoc inde liquidum esse, fallere eos, qui principi, vt *primario ecclesiæ membro*, tribuunt ius circa sacra, id quod si verum esset, sane in sacra, quibus non est addictus, ius ei esset abiudicandum.

Leges ecclesiasticæ ab imperatoribus latæ.

§. XIV. In eo vero tales *constitutiones* a principibus latæ a canonibus hactenus explicatis differunt, quod tanquam *lex proprie dicta* obligent, & sic iura ecclesiastica in eminentiori gradu constituant. Canones vim *conuentionis* tantum habent, quatenus priuatorum conuentione constituuntur. Præterea nec dubium est, quin potuerit a principe ethnico ius, de quibusdam rebus, ecclesiam concernentibus, leges ferendi, ecclesiis concedi, non tamen nisi subordinate, *vt propter concessionem hanc & repercussum ad Principem*, sunt verba ZIEGLERI *iur. Maiest. lib. 1. c. 13. §. 30. reuera leges essent & dicerentur, quamquam propter perpetuas illorum temporum persecutiones tale quid asserere difficile sit.*

§. XV.

§. XV. Ex hisce declaratis apparet, vtrumque significatum *iuri ecclesiastico* in statu, sub ethnicis imperatoribus florenti, posse adscribi, scilicet quatenus vel *pacta* denotat, vel *leges* proprie dictas. Quin cum ex pactis & legibus ius, pro *facultate* sumtum, nascatur; sua sponte tertius quoque significatus sese exserit, vt adeo omnes tres significatus, diuerso tamen cum effectu, hic concurrant. Iuris triplicis significationis applicatio.

§. XVI. Perlustranda paucis quoque sunt iura ecclesiastica sub temporibus *Christianorum Imperatorum.* Primus CONSTANTINVS M. fertur Christianus fuisse, sub quo epocham ecclesiæ florentissimæ inchoant. Si scilicet ecclesia florentissima foret, vbi externe clericis bene est, bonisque abundant, & imperium suum in conscientias exercere possunt. Refutauit iam dudum hanc communem, falsam tamen, opinionem ARNOLD in der Abbildung der ersten Christen, tum quoque in der Ketzer-Historie *P. 1. lib. 4. cap. 3.* Ecclesiæ status sub Constantino M.

§. XVII. Videtur hunc errorem voluisse indicare ZIEGLERVS *de iure Mai. lib. 1. c. 13. §. 31.* qui ea ob conditionem temporum prudentia vtebatur, vt veritates tectæ & obiter proferret, illas maxime, quæ communibus sententiis aduersari videbantur. Merentur verba, vt integra hic adducantur: *Ex quo*, inquit, *per Constantinum & sequentes Imperatores effectum est, vt possessio Christiana non tuta tantum, sed NB. HONORATA ESSET, MVNDO VELVT INTRVSO IN ECCLESIAM, cœpit hæc sensum humana prehendere adminicula, cum antea solius Dei præsidio munita fuisset. Et ab eo tempore cœpit constitutionibus ecclesiasticis assensus summæ potestatis inseri his verbis; Præcipiente Rege, decreto glorioſissimi Principis, consultu piissimi & religiosissimi Domini, annuente religiosissimo Principe constituit aut decreuit Concilium* Iudicium Ziegleri de illo statu.

§. XVIII. Cœperunt ergo ab eo tempore canones vim *legis* habere, quatenus confirmati a Maiestate ciuili erant, scilicet illi, qui de eiusmodi negotiis disponebant, ad quæ ius principis circa sacra spectabat. Vnde obiectum statutorum ecclesiasticorum suis terminis inclusum est, & ad ea tantum porrigitur, quæ religionem circumstant, externamque eius τάξιν respiciunt. PVFEND. *de habit. relig. §. 48.* Nec necesse est, leges ecclesiasticas semper per personas ecclesiasticas administrare, vt prudenter animaduerit ZIEGL. *ad Lancell. lib. 3. tit. 1. §. 2.* aut cum canonistis principi solum *custodiam* seu *tuitionem* aut *executionem* harum legum dare: nam principi cuique summo non circa *profana* tantum, sed etiam circa *sacra* competit potestas legislatoria, & Canones vim legis habentes.

iure proprio quidem, non aliunde aut ex concessione alterius. ZIEGLER. *cit. l.* Conf. STRYK. *de iure Pap. Princ. euangel. c. 1. §. 1.*

Principis potestas circa sacra quandoque latius extenditur.

§. XIX. Quin cum ius circa sacra determinationem suam accipiat a fine reipub.; sæpe statuta eo porrigenda, de quibus alias princeps non disponeret, si tranquillitas publica alio modo conseruari posset. Sic ob hunc finem recte prohibet princeps, controuersias quasdam publice ventilari, quæ fidei essentiam non necessario tangunt, quo pertinet edictum sereniſſimorum Ducum Brunsuicensium de intermittenda controuersia de *Vbiquitate carnis Christi*, de quo mentio facta in disp. mea inaug. *de iure epistalm. sub Præs.* STRYKII habita *c. 2.* Sic ius decidendi controuersias theologicas, nec principi, qua tali, nec ordini sacro competit, vt decisio talis instar *legis* valeat. Sed ob tranquillitatem publicam necessitas sæpe extorquet talem legem a principe, per quam alteram opinionem publice doceri prohibet, alteram eligit, quæ tamen singulos non obligat in conscientia, vt suos conceptus secundum opinionem, a principe approbatam, formare debeant: sed publicum solummodo exercitium hæc tangunt. HVBER. *de iur. ciu. lib. 1. Sect. 5. c. 3. §. 18.* SECKENDORFF im Fürsten-Staat *l. 2. c. 9. §. 6.* Vnde qui publicæ doctrinæ tanquam doctor præest, ex hac lege obligatur, vt vel secundum approbatam sententiam doceat, aut vt ecclesiam relinquat, THOMAS. im Fürsten-Recht *th. 17.* quod societatis iura postulant, si vel maxime abstrahamus ab imperio. Vbi enim socii dissentiunt, & vident, se non amplius posse in vna societate subsistere, dissentientes libere discedere queunt. Sic quoque in ecclesiis reliqua membra denunciandi dissentientibus, ius habent, se non posse cum illis habere eundem cultum communem & signa communis gratiæ, quamdiu ita sentire se profitentur, vt in summam doctrinæ salutaris impingere videantur. HVBER. *de iure ciuit. lib. 1. sect. 5. c. 3. §. 8.*

Ius decidendi controuersias Theologicas.

Iudicium Huberi de LL. codicis ecclesiasticis.

§. XX. Ex hoc fonte defendit HVBER. *de iure ciuit. lib 1. sect. 5. cap. 3. §. 16.* leges codicis ecclesiasticas, quod, quia receptum erat in ecclesia sacrosanctæ Trinitatis dogma, Imperatores *tit. C. de summa Trinit. & fid. cathol. & vt nemo publ. de ea contend.* recte sanciuerint, ne quis de ea publice contendere audeat.

Abusus constitutionum ecclesiasticarum.

§. XXI. Neque hoc improbarem, si modo exploratum esset, (quod tamen historiæ ecclesiasticæ vix patiuntur) nihil aliud imperatores intendisse, quam vt publicæ tranquillitatis gratia publicam doctrinam stabilirent, eosque, qui aliter statuerent, ad munus publice docendi

di non admitterent. Sub his enim limitationibus demum conceſſum hactenus eſt, leges eccleſiaſticas de *controuerſiis fidei* fieri poſſe. E contrario poteſtas ſummorum principum eo neutiquam pertinet, vt penes ipſos ſit, chriſtianæ religionis dogmata per modum *legis ciuilis*, proprie dictæ, obligantis ſingulos in conſcientia, imo ſub *pœna* ſancire, ſeu iisdem ſanctionem *legis ciuilis* addere, aut pœnis temporalibus aliquem cogere ad amplectendam religionem, vel ad profitenda aut abneganda certa dogmata, de quibus inter chriſtianos lis eſt &c. Ita enim reuera Cæſaropapia introduceretur, de qua iam ſupra. Conf. PVFENDORFF. *de habit. relig. §. 48.* & quæ fuſius hac de controuerſia diſputaui *in iure eccleſ. proteſtant. lib. 1. tit. 1.* Optime SECKENDORFF im Chriſten-Staat *P. 2. c. 9. §. 6.* inquit: Die Fürſten müſſen ſich nicht zu Herren über den Glauben ſelber machen, oder mit ihrer Hoheit und Gewalt denen Lehrern der Kirchen oder Gemeinden Glaubens-Articul aufdringen, denn dieſes kömmt keinem Menſchen zu, ſondern iſt ein Vorbehalt, der GOtt allein gebühret, und aus ſeinem Wort zu verſtehen iſt.

§. XXII. Ex hiſce præſuppoſitis iam facile iudicare licet de ipſis legibus codicis. Si verum fateri volo, leges plerasque ex dominatu clericali, qui eo tempore aulas imperatorum occupauerat, latas perſuaſiſſimum habeo. Tenebat ſolium iam tempore CONSTANTINI M. Papa ſeu dominatus clericalis, & ille imperium ſuum in conſcientias quouis modo exercere contendebat. Hinc imperatorum auxilio vel potius exſecutione opus erat, vt formulas fidei, a clericis dominantibus conceptas, iuſſu publico laicis proponerent & iniungerent. Vnde neſcio, an non probanda ſit illorum opinio, qui plerasque leges, ab ipſo clero confectas, autument, ita vt tantum ſub nomine principis ſuum dominatum exercerent. Applicatio ad leges codicis.

§. XXIII. Liceat paucis rem exemplis declarare. Equidem tit. C. ita conceptus eſt, ac ſi ſolum de *publica doctrina* intelligendus foret, quod ſub certis limitationibus ſupra conceſſi. Sed leges vlterius progrediuntur, & conſcientias onerant certis formulis, ſub *pœna publica*, infamiæ, imo mortis, ſuſtinenda ab iis, qui non eodem conceptu inſtructi ſunt; *l. 1. C. de ſummatrinit.* Quin in *l. 3. eod.* vltimum ſupplicium dictatur iis, qui libros hæreticos legere ſuſtinuerint, & anathematizantur hæretici in *l. 6. eod.* Imo expreſſe in *l. cum recta 5. eod. in fin.* hæc notabilis occurrit clauſula: *Si aliqui poſt hanc præmonitionem, certo & liquido id* Legum eccleſiaſticarum codicis iniquitas.

cognos-

cognoſcentibus & comperientibus locorum epiſcopis Deo amantiſſimis, inuenti fuerint, poſt hac in contraria his opinione eſſe, hi nullius indulgentiæ expectent veniam &c. Hic reuera epiſcopis *ius inquiſitionis* firmatur, dominatus in ſingulorum conſcientias ſtabilitur, & id lege publica eccleſiaſtica pœnali ſancitur, quod obiectum *poteſtatis ciuilis* non eſt. Et quis omnia argumenta, dominatum ſacrum indigitantia, recenſeret? Subodoratus id ipſum eſt CORVINVS, qui, vt pontificiis inſeruiret, ſcripſit *Iuſtinianum catholicum*, & ex *codice* floſculos illos collegit, qui hierarchiam defendere poſſent, quod eo facilius exequi potuit, cum eo tempore ſincerus eccleſiæ ſtatus prorſus iam declinauerit, & in intimam corruptionem deiectus fuerit.

Pœnis dogmata fidei non inculcanda.

§. XXIV. Apprime hic PVFENDORFF. *de habit. relig. §. 48.* loquitur: *Per vim pœnasque humanas intentatas illuminatio mentis & intrinſecus aſſenſus dogmatum, rationis ſibi relictæ captum exſuperantium, haud quicquam produci poteſt*, & paulo poſt: *Summi imperantes non ſunt conſtituti religionis cauſa, nec aliquo colore poſtulare queunt, vt ciues fidem ſuam abſolute ſubmittant fidei ipſorum, aut ſi ciues ad hoc obſequium deſcendere velint, id ipſos de ſalute ſua certos reddere poteſt.*

Pontificum conatus circa ius eccleſiaſticum.

§. XXV. Quamuis vero ius eccleſiaſticum, quatenus *legis vigorem* habere debeat, ex iure circa ſacra deduci mereatur: extorſit tamen hoc ius poſtea imperatoribus Hildebrandina illa tyrannis, omnia iura ad ſe trahens, quæ alias imperatoribus de iure in eccleſiaſticis competebant. Peperit hæc res varios motus, donec demum eo res redacta fuerit, vt, langueſcentibus ipſis imperatoribus, & non amplius reſiſtentibus attentatis aulæ Romanæ, pontifices omne ius in ſacra ſibi ſolis attribuerent. STRYK *de iur. pap. c. 1. §. 3.*

§. XXVI. Acceſſit poſtea ſolennis quædam approbatio per concordata nationis Germanicæ, imo & imperatores a temporibus CAROLI V. ſolenniter per capitulationes conſtricti fuere, es bey dem Pabſt dahin zu bringen, damit denen concordatis Germaniæ nachgelebet werden möge. Conf. fuſius de hac materia STRYK. *de iure papal. princip. euang. cap. 1. §. 7.*

Iuris eccleſiaſtici ſtatus ſub tempore reformationis.

§. XXVII. Sub hoc iugo papali totum imperium gemebat, donec tandem, accedente reformatione, lucem euangelii acciperet, & principes imperii in iura ſua inquirere inciperent. Secuta deinde pace publica, ipſis quidem principibus euangeliçæ religionis ius circa ſacra pleniſſime confirmatum *in inſtr. P. art. V §. ius Diœceſanum 48.* & tota iuris-

dictio

dictio papalis ecclesiastica cum omnibus suis speciebus suspensa est in territorio euangelicorum, ita vt hæc se intra terminos cuiusuis territorii continere debeat, quæ omnia latius exposita sunt in *iure eccles. protestantium.*

§. XXVIII. Ceterum circa leges illas ecclesiasticas principibus nostris obstant vel pacta imperii publica, quæ habentur *in instrument. pac.* & principem constringunt, ne possit exercitium religionis, quod *d. 1. Ian. 1624.* obtinuit, immutare: vel etiam obstant pacta cum statibus prouincialibus inita, quæ pariter confirmata per *Instr. P. art. 7.* BRVNNEMAN. *de iur. eccles. lib. 1. c. 2. §. 28. inf.* Vnde leges ecclesiasticas eatenus condere possunt, quatenus hisce pactis non aduersantur.

§. XXIX. Hoc ergo modo consideratum ius ecclesiasticum vel denotat *leges principis*, quæ vi iuris sacrorum ad regimen externum ecclesiæ salutemque publicam constitutæ sunt: vel etiam *salutem moralem*, personis competentem, in ecclesia ad iuste aliquid habendum ab alio vel petendum, quorsum pleraque iura parochialia reducenda sunt. Denique si *in complexu* vel *systematice* omnia iura & leges ecclesiasticas consideres, IVS ECCLESIASTICVM erit *complexus seu congeries iurium ecclesiasticorum, collectorum eum in finem, vt quid iustum sit, nec ne in causis ecclesiasticis, inde iudicari apte & facile possit.* Ipsa porro *iuris ecclesiastici prudentia* inde conficitur, quæ nihil aliud est, quam *habitus recte ratiocinandi seu iudicandi de negotiis ecclesiasticis secundum leges ecclesiasticas.* Quid enim sunt iura, nisi sint, qui iura regere possint? vt optime iudicat ICtus in *l. 2. §. 13. D. de orig. iur.* hoc est, nisi adsint ea prudentia instructi, vt possint iudicare de negotiis ecclesiasticis secundum leges ecclesiasticas. Sicuti vero *iudicium* illud primario perficitur (1) ex idoneo legum intellectu, & (2) earum ad facta singularia applicatione; ita facile liquet, omnem iuris ecclesiastici prudentiam potissimum in his duobus capitibus esse occupatam: & cum in præsenti tractatu non vniuersam iuris ecclesiastici doctrinam, sed eam tantummodo, quæ *parochias* concernit, traditurus sum; operam dabo, vt (1) sensum *legum ecclesiasticarum*, quæ huc spectant, ex veris suis rationibus euoluam, simulque (2) ostendam, quatenus inprimis in foris protestantium ad speciales casus & controuersias occurrentes applicari prudenter & commode possint ac debeant.

Ius ecclesiasticum quid significet?

SECTIO II.

DE

NATVRA ET ORIGINE IVRIS PAROCHIALIS.

CAP. I.

De

Iure parochiali in genere.

§. I.

Iura parochialia sunt pars iuris ecclesiastici.

CVm ius ecclesiasticum, quatenus pro *complexu omnium iurium*, quæ *ecclesiastica dirigunt*, accipitur, totum aliquod constituat, omnino etiam varias partes recipere debet, quatenus natura obiecti & aliarum circumstantiarum specialia quædam iura postulare visa fuerit. Oppido id liquet in *iuribus parochialibus*, quæ pars sunt *iuris ecclesiastici*, dicto modo considerati, vnde non rectius intelligi poterunt, nisi præmissa fuerit accurata iuris ecclesiastici, in genere considerati, delineatio & cognitio, quod præcedente sectione expeditum est.

Methodus.

§. II. Quamuis autem *ecclesiæ* & *iuris ecclesiastici* indolem quis nouerit; non tamen hic subsistere, sed penitius in specialia quædam iuris parochialis capita inquirere debet, qui huius accuratam delineationem sistere satagit. Vnde antequam ad ipsa iura specialia pergam, e re esse duxi, generalius naturam huius iuris præmittere, & in *originem parochiarum* inquirere. Hactenus enim experientia docuit, historiam cu-

cuiuscunque doctrinæ genuinum aditum ad ſolidiorem ſcientiam parauiſſe.

§. III. PAROCHORVM nomen varias admittere ſignificationes reperio, qaarum enucleatio viam parabit ad inueſtigandam *iuris parochialis* naturam. Deriuant id vulgo a græca voce παρέχω *præbeo, ſuppedito.* ZIEGLER. *ad Franc. de Roye ius can. lib. 2. tit. 14. §. 1.* LINKIVS *ad ius can. l. 3. tit. 29. §. 1.* STRVVIVS *de iure paroch. c. l. §. 1.* Inde apud ethnicos *parochi* etiam noti erant, qui legatis publice Romam miſſis ſalem & ligna præparabant, h. e. qui omnium rerum copiam legatis regum, principum, populorum hoſpitio receptis præbebant. Antiquis enim reipublicæ temporibus ſolebant illis ſumtus decerni itineris, ne ſociis vel prouincialibus moleſti eſſe cogerentur. Hinc. HORAT. *L. 1. ſerm. Satyra 5.* Parochorum nomen vnde deductum.

Proxima campano ponti, quæ villula tectum
Præbuit, & Parochi, qui debent ligna ſalemque.

Vid. BARB. *de officio & poteſtate Parochi p. 1. c. 1. n. 1.* SCHVLZ. *de eo, quod iuſt. eſt circa Paroch. c. l. §. 6.* HOSPIN. *de origine Templ. l. 1. p. 51.* CICERO *l. 13. ep. 2. ad Atticum.* SAMVEL PITISCVS *in lexic. antiquit. roman. ſub voce parochus.* Hoc intuitu *miniſtros certæ eccleſiæ* recte quoque PAROCHOS dici autumant, quod *præbeant* eis, qui ipſis commiſſi ſunt, pabulum vitæ & ſalutis æternæ per prædicationem verbi diuini & adminiſtrationem ſacramentorum, M. ANTONIVS MARSIL. COLVMNA *de reditibus eccleſ. orig. & iur. p. 2. c. 1. n. 6.* BARBOS. *cit. l. n. 2.* Si vero quis ideo ἀπὸ τῦ παρέχειν a *præbendo* Parochias dici putet, quod præbeatur parochis a parochianis certum tributum quaſi loco præbendæ, non repugnabo, cum parochiæ magis in *vtilitatem cleri*, quam *parochianorum* introductæ videantur, vti poſt apparebit. Parochos a Præbendo dici putant.

§. IV. Videtur tamen, meo iudicio, hæc deriuatio nimis altius repetita eſſe. Interim facilius tolerari poteſt, quam ſi cum HIERONYMO DE MONTE *tr. de ſinib. regund. c. 13. n. 1.* velimus aſſerere, parochiam dici quaſi *partitionem curæ*, aut ſi a παροχέω illam vocem velimus deducere. Hoc quidem diffiteri non poſſum, aliquando inde deriuari debere, ſed tunc hæc ſignificatio hic aliena eſt. *Parochi* ſcilicet etiam olim dicebantur, qui in biiugum currum conſcendebant, & animalia regebant, ceu ex SVIDA notat ZIEGLER *de iur. Mai. lib. 2. c. 18. §. 22.* vel etiam, qui ſponſo, ſponſam domum ducenti, aſſidebant in curru. PITISCVS *cit. l.* SCHVLZ. *cit. l. §. 7.* Verum illa deriuatio minime huc quadrat. Parochorum nomen alio ſignificatu.

Parochiæ vox barbara.

§. V. Illi rem acu tangere mihi videntur, qui vocem hanc *barbaram* esse existimant, ceu iam obseruarunt plurimi, vt BVDAEVS *ad l. vlt. D. de muner.* & CAROL. DV FRESNE *in Glossar. voce parochia*, ad eoque alii rectius a πάροικος nomen *parochi* deducunt, & παροικίαν *plurium domorum viciniam* denotare autumant, vt FILESACCVS *de orig. parœc. c. 1.* ZIEGLER. *ad ius can. du Roye cit. l.* LINKIVS *cit. l.* STRVVIVS *cit. l.* quo sensu incolam Pomponius in *l. 239. §. 2. de V. S.* nominat eum, qui in aliquam regionem domicilium suum transtulit, quem Græci πάροικον, *iuxta habitantem*, appellant. Ita vero rectius diceretur *parœcus & ius parœciale*, ceu & IOHANNES FILESACCVS tractatum suum inscribit *de parœc. & origine parœc.* Proinde non contemnenda est coniectura Vossii *de vitiis sermon. lib. 1. c. 2. parochiam* poni pro *parœcia* addito sc. *h.* post *c*, & contra omisso *e* post *o*. Conf. SCHVLZ. *c. 1. §. 3.* Quicquid tamen horum sit, a iuris ecclesiastici scriptoribus hæ duæ voces promiscue vsurpantur, nec antiquiores hic aliter incedunt. Proinde mihi vitio verti non potest, si in hac materia magis consuetum loquendi vsum sequar, quam nimis delicate vocibus accuratioribus quidem, minus tamen vsitatis & cognitis, inhæream.

Rectius parœcus dicitur.

Parochia quid vt & parochiani &c.

§. VI. Secundum hanc deriuationem *parochia* seu *parœcia*, ad præsentem iuris ecclesiastici doctrinam applicata, erit *vicinia sacra*, seu *vicinorum ad vnam aliquam ecclesiam collectio, certis finibus comprehensa.* ZIEGLER *ad ius can. du Roye cit. l.* vnde locum ipsum seu ambitum vel districtum, vbi parœciani degunt, continet. BARBOS. *l. c. n. 19.* HOSPIN. *de orig. templ. l. 1. p. 51.* Parœciani sunt inhabitatores viciniæ eiusdem sacræ; parochus vel parœcus dicendus, qui eiusmodi viciniæ in spiritualibus præponitur. GONZ. TELLEZ. *ad c. l. de paroch.* ALINK. *ad tit. de paroch. §. 1. & de iure episc. c. 6. §. 29.* BRVNNEMANN. *iur. eccles. l. 2. c. 2. §. 2.* ibique STRYK. *verb. parochialis.* & cum nec parochus nec parochiani sint sine templo quodam, hinc & *ecclesia parochialis* dicitur, quæ certis limitibus populum distinctum habet, cum obligatione quadam ad audienda & percipienda sacra in illo templo, cuius parœciani sunt.

Relatio inter parochos & parochianos.

§. VII. Ex his generalius quodammodo præsibatis reducimur ad contemplationem *parochiarum* specialem. Id scilicet §. *antec.* audiuimus, parœcias complecti parochos & parochianos, vt & ipsam ecclesiam, vnde quidam respectus seu relatio inter eosdem est supponenda. Primus respectus est inter *parochos* & *parochianos*, qui adeo relationem inter se inuoluunt, vt neuter absque altero esse possit, sicuti nec pa-

pater est, vbi non est filius. Hinc primus conceptus *societatis* inter ipsos oritur, & quidem talis, qualis est inter doctores & auditores, ceu *cap. 1.* ostensum. Qualis vero hæc sit societas, non aliter iudicari potest, nisi membra huius societatis penitius considerauerim.

§. VIII. Membra societatis huius sunt *parochi* & *parochiani*. Illi alias *rectores* populi dicuntur, & ipsa parochia *rectoria* dici solet. *Regere* enim dicuntur populum sibi commissum in omni pietate & cultus diuini exercitio. Hi *populi* vel *plebis* nomine plerumque veniunt, quod rectori suo obedientiam præstare, & huic vnice addicti esse debebant, in sensu Romanis visitato, quo *plebem* ordini, sibi præposito, opponebant, qua locutione primum TERTVLIANVM *de exhortat. castit. c. 7.*, quamuis non adeo commode, vsum fuisse, autumo, quam discipulus eius CYPRIANVS, fideliter & bona fide propagauit, & in vsum constantem traduxit. Ceterum *intima* est illa *relatio*, & quoad cultum diuinum obligationem quandam constituit inter vtrumque ad certa quædam præstanda. Magis tamen obligatio stringit *populum*, quam *rectorem*, quippe cui magis ius *exigendi* quam *præstandi* competit. Societas inter parochos & parochianos. Obligatio inter parochum & parochianum.

§. IX. Societas illa porro ex obligatione hac necessario quædam officia inuoluit, quæ cum cuique propria sint, non possunt promiscue a quocunque exerceri. Parochorum officium in administratione sacrorum, & parochianorum in administrationis illius vsu & applicatione consistit. Hinc parochiani se non immiscere possunt in ea, quæ parocho propria sunt, sine crimine turbationis sacrorum. Parochorum & parochianorum officia diuersa.

§. X. Cum autem hæc societas certo *loco* & *finibus* circumscribatur; apparet, *specialem* esse hanc societatem, & in eo differre ab ecclesia externa, quam *c. l.* perlustrauimus, quod hæc conceptum *in genere* de congregatione & vnione doctorum & auditorum inuoluat, nec certo loco, certoque districtu sit circumscripta, & sic non præcise obligationem & ius in certum populum & certum rectorem ecclesiæ inuoluat, vti quidem hæc societas parochialis. Vnde hæc plura habet iura specialia, quæ in illa deficiunt. Societas specialis est.

§. XI. Est ergo PAROCHIA *societas quædam ecclesiastica*, saltem vulgo pro tali habetur, GONZALEZ. TELLEZ. *ad c. 2. x. de Paroch.* quamuis nonnulli ab hoc prædicato sese temperent, præuidentes forsan difficultates, quæ sese hic exserunt. Vid. SCHVLZ. *de eo, quod iustum est circa Paroch. c. 2. §. 2. in fin.* Quodsi enim vt *species* sub *ecclesia externa*, An sit societas ecclesiastica?

tanquam ſuo *genere*, continetur, neceſſario ei omnia prædicata *generis* adſcribi debent, quod paucis excutiendum eſt.

Parochialis & eccleſiaſtica ſocietas conferuntur.

§. XII. Eccleſia externa *humana ſocietas* eſt. Parochialis multo magis, imprimis cum officia potiora & iura eius *humano ciuilique modo* exerceantur. In eccleſia externa generatim conſiderata, non vbique adeſt *obligatio* & *ius perfectum*, quia illa vnio & congregatio externa vnice *finem* habet *ſpiritualem*, nimirum rationem recte colendi Deum. Neque relatio inter *doctores* & *auditores* diuerſum admittit, vbi obligatio perfecta & ius perfectum non vbique occurrit. Aſt ſocietas parochialis *ius perfectum* & *obligationem* vtrinque *perfectam* habet, nec tantum finem indigitatum reſpicit, ſed & plura alia mere humana tangit, cum ſpecies ſit *eccleſiæ publicæ*, quæ plura iura peculiaria ex reipublicæ diſpoſitione exercet, ceu ex infra dicendis iuribus apparebit. Inde IVS PAROCHIALE oritur, quod definitur a STRVVIO *de iure paroch. c. 3. §. 1.* quod ſit *facultas competens eccleſiæ parochiali*, (rectius *parocho*: illi enim pleraque competunt iura reſpectu *eccleſiæ* parœcialis:) *in perſonas & res ſub parochia ſua degentium, vt illa accipiant ſacra, & ſuſtineant onera parochialia.*

Societas parochialis ius perfectum habet.

Ius parochiale quid?

Parochia requirit templa.

§. XIII. Eccleſia, generatim conſiderata, non præciſe requirit templa, nec certum ordinem, certum prefectum &c. Aſt formalis conceptus huius *parochialis ſocietatis* templum certum includit, cui deſtinati ſunt parochi & parochiani, ſeu in *ſequent.* plenius ex *prima origine parochiarum* declarabo, oſtendamque. Hinc erat *eccleſia ſimplex* antequam vllæ *parochiæ* eſſent.

Plura templa ſupponuntur in conceptu parochiarum.

§. XIV. Eccleſia licet *templa* non reſpuat, vel vnicum tamen ſufficere poteſt, quod vel Iudæorum eccleſia docet, quæ ad vnum templum Hieroſolymitanum erat adſtricta. Parochialis ſocietas multiplex eſt, per varia loca, ciuitates, pagos vicosque diſperſa, & *plura templa* ſupponit. Cum enim certis finibus circumſcribatur, & intra illos fines ius ſuum exerceat, neceſſario extra fines illos aliæ ſocietates parochiales ſupponendæ, quæ rurſus ſuos certos fines habent, a quibus excludunt alios, ceu in *iuribus bannariis* fieri ſolet. Hinc & iudicium finium regendorum non poteſt concipi, niſi vbi ſunt certi fines, fines autem plures eiusdem naturæ res ſupponunt. Sic & eccleſia *in ſe* pauciori bus contenta eſſe poteſt perſonis, adeo vt quot ſint familiæ, tot eſſe poſſint eccleſiæ. BRVNNEM. *in iur. eccl. lib. 1. c. 6. memb. 2. §. 8. 8.* Aſt ad *parochialem ſocietatem* ad minimum decem diſtinctas familias vulgo requirunt. HERC. MARESCOTTVS *var. reſol. l. 2. c. 95. n. 2.*

§. XV.

§. XV. Ecclesia externa non quidem peculiarem *statum ciuilem* personæ, ad illam spectanti, tribuit, vt diuersis iuribus ciuilibus eo ipso videatur frui, quod sit de ecclesia; at parochialis societas statum certum, eumque *ciuilem*, inducit tam ratione *parochi*, quam ratione *parochianorum*. Status enim est conditio ciuilis, secundum quam iura eius variant; iam vero alia sunt *parochorum*, alia *parochianorum*. Vtrinque iura sunt *ciuilia*, quia respectus ciuiles habent, in *commercio* quodammodo *ciuili* sunt, & inde etiam ciuili modo exercentur per actiones, aliisque remediis ciuilibus. E contrario potest quis esse membrum ecclesiæ, nec tamen diuersis propterea iuribus frui. Erat ecclesia vera primitiua, sed vbinam diuersa iura? vbinam certus peculiaris status? vbinam conditio ciuilis, quæ effectum ciuilem haberet? Statum certum inducit.

§. XVI. Equidem facile præuideo, hanc sententiam non omnibus arridere, quia regulariter parochialem societatem, vt *ecclesiasticam*, a ciuili & politica secernunt, quæ tamen eo ipso confundi videntur. Verum non aliter considerari possunt parochiæ, quam prout reuera ex iure canonico, quod *statum ciuilem politicumque* in ecclesiam introduxit, compositæ sunt. Constat autem, experientia teste, per *domicilii* constitutionem simul quemlibet in *statum parochianorum* euehi, qua alias *forum domicilii* acquiritur, & sic *respectus ciuiles* ex *hierarchiæ* principiis hic omnino concurrere. Porro animaduerto, vi huius status peculiaria iura parochianis attribui, cum *plena efficacia ciuili*; eosdem quoque obligari ad aliquam *subiectionis* speciem, ex mutato genuino *ecclesiæ* statu per artes cleri dominantis, & ad onera huius parochiæ ferenda, quæ varia sunt. Imo pontificii parochias ad instar *paruarum ciuitatum ecclesiasticarum* considerant, quæ magistratu suo *peculiari ecclesiastico* gaudent, & sic est pars illius magnæ *hierarchiæ*, quam *ecclesia* in sensu curiæ Romanæ constituit. Illustratur hæc assertio.

§. XVII. Ecclesia externa societatem *æqualem* constituit, nullumque admittit imperium in conscientias, sed omnem respuit coactionem. In societate parochiali plus *coactionis* occurrit, imo illa fere per *remedia coactiua* diu igitur. Cum enim arctius vinculum inter parœcum & parœcianos deprehendatur, non raro remedia *coactiua* & *imperatiua* hic concurrere animaduertimus, id quod rationes, § *anteced.* adductæ, demonstrant: ideo enim potissimum parochiæ exstructæ videntur, vt clericus quilibet proprium suum territorium & districtum haberet, intra quem potestatem suam sacram exercere valeret. Quid notius, quam homines a suis parochis non tantum precario, sed imprimis vi, adhibito brachio seculari, adigi ad S. cœnam, ad confessiones &c. Aliquam coactionem continet.

§. XVIII.

Libertati contraria.

§. XVIII. Porro cum *ecclesiæ* genuinum ἀξίωμα conspiciatur in *libertate*, hæc sane nimis a parochiis videtur esse remota, quippe quæ iure pontificio sunt efformatæ secundum schemata politica. Imo si vel maxime externum imperium cessare videatur, *clandestinus* tamen *dominatus* in conscientias vel ex ipsa obligatione parochianorum erga suum parochum eluescit: v. c. quod sint obligati sacris ecclesiæ, ad quam pertinent, interesse, quod ex ratione domicilii certæ ecclesiæ adscribantur, sacramenta ibi percipere, a parocho solo in mortis periculo expectare solatia & benedictionem, eumque habere *necessarium* & *immutabilem* confessionarium debeant. Et denique pleraque iure parochialia ad hanc classem reduci possunt, ceu vbiuis demonstrabo.

Est societas necessaria.

§. XIX. Vnde porro pleraque attributa *collegii æqualis*, quæ etiam alias *ecclesiæ* adscribi possunt, in hac societate cessare videtur. Equidem ecclesia externa in se est collegium *arbitrarium*, eique pro arbitrio suo quis interesse, vel etiam sibi ecclesiam propriam in ædibus constituere potest, & sic a *iure bannario*, quod vulgo vocari solet das Zwang-Recht, aliena est. Ast parochialis societas est *necessaria*, adeo vt asserant, ad ostendendum, ecclesiam esse parochialem, non sufficere, vt rector administret sacramenta, nisi etiam ostendat, quod de *necessitate* administret, & populus ab eodem *de necessitate* recipiat, BARBOSA *de off. paroch. p. I. c. I. n. 28.* vnde demum constituuntur *actus*, quos vocant, *parochiales*, ex quibus aliquem *parochianum* esse ostenditur. HARPRECHT. *conf. XII. n. 4. sqq.* KLOCK. *tom. II. conf. 95. n. 4.* Hinc adeo inimica est congregationi priuatæ in ædibus, a piis hominibus institutæ, vt a solis fere parochiis vim persecutionemque patiantur, quarum ius in duobus consistit: (1) in *iure prohibendi*, (2) in *iure cogendi* Vtrumque ius effecit, vt conuenticula extra *ecclesiam*, h. e. *templa*, illicita pronunciarentur. Inde ius habendi templum priuatum in castro, cum iure ibi exercendi sacra, nobilibus propria autoritate non competit, sed demum id ex speciali concessione superioris impetrandum est. Et denique *ius bannarium* & *monopolii* annexum habet, hoc effectu, vt intra fines illos, quibus inclusa est, alia ecclesia non possit erigi. HIERON. CARROC. *de iurib. paroch. tit. 2. c. 1.*

Dependentiam a ciuitate accipit.

§. XX. Ecclesia externa, *qua talis* & *in se* considerata, suam subsistentiam a *ciuili* societate necessario non habet, sed sublimiori principio illam debet, quamuis in ciuili societate esse possit. Hinc ante ciuitates ecclesiæ fuerunt. Ast societates parochiales, qua tales, dependentiam suam a *ciuitate* quoad maximam partem accipiunt, & non sunt, nisi societate ciuili

ciuili constituta. Id vero facilius cognoscitur ex modo constringendi parochianos, adeo, vt qui sunt ciues alicuius ciuitatis, sint simul parochiani certæ ecclesiæ. Denique quomodo parochiæ constitui aliter quam in *societate ciuili* potuerunt, cum determinatio finium, templorum liber vsus, imploratio brachii secularis pro exsequendis iuribus parochialibus & plura alia, inuoluant respectum ciuilem? Vnde in statu persecutionis possunt dari *ecclesiæ*; sed *parochiæ*, vere tales, non adsunt, id quod adhuc hodie experientia comprobatur.

§. XXI. Inde, ni fallor, a veritate haud aberrauerit, asserens, parochialem societatem fere tantum respicere *subditos*, non ipsum *principem* simul. Cum enim in hanc societatem quis incidat ex constitutione domicilii, idque ex lege ciuili, principes autem tale domicilium non habeant, nec ita certæ parochiæ adstricti sint, ideoque parochianorum iura, qua talia, ipsis proprie applicari non possint: sequitur, vt eo magis societati ciuili vnice adscribendæ sint parochiæ. Contra ecclesia externa principem simul, vt *christianum*, complectitur, nec hic *principis* respectus attenditur. Ast *parochianum* esse, simul inuoluit respectum ad *subditum*. Respicit tantum subditos.

§. XXII. Constitutio *ecclesiæ externæ* non vtique a principis determinatione & permissione præcise dependet, id quod praxis primitiuæ ecclesiæ indicat. Ast *societas parochialis* eius autoritate omnino suscipienda, quia dependet ex diuisione ciuitatis in certas curias, quæ principi attribuenda est, & ita *ecclesia parochialis* est species ecclesiæ *publicæ*. Pontificiorum opiniones, qui episcopis suis *parochianorum* determinationem adscribunt, nos non tenent, nec necesse est, principibus in exercitio huius iuris adscribere *episcopalem qualitatem*, cum hanc determinationem *suo iure*, qua tales, faciant. Accedit, quod constitutio parochiarum plurimos effectus ciuiles habeat, quales sine principis autoritate eis competere non possunt. Superioris autoritate constituitur.

§. XIII. Ecclesiæ externæ plures dari possunt, nullum respectum ad se inuicem habentes, nec dependentes ab alia, sed suo quasi iure viuentes. Enimuero societates parochiales plerumque *subordinationem* & *dependentiam* inuoluunt, & *hierarchiam* supponunt, ex quo putido fonte sine dubio quoque natales ducunt: quod de iure canonico expeditum est, quin etiam moribus id plerisque in locis adhuc obtinet, ceu suo loco ostendam. Illud præterea in ciuitatibus animaduertere licet, parochiales cœtus constituere quidem peculiares ecclesias, sed eas inuicem conglutinatas esse, vt dirigantur non tantum per ministros ec- Subordinationem inuoluit.

cleſiæ proprios, ſed etiam per commune quoddam miniſterium, h. e. clericos omnium parochiarum, collectiue conſideratos, hunc in finem ſocietatis lege colligatos, vt quicquid nomine eccleſiæ expediendum ſit, per hos fiat. Conf. VOET. *de polit. eccleſ. p. 1. l. 1. c. 5. §. 1.* Quamquam de certo ſuæ eccleſiæ parochiali quilibet parochus ſolus præſit cum iure excludendi, ſcilicet quoad regimen.

In eccleſia primitiua nullæ certæ præſtationes.

§. XXIV. Eccleſia externa non neceſſario inuoluit præſtationem certorum onerum, oblationum, primitiarum: imo in primitiua eccleſia licet illis, qui eccleſiis denen Gemeinden præerant, certa ſubſidia fuerint a membris eccleſiæ decreta & data, id tamen magis ſponta-neo motu, absque certa determinatione factum eſſe legitur. Ita enim IVSTINVS Martyr. *apol. 2. in f.* ὁι ἐυπορῶντες δὲ καὶ βελόμενοι κατὰ προαίρεσιν ἕκαστος τὴν ἑαυτῦ, ὁ βέλεται, δίδωσι, καὶ τὰ συλλεγόμενα παρὰ τῷ προεστῶτι ἀποτίθεται. *Qui autem per facultates poſſunt & volunt, pro arbitrio quisque ſuo, quod lubet, conferunt, & quæ collecta fuerunt, apud præpoſitum ſeu antiſtitem deponunt.* Sic & TERTVL. *apol. c. 39. Modicam vnusquisque ſtipem menſtrua die vel cum velit, & ſi modo poſſit, apponit. Nam nemo compellitur, ſed ſponte confert.* Aſt neceſſarium huius ſocietatis conſectarium & onus eſt in certa præſtatione poſitum, videlicet in quarta canonica, primitiis, oblationibus, contributione ad refectionem, &c. de quibus ſuo loco agendum.

In parochiis præſtationes neceſſariæ.

Parochiæ in multis amiſerunt conceptum eccleſiæ.

§. XXV. Quodſi iam conceptum *eccleſiæ externæ*, in genere conſideratæ, & *ſocietatis parochialis* ex hactenus dictis formamus & conferimus, diſtinctæ definitiones & multum diſtantes indeſtrui debent. In hisce quidem *parochiæ* conceptum *eccleſiæ* non amiſerunt, quod ſint ſocietates externæ humanæ, & quod in illa tractentur ſacra. Aſt in eo conceptum ECCLESIAE peculiarem & proprium induunt, (1) quod prædicatum *libertatis* ipſis attribui nequeat, propter obligationem, qua certæ eccleſiæ addictæ ſunt &c. (2) Quod absque templis eſſe nequeant. (3) Quod ſtatum ciuilem perſonæ ſuperaddant. (4) Ius perfectum, efficaciam in foro ciuili habens, inducant. (5) Certis oneribus obſtringant populum. (6) Coactionem admittant. (7) Ius quoddam Bannarium, cum *iure prohibendi & cogendi* coniunctum, inferant; vti comparata ſunt molendina Bannaria Zwang-Mühlen. (8) Absque ciuili ſocietate eſſe nequeant, & ſolos *ſubditos* reſpiciant. (9) Subordinationem vel ſaltem connexionem cum aliis parochiis inuoluant. (10) Ipſo facto res & perſonas parochianorum afficiant. (11) Actiones confeſſoriæ & negatoriæ vtiles his applicentur &c. Hæc ſunt peculiaria γνωρίσματα, quæ

quæ eccleſiæ, qua tali, partim repugnant, vti illa, quæ ſub *n. 1. 3. 6. 7. 8.* recenſentur, partim accidentalia ſunt, & ſic ei neceſſario non cohærent, ſed ex *publica approbatione* & *ratione ſtatus ciuili*, quæ omnes fere eccleſias corrupit, infecitque, ei ſupperadditur. Vnde apparet, quid iudicandum ſit de iuribus parochialibus, de quibus ſpeciatim ſuo agendum loco, & quanta reuera facta ſit mutatio ſeu potius diſceſſio a ſimplici conceptu eccleſiæ, in conſtituendis parochiis. Neque vero hæc ideo aſſero quod hæc ſint mutanda, ſed vt naturam *ſocietatis parochialis* eo accuratius euoluere queam. Habet hæc ipſa plura incommoda, quæ tamen pro præſenti rerum ſtatu non poſſunt mutari; interim tamen demonſtrant, caute hic incedendum eſſe, ne omnia nimis amare & πολιτικῶς exigantur, & quæcunque tradita pontificiorum, qui *ius bannarium* exſtruere, in praxin applicentur, ſed potius primario *ſalutis eccleſiaſticæ*, h. e. populi in eccleſiam collecti, ratio habeatur.

§. XXVI. Proinde a veritatis tramite me aberraturum non eſſe arbitror, ſi ſecundum hæc prædicata definitionem quandam *parochiæ* tradidero. Quamuis enim forſan quædam ex illis non ſemper in *ſocietate parochiali* deprehendi poſſint, ſufficit tamen, quod vt plurimum hæc concurrant. Cum enim parochiæ ſint *humanum inuentum*, & ſic variare poſſint, adeoque directo, ſicut res artificiales, non ſint in prædicamento, accurata certe definitio poſtulari nequit. Eſt ergo *parochia ſocietas quædam* (hoc ideo additur, quia omnia attributa eccleſiæ ei applicari nequeunt) *publica eccleſiaſtica ex parochis & parochianis compoſita, in certo diſtrictu conſtitutis, & certis limitibus circumſcriptis, vi cuius parochiani eccleſiæ, in illo diſtrictu ſitæ, obligantur ad peragenda ibi ſacra, & ad onera cum parocho tum eccleſiæ præſtanda, parochus vero ad illa, quæ ſui officii ſunt.*

Definitio parochiarum quomodo tradenda?

Parochia pro ſocietate ſumta quid ſit?

§. XXVII. Quodſi ſingula membra huius definitionis percurrere, & ſecundum illa neceſſitatem & vtilitatem parochialis ſocietatis examinare vellem, appareret ſine dubio concluſio minus grata, & quæ inprimis panegyriſtis parochiarum bilem moueret. Sed cum illa prædicata, quæ hactenus parochis adſcripſi, adhuc pleniori excuſſione indigeant, & hunc in finem ſingulatim de ſingulis in ſequentibus agendum ſit, meditationem hanc eo vsque ſuſpendam, & ad doctrinam, vbi de officio principis circa *ius parochiale* agendum erit, reliqua reiiciam.

Cur explicatio definitionis hic omittatur?

§. XXVIII. Ex hactenus explicatis iudicari facile poteſt de ipſa natura *iuris parochialis*, quod ex his recenſitis attributis parochianorum naſcitur. Non vnius generis eſt, ſed varium pro conditione perſonæ,

Ius parochiale varium.

sonæ, cui competit. In parochia consideramus, vt dictum, *parochos*, *ecclesiam parochialem*, & *parochianos*. Respectu PAROCHI ius parochiale est *facultas moralis, vi cuius parochi ab illis, qui in parochia viuunt, perfecte exigunt, vt quoad personam sacra ab eo percipiant, quoad bona vero ea præstent, quæ ex iure vel consuetudine præstari solent*, & ita *ius parochiale* potissimum consistit in *iure prohibendi & agendi*. Illud pertinet ad actus, qui in eius præiudicium tendere possunt: hoc vero ad obligationem omnium parochianorum. Quoad ipsam ECCLESIAM fere eadem definitio locum habet, cum etiam illi ad certa onera, vt & ad sacra in illo templo, & non in alio peragenda, obstringantur. Sed hoc ius parocho magis proprium est. Cum enim in plerisque solum fere eius præiudicium vertatur; non tam ecclesiæ quam eius consensus requiritur, si alibi parochianus sacra peragere desiderat. Vnde nescio, an admitti possit STRVVII *de iure paroch. c. 3. §. 1. &c.* sententia, vbi ius parochiale magis *ecclesiæ* quam *parocho* attribuit. Nam si illi primario competeret, non huius renunciatio sufficeret.

Ius parochiale respectu parochi.

Respectu ecclesiæ.

§. XXIX. Exinde respectu *parochianorum* oritur obligatio, ad omnia illa parocho & ecclesiæ parochiali præstanda, ad quæ ius exigendi vtrique datum est. Ex hac obligatione quoque optime definitur PAROCHIANVS a SCHVLZIO *in disp. de eo quod iust. circa paroch. c. 2. §. 13. in fine*, quod sit *persona, parocho illius parochiæ, cui subest, pro beneficiis spiritualibus ab ipso acceptis & accipiendis obligata ad varias præstationes, ad parochi sustentationem & ipsius parochiæ conseruationem constitutas*. In hac tamen definitione duo desidero: (1) quod obligatio hic tantum ad onera parochianorum restricta, & non simul ad peragenda sacra in ecclesia parochiali: (2) quod administratio sacrorum *beneficium* dicatur. Ad quod enim quis cogi potest, vt ab altero necessario accipiat, hoc *beneficium* vix dici potest.

Obligatio respectu parochianorum.

Quid desideretur in hac definitione.

§. XXX. Deinde secundum eius mentem nec simpliciter *beneficium* dici respectu *dantis* seu *parochi* potest, cum per totam disputationem ostendat, parochianos obligatos esse ad illa exhibenda & præstanda suis parochis, quæ eorum sunt officii. Vnde quæritur, an etiam parochianis *ius* seu *facultas moralis* competat, vi cuius a parochis suis queant exigere perfecte illa, ad quæ ex officio obligati sunt? Vt hæc quæstio recte decidatur, pnænotandum, (1) sermonem hic esse de parochianis, *qua talibus*, an illi propterea, quod sint *parochiani*, speciale ius habeant? Vnde illa hic intacta relinquimus iura, quæ etiam aliis non-parochianis competunt, v. c. audiendi sacra, percipiendi sacram cœnam &c.

An parochianis etiam ius perfectum competat erga parochum? Formatur status controuersiæ.

&c (2) Quæſtionem eſſe, an ius habeant *ſpeciale, intuitu parochi*, vt vi illius iuris a parocho exigere quid poſſint? Vnde iura eligendi parochum, ſubſelliorum &c. hic ſequeſtramus, quia hæc illis competunt reſpectu *eccleſiæ parochialis*, cui addicti ſunt. (3) An ius aliquod *perfecte quæſitum habeant*, vt poſſint per media coactiua a parocho quid exigere?

§. XXXI. In formata quæſtione nego ſecundum principia *iuris canonici*, quo *ius parochiale* fabricatum eſt, parœcianis, qua talibus, aliquid iuris *perfecti* aduerſus parœcum competere. Quæ enim adminiſtrationem ſacrorum reſpiciunt, vel illis non ſunt propria & ſpecialia, vel coactionem non inferunt & admittunt. Vnde etiam, quide *iuribus parochialibus* ſcribunt, illa reſtringere ſolent ad iura parochis competentia. Vid. BARBOSA *de officio paroch. p. 3.* vbi generalem facit rubricam de iuribus parochialibus. Optime hac de re SCHVLZ. *Diſp. cit. c. 4. §. 1.* ait: *Parochianorum conditio non multum discrepare videtur a ſubditorum quatenus talium, quorum iura, vt abuſiue ita loqui liceat, potiora conſiſtunt in neceſſitate & gloria parendi.* Hoc ex ſtatu parochiarum, a Pontificiis formato, originem traxit, qui eccleſias in *ſtatum quendam ciuilem*, reipublicæ affinem, coniecerunt. Scilicet in ſocietate ciuili ius ſuperioris in inferiorem ſemper perfectum eſt: e contrario vero ius inferiorum in ſuperiores, qua tales, regulariter eſt imperfectum. THOMAS. *in iurisprud diuin. l. 1. c. 1. n. 110. & 111.* Inde non incongrue, praxi plerarumque parochiarum inſpecta, concludit SCHVLZ. *citato loco*, parochianorum conditionem fere eandem eſſe, quæ *inferiorum* ſeu *ſubditorum*, qua talium, quod deprauato conceptui iuris Pontificii circa *eccleſiam*, quam ſocietatem *inæqualem* eſſe voluit, acceptum ferendum eſt. Hoc vero euidens indicium eſt, magnopere parochiales ſocietates a conceptu genuino *eccleſiæ* recedere, in qua iura ſunt æqualia; in illis vero inæqualia vtplurimum, vt parochianis vix præter *gloriam parendi* aliquid ſuperſit.

Negatur quæſtio.

Ratio decidendi.

§. XXXII. Inuenta ſcilicet pleraque iura parochialia ſunt iure pontificio, quod ICti proteſtantes ſine maturo examine ſequuntur, propter ipſos parochos, propter templa, ſeu eccleſias: neque enim in hierarchia papali ex qua originem ſuam trahunt, ceu *cap. ſq.* oſtendam, aliter licuit, cum rudi plebeculæ ſat gloriæ relictum videbatur, ſi obedientiam, venerationem & onera eccleſiæ & parocho præſtanda non denegaret.

Iura parochialia inuenta propter parochos.

Iura parochialia qua talia tantum huc spectant.

§. XXXIII. Hinc nemo adeo mirabitur, si in sequentibus vel nihil vel parum de iure, specialiter *parochianis* competente, differam, cum iura parochialia primario traditurus sim, quæ *societati parochiali* propria, nec aliis, extra societatem peculiarem hanc constitutis, communia sunt. Quæ communia sunt, iis relinquenda censeo, qui systema integrum iuris ecclesiastici sistere conantur. Huc refero omnia illa, quæ fusius Dd. tradere solent de officio parochi, quæ tamen ei, qua tali, non sunt propria, sed etiam illi competerent, licet vel maxime parochus non esset, sed *simplex tantum ecclesiæ pastor*. Quantum ergo potero ab his quæstionibus me temperabo: quanquam aliquando, si rei necessitas & vtilitas id postulauerit, digressio aliqua non inutilis erit.

Ius parochiale sumitur vel pro lege, vel pro facultate,

§. XXXIV. His ita præmissis, facile diiudicari potest, quid per *ius parochiale*, quod iam tradere animus est, intelligatur. Vel enim ius *legum* significatum habet, quo casu denotat *maiestatis ordinationem circa parochias, & leges ipsas parochiales complectitur*. Vel *facultatis moralis* conceptum inuoluit, quo ipso denotat *facultatem moralem, parochis vel ecclesiæ parochiali qua tali* (aliquando etiam parochianis) *competentem, ad licite aliquid exigendum ab eis, qui sub illa parochia sunt, vel etiam ab ecclesia parochiali;* (si de iure parochiarum quæstio est.) Denique si *pro complexu iurium & systematice* ius parochiale accipiatur, denotat *totam congeriem legum & iurium parochialium, qua specialiter illis competunt, & respiciunt eos, qui in societatem parochialem coiuerunt*. Omnes tres acceptiones suo modo hic locum habere possunt.

vel pro complexu iurium.

CAP. II.
De
Origine parochiarum & iuris parochialis.

§. I.

Notitia originis variam præstat vtilitatem. Applicatio ad ius parochiale.

ACcurata *originis* indagatio cuiusque rei deducit veritatis studiosos in intimam eius naturam, adeo vt, origine non euoluta, errorum infinitorum lata seges sua sponte subsequatur. Qui hactenus *iuris parochialis* capita illustrarunt,

runt, non raro hic lapsi deprehendentur, quod vel plane ad illam non respexerint, vel cœco impetu traditiones pontificiorum secuti fuerint, qui tamen, vti omnia sua solent incrustare tali origine, quæ a praxi primitiuæ ecclesiæ arcessitur, ita quoque in hac materia iisdem prætextibus vti solent.

§. II. Qui ex professo de *origine parochiarum* scripserunt, vt IOHANNES FILESACCVS & FRONTO, refutandi quidem sat amplam præbent occasionem, sed si dicendum, quod res est, magis originem huius iuris obscuram reddunt, quam vt illam illustrent. Vnde in horum traditis non subsistendum, sed altius & quasi a capite origo parochiarum repetenda. Iudicium de iis, qui hactenus parochiarum origenes recensuere.

§. III. Cum vero in *capite præcedente* supposuerim parochias inuoluere respectum necessarium ad *templa*, & absque his parochias tales, quales ex praxi communi descriptæ sunt, concipi non posse, fere deducor in eam meditationem, vt asseram, eandem originem videri *parochiarum*, quæ & *templorum* inter christianos, vnde de horum origine quædam putaui necessario præmittenda esse. Origo parochiarum ex templorum origine dependet.

§. IV. TEMPLA, quoad primæuam originem considerata, sunt *locus certus, numini alicui eiusque cultui religione rituque solenni dedicatus, & separatus ab aliis locis profanis, ideo quod numen, cui dedicatum est, illic habitare credatur.* IOH. SPENCER. *de LL. Hebræor. ritual. lib. 3. dissert. 6. præf.* vel vt dicitur in *§. 8. I. de R. diuis. sunt ædes sacræ, quæ rite ad ministerium Dei dedicatæ sunt.* Vnde & *ædes Dei*, *habitaculum Dei* &c. in sacris scripturis templa dicuntur; nam etiam apud gentiles templa duo supposuerunt: (1) *proprietatem Dei*, cuius respectu extra omne commercium, & in iure dicuntur esse *nullius iurisque diuini*. Hunc in finem accedebant solennes *dedicationes & consecrationes*, quæ nihil aliud erant, quam traditiones solennes templorum in proprietatem Dei, de quibus plura singularia congessit ANTONIVS VAN DALE *diss. de consecrat. ethnicis*, quam tract. *de oraculis* adiecit; (2) *Præsentiam Dei specialem*, vnde nullum apud gentiles templum, in quo non idolum quoddam seu eius forma exposita publice ad adorationem fuerit. Vnde tales Dii gentilibus dicebantur *incolæ, præsentes, inquilini.* Vid. MINVCIVS FELIX *in Octau. p. m. 68.* Templa quid? Duplex conceptus in templis.

§. V. Non autem e via aberrauero, si cum SPENCERO *c. l. sect. 1.* originem templorum *idololatriæ gentilium* adscribam. Hoc certe constat, templa prima non erecta fuisse a fidelibus, sed ab illis, qui a vero Templa ex idololatria gentilium orta.

vero Deo desciuerunt, vt gentilismi origo originem *templis* quoque dediſſe videatur. De *fidelibus* enim *patriarchis* non conſtat, quod templo cuidam addicti fuerint; & tamen eorum tempore infinita multitudo inter gentes iam numeratur.

Quinam primi fundatores templorum?

§. VI. Si HERODOTO credimus, Aegyptii veteres fundatores primi templorum fuiſſe videntur. Ita enim ille in *Euterp. c. 4. Dicunt, Aegyptios duodecim Deorum cognomina primos inſtituiſſe, & ab illis Græcos fuiſſe mutuatos. Illos etiam primos Diis & aras & ſimulacra & templa ſtatuiſſe.* Id quidem iam non præfracte tuebor; nam ipſi gentiles interſe videntur certare de hac gloria, quis primus templorum conditor fuerit? Latini ſuum IANVM laudant: Cretenſes hanc gloriam IOVI addicunt &c. Vid. HOSPINIANVS *de orig. templ. l. 1. c. 5. p. 19.* vbi plures ſententias in medium profert. Sufficit, ſi oſtendero, antiquiſſima eſſe templa ethnicorum, patriarchas autem templis nullis vſos fuiſſe. Ipſe HOSPINIANVS *de orig templ. c. 5.* IOVIS temporibus, vbi turris Babylonica ædificata dicitur, templorum originem adſcribit, quod IOVI BELO IVNONIQVE a filio Nino diuini honores habiti fuerint. Vid. SPENCER. *l. cit.* BVDDEVS *in hiſtor. eccleſ. vet. teſtam. p. 1. ſect. 3. p. 388.*

Patriarchæ templa non habuere.

Plura habuere templa gentiles.

§. VII. Plura autem fuiſſe gentilium templa, indicio eſt, quod veterum Cananæorum templa tam ſæpe in ſcriptura commemorentur, & Deus Iſraelitis non vna vice in mandatis dederit, vt ipſa deſtruerent. Sic *Num. 33. 52.* dicit: *Diſperdite cunctos habitatores terræ, ſtatuas comminuite, atque omnia templa vaſtate.* Templa enim in montibus vt plurimum erant poſita, vnde ſimpliciter *excelſa* dicuntur. Conf. *Exod. 34, 13. Deut. 7, 5. Leuit. 26, 30.*

Templa gentilium religioni valde congrua.

Quo purior gentilium religio, eo magis a templis abſtinuere.

Germani templa non habuerunt.

§. VIII. Congruebat autem apprime religioni paganicæ templorum erectio, cum conceptus de Diis, quem habebant, adeo ſæpe rudis eſſet, vt illos includi certis locis poſſe putarent. Vnde, quo purior conceptus de Deo manſit, eo magis a templis abhorruere gentes. Germani, qui Romanis *barbari* dicuntur, de Deo longe puriorem conceptum habebant, nec tam infinitis Diis erat immerſa eorum religio. Diu imaginibus eos abſtinuiſſe certum eſt. Cultus eorum erat ſimpliciſſimus, & a templis prorſus abſtinebant; ita enim TACITVS *de mor. German. cap. IX. Ceterum nec cohibere parietibus Deos, neque in vllam humani oris ſpeciem aſſimilare, ex magnitudine cœleſtium arbitrantur,* (quod nulla imago reperiri poſſit, ſub qua magnitudo cœleſtis Numinis repræſentari queat) *Lucos ac nemora conſecrant, Deorumque nominibus appellant ſecretum illud, quod ſola reuerentia vident.*

§. IX.

§. IX, Si traditionibus de *origine Germanorum* credendum, quod ſcilicet originem Aſiæ debeant, inde vero a rege Aſſyriorum Belo pulſi in Europam penetrauerint, credibile eſt, hanc puriorem eorum doctrinam a patriarcharum & fidelium in Aſia degentium conſortio promanaſſe, & in Europam translatam, ſancteque apud eosdem cultam fuiſſe. Mox enim oſtendam, patriarchas nec imaginum cultum, nec templa habuiſſe, ſed in nemoribus ſacra peregiſſe &c. Ipſi Romani centum ſeptuaginta primis annis, templis, ſimulacris, Deorumque ſtatuis caruiſſe dicuntur. ROSINVS *antiqu. Rom. l. c. c. 2. p. 193.* Idem & de Perſis vulgo refertur, vid. *§. ſeq.* HOSPIN. *de origine templor. l. 1. c. 1.* vbi de Scythis idem EX HERODOTO refert, quamuis hi populi inter barbaros numerati fuerint; aperte enim conteſtabantur, *eos impie facere, qui Diis templa exſtruerent.*

Coniectura huius rei.

Alii gentiles non habuere templa.

§. X. Vnde, quod obiter noto, diiudicari poteſt, quantopere barbaræ gentes moratioribus ſint præferendæ. Apud hos πολυθέωτις vbique deprehenſa, & ſuperſtitio adeo inualuit, vt quicquid pro Numine acciperent, & cultum idololatricum ei exhiberent, cum tamen *prudentiores* præ cæteris haberi vellent, vnde fere *gentibus moratioribus* templa adſcribuntur. HOSPINIANVS *de orig. templ. l. 1. c. 5. p. 19.* Optime de hoc iudicat THOMASIVS *iurisprud. diu. l. 1. c. 3. n. 52. Miranda eſt Dei ſapientia, quod inter gentes, quæ ſanctiſſimam eius reuelationem ſepoſuerunt, paſſus fuerit eos, qui maxime rationales haberi volebant, in magis abſurdas idololatriæ ſpecies illabi, quam gentes barbaras. Hi enim fere corpora cœleſtia aut potentias inuiſibiles adorarunt. At quid abſurdius cultu Aegyptiorum, Græcorum, Romanorum? &c.* Nihilominus ſapientiores inter ethnicos vanitatem templorum agnouerunt, ceu de pluribus philoſophis teſtatur HOSPIN. *de orig. templ. l. 1. c. 1. ab initio*, imprimis adducens ZENONIS dogma, quod erat: ἱερὰ Θεῶν μὴ οἰκοδομεῖν. Nonnulli approbarunt quidem illa, magis tamen ex timore, ne crimen heterodoxias alicuius incurrerent quo refero, quod CICERO *l. 2. de leg. p. m. 422.* explicans LL. XII. Tabb. aſſerit, ſcilicet, ſe non ſequi Magos, quibus autoribus Xerxes templa Græciæ inflammaſſe diceretur, quod parietibus includerent Deos, quibus omnia deberent eſſe patentia & libera, quorumque hic mundus omnis templum eſſet & domus. Directo enim has rationes non reiicit, ſed talem ſubſtituit, ex qua de genuina indole religionis ethnicæ iudicari poteſt. Ingenue fatetur, opinionem de *templis* & aliis externis ritibus *vtilem ciuitatibus* eſſe; *Melius*, pergit, *Græci & noſtri, qui vt augerent pietatem in Deos, easdem illas vrbes, quas nos*

Barbaræ gentes prudentiores ipſis moratioribus.

Iudicium Thomaſii.

Sapientum gentilium de templis iudicium.

Iudicium Ciceronis de templis excutitur.

incolere voluerunt. Affert enim hæc opinio religionem vtilem ciuitatibus, quod pererudite illustrat BVDDEVS *in disp. de concord. christ. relig. statusque ciuilis c. 3. §. 4.* concludens, religionem gentilem vel ex hoc capite vsibus ciuilibus perquam accommodatam fuisse, quod sensus ipsos feriret atque perstringeret, indeque plebeias mentes eo fortius commoueret. Applicat hoc ibidem ad ipsa templa, docens, eorum nitorem & cultum per ciuiles rationes ad continendos in religione miseros præcipue comparatum fuisse.

Cur gentiles Deos templis incluserint?

§. XI. Apparet ergo, ideo quoque gentiles diis suis exstruxisse templa, quod crederent, eos parietibus includi & coerceri, adeoque e proximo statim, necessitate ingruente, in auxilium vocari posse. Discimus hoc ex sententia gentilium relata ab ARNOBIO *aduersus gentes l. 6.* vbi templorum vsum his commendat verbis: *Non idcirco attribuimus Diis templa, tanquam humidos ab his imbres, ventos, pluuias aut soles arceamus, sed vt eos queamus coram & cominus contueri, affari de proximo, & cum præsentibus quodammode venerationum colloquia miscere. Sub axe enim nudo, & sub æthereo tegmine inuocati si fuerint, nihil audiunt, & nisi de proximo his admouentur preces, tanquam nihil dicatur, obstructi atque immobiles stabunt.* Pluribus, si opus foret, hæc gentilium de Deo sententia probari posset, sed antiquitatis studiosis hæc res minus dubia erit. Vid. interim SPENCER. *c. l. Sect. 3.*

Deus non habitat in templis.

§. XII. Hac de causa sine dubio sæpius in scriptura S. negari animaduertimus, Deum in templo habitare. Sic enim *1 Reg. 8, 27. Etenim an reuera Deus habitabit in terra? Ecce cœli ipsi, & cœli cœlorum non capiunt te, quanto minus domus hæc, quam ædificaui.* Protomartyr Stephanus idem inculcat contra iudæos, *Act. 7, 47. 48.* inquiens: Salomon aber bauete ihm ein Haus; Aber der Allerhöchste wohnet nicht in Tempeln, die mit Händen gemacht sind, wie der Prophet spricht: Der Himmel ist mein Stuhl, und die Erde meiner Füsse Schemel. Conf. *Esa. 66, 1.* In eadem sententia perstitisse Athenienses, docet PAVLVS contra eos disputans *Act. 17, 24. seq.* Ostendit enim, eos nimia duci superstitione & idololatria; vnum omnino esse Deum; hunc non habitare in templis, nec hominum cura indigere.

Patriarchæ templis caruere,

§. XIII. Cum itaque structura templorum ex gentilium idololatria & vano de Deo conceptu originem duxerit; non adeo mirandum est, quod de Patriarchis aliisque fidelibus non legamus, eos templis vsos fuisse. BVDDEVS *in histor. ecclesiast. vet. testam. part. 1. sect. 3. p. 387.*

p. 387. Sacrificia Deo obtuliſſe dicuntur, ſed non præciſe certo tempore, nec certo loco, nec neceſſitatis ratione. Conf. LINKIVS *de iur. templ. c. 3. n. 10.*

§. XIV. Equidem nun auſim negare, patriarchas inuocaſſe nomen Diuinum, ſacrificaſſe, & hunc cultum aliquo in loco fieri debuiſſe; aſt quis inde *templum* ſeu *locum* quendam *ſacrum* conficiet? Potuit fieri quocunque in loco congregatio, quæ *eccleſiæ* alicuius ſpeciem quidem præ ſe fert, quatenus pro *ſpontanea congregatione ſanctorum* accipitur, minime tamen inde euinces, congregationem illam fuiſſe *ordinariam*, certo *loco conſecrato*, certoque tempore circumſcriptam. Quin tota S. ſcriptura indicat, omnem talem cultum ſpontaneo ſpiritu fuiſſe peractum. Conf. HOSPIN. *de orig. templ. l. 1. c. 1. ab initio.* An ex ſacrificiis patriarcharum poſſint concludi templa.

§. XV. Vnde GISBERTVS VOETIVS *de polit. eccleſ. p. 1. l. 4. tr. 4. S. 2. c. 1. §. 6. probl. 1.* nimis ſe prodit, quando ſtabilire conatur, patriarchales eccleſias loca certa fuiſſe, quibus & orationes & ſacrificia eſſent adſtricta. Refugium quærit in *Gen. XII, 8. XIII, 4.* vbi dicitur, quod Abraham altare in loco, vbi ſedem ſuam fixerat, exſtruxerit, & nomen Domini inuocauerit, vel vt dicitur in text. germ. und predigte von dem Namen des HERRN. Sed vero talis concluſio ex textibus hiſce non ſequitur. Quid enim? Num exſtructio altaris neceſſario poſt ſe trahit cultum Dei ad certum locum adſtrictum? Concedamus, ſacrificaſſe patriarchas certo in loco, vbi altare exſtruxerant, inde tamen nulla neceſſitas oriebatur, vti non alio in loco ſacrificium offerre poſſent. Neque enim loci ſanctitas hoc impediebat, quam fideles non agnoſcebant, ſed ethnicis propria erat. Quod vero de concionibus ibidem factis addit, adhuc magis improbabile eſt, cum textus non loquantur de certo loco, ſed tantum de glorificatione nominis diuini, Aſt hæc variis occaſionibus medios inter labores fieri potuit, nec neceſſe fuit, vt præciſe in loco illo, vbi altare exſtructum erat, fieret, cum nullum præceptum de hoc exſtaret, nec regulæ ſapientiæ præciſe hoc exigerent. Refutatur Voetius.

§. XVI. Certe ſub patriarchis ſacrificandi ratio mere voluntaria videbatur, & vt opus fidei ſingularis apparebat. Hinc externæ circumſtantiæ certæ neceſſario ceſſabant. Sub Moſe vero diuerſa ſacrificandi & colendi Deum ratio inducta, certis ceremoniis, tempore, loco &c. circumſcripta, ob rationem, quam ex CASPAR. GRAIAR. *comment. in Mich 6.* affert IO. SPENCER. *de LL. Hebr. ritual. l. 3. diſſ. 2. c. 1. S. 4. p. 133.* *Sacrificia*, inquiens, *quæ diis falſis oblaturi eſſent Iſraelitæ, ſibi* Sacrificia patriarcharum voluntaria.

mactari & offerri iussit Deus, & de his mactationibus legem sanxit, modumque præscripsit, & hoc, vti sancti patres aiunt, eorum duritia coactus. Nam nisi adeo duros & proteruos eos reperisset, & ad idololatriam pronos, hæc omnia pro lubitu faciendi, sicuti in lege naturæ, reliquisset, ET VBIQVE SACRIFICIA OFFERRE LIBERVM ESSET, SICVTI OLIM PATRIBVS FVERAT. Egregie porro variis testimoniis ostendit idem SPENCERVS, sacrificia præcepta Israelitis fuisse ob duritiem cordis, vid. *c. 1. Sect. 2. p. 124.*

Ex Gen. 22, 33. non probatur, patriarchas habuisse templa.

§. XVII. Neque vero plus firmitatis habet alterum VOETII argumentum, quod deducit ex *Genes. 21, 23.* vbi ita dicitur: Abraham aber pflantzete Bäume zu Bersabe, und predigte daselbst von dem Namen des HErrn, des ewigen GOttes. Inde concludit, locum certum in arboreto ab ABRAHAMO ad inuocandum nomen Domini fuisse exstructum & electum. Id quidem exinde colligo, quod in loco commorationis suæ vbique glorificauerit nomen Domini. Sed de determinatione certi loci sacri & temporis negry quidem habetur: vox enim, ibi in textu occurrens, se refert ad *locum commorationis*, & quis crederet, fideles, queis verum sapientiæ studium adhuc cordi erat, certo loco, qui instar *templi* esset, & tempore circumscripsisse cultum Dei? Certe Christus, optimus sapientiæ magister, nullibi prædicationem verbi diuini certo loco sacro alligauit, sed vbiuis occasionem arripiens nomen patris sui inuocauit, in monte, naui, horto &c.

Locus a patriarchis ad sacrificandum electus non fuit sacer.

§. XVIII. Vnde porro nulla apparet probabilitas in eo, quod VOETIVS *cit. l.* asserit, quasi locus talis non propria electione, sed extraordinario signo, apparitione, aut interna inspiratione designatus fuerit; item quod *hic locus sanctitate appropriatiua, reuerentia &c. distinctus fuerit ab iis, quæ quotidianis & sabbathicis exercitiis lectionis & prædicationis verbi inseruiebant.* Multa certe hic occurrunt, quæ petunt id, quod est in principio. Equidem quæ de sabbathicis exercitiis sub patriarchis affert, altioris sunt indaginis, & multis adhuc dubiis inuoluta, vid. SPENCER. *l. 1. c. 4. S. 7. §. 39. & seq.* & quamuis RVDOLPH. HOSPINIANVS *de festis iudæorum & ethnic. l. 1. c. 3. p. 16.* eandem foueat sententiam, eam tamen aliunde non probat, quam quod supponat, patriarchas certum tempus, quibus conuenirent, habuisse, adeoque verisimile esse, illos non alium diem elegisse, quam hunc; quæ coniecturæ tamen non exhauriunt hoc negotium. Consuli interim potest SPENER. *Theolog.* Bedencken *p. 2. c. 3. art. 1. S. 8.* Deinde intempestiua sunt, quæ VOETIVS ex more nostro supponit de exercitiis quotidianis, præ-

De sabbatho patriarcharum.

dica-

dicatione verbi diuini, quæque de *loci ſanctitate* & *appropriatione* addit. Hæc enim omnia ſupponit ex hodierno more colendi Deum, pro indubio habens, hunc ab æterno ita fuiſſe, nec potuiſſe aliter eſſe.

§. XIX. Ita ſcilicet ſunt comparati homines, vt de rebus abſentibus & præteritis imaginem ſibi forment ſecundum ſtatum rerum præſentium. Et cum plerique optime de rebus præſentibus iudicent, facile inducuntur, vt credant, eandem rationem colendi Deum & olim ſub patriarchis fuiſſe, quæ hodie ob oculos verſatur. Sic quando de *concionibus patriarcharum* mentio in ſacris iniicitur, ſtatim incauti de iis ſibi imaginem formant ſecundum hodiernarum concionum rationem, quod conuocauerit ABRAHAM fideles, textum quendam e cathedra propoſuerit, eumque præmiſſo generali & ſpeciali exordio explicauerit, & per varios modos rhetoricos ampliauerit, vſusque omnes inde deduxerit. Ecquis vero talia ſibi perſuaſerit? Næuum hunc fere communem iam ſuo tempore obſeruauit GABRIEL ALBASPINAEVS *lib. 1. de veter. eccleſ. ritib. obſ. 1. n. 1.* &, *multa*, ait, *in vſu & conſuetudine hominum poſita ſunt, qua etſi a maioribus noſtris manaſſe tradantur, longo tamen temporis tractu ſunt ita mutata, aut in alium vſum translata, fere vt nihil aliud quam nomen ex priſtino inſtituto retineant. - - Inde vero magni errores conſecuti ſunt; nam harum rerum ſi forte nunc incidat mentio, eas non vti fuere, ſed quales hodie ante oculos noſtros verſantur, concipimus, atque de iis differimus. Animus enim ſe a conſuetudine rerum, quas videt, quas cernit, quibus vtitur, non patitur abduci, neque poteſt mente complecti, eorum, quorum nomen vsque adhuc permanſit, vim quoque & naturam non permanſiſſe.*

De præteritis iudicamus male ex præſentibus.

§. XX. Nihilominus ab hac perſuaſione non alieni fuerunt viri pii, & eruditi. Non ipſum excipio LVTHERVM, qui paſſim hic quoque lapſus deprehenditur. Sic *Geneſ. 4, 26.* dicitur: Zu derſelbigen Zeit fing man an zu predigen den Namen des HErrn, vbi in Gloſſa ſubiecta hæc deprehendo: Nicht daß zuvor nicht GOttes Wort wäre geprediget, ſondern nachdem durch Cains Bosheit der Gottesdienſt gefallen war, war er dazumal wieder aufgerichtet, und irgend ein Altärlein gebauet, dahin ſie ſich verſammlet, GOttes Wort zu hören, und zu beten. Vt iam nihil dicam de vario ſenſu & explicatione huius loci adducti, (de qua vid. *t. 1. obſeruat. ſelect. ad rem. literar. ſpect. obſ. 19. §. 14.*) apparet ex gloſſa hac, LVTHERVM ſibi eiusmodi repræſentaſſe in animo conciones, quales hodie certo in loco & certo tempore fiunt. Apparet mens LVTHERI clarius ex alio quodam loco ad-

Sententia Lutheri de concionibus patriarcharum.

Lutheri ſententia de concionibus in Paradiſo.

adducto *in cit. obſ. §. 3.* Sic enim *in comment. ad Gen. 2.* ait: *Si Adam non fuiſſet lapſus, eſſet arbor ſcientiæ boni & mali ceu commune templum ſeu baſilica quædam, ad quam homines confluxiſſent: ſicuti poſtea in corrupta natura certus locus cultui diuino deſtinatus eſt tabernaculum & Hieruſalem;* & poſtea ad verba: *ex omni ligno Paradiſi &c. Hæc arbor ſcientiæ boni & mali fuiſſet eccleſia, ad quam ADAM cum poſteritate ſua die ſabbathi conueniſſet, & poſt refectionem ex arbore vitæ prædicaſſet Deum, & laudaſſet eum pro tradito dominio omnium creaturarum ſupra terram, prædicaſſet Adam ſummum beneficium, quod eſſet cum poſteritate conditus ad ſimilitudinem Dei; hortatus eſſet, vt ſancti & ſine peccato viuerent poſteri, vt operarentur fideliter in horto, vt cuſtodirent eum diligenter, vt ſummo ſtudio cauerent ſibi ab arbore ſcientiæ boni & mali. Hunc externum ritum, verbum, locum, cultum habuiſſet homo, poſtea rediiſſet ad operationem & cuſtodiam, donec præfinitum tempus impletum eſſet, quo eſſet translatus in cœlum cum ſumma ſuauitate.* Sed vtrum reuera etiam eccleſiæ in *ſtatu integritatis* fuerint, apparebit tunc, quando euictum fuerit, cuinam ſtatui *eccleſiæ externæ* ſint adſcribendæ. Illud denique obſeruandum, in SS. literis etiam aliquando tempore patriarcharum mentionem fieri *domus Dei.* Sic *Gen. 28, 17.* de loco illo, quem *ſtupendum* appellat, dicit, quod ſit *domus Dei*: אֵין זֶה כִּי אִם־בֵּית אֱלֹהִים *non eſt hic niſi domus Dei*, quam ipſam *domum Dei* etiam vlterius explicat per *portam cœli*, quia Deus ſe IACOBO ibi manifeſtarat. Sic *v. 19.* vocat locum illum בֵּית־אֵל *domum Dei*, & *v. 22.* de lapide, quem poſuerat, aſſerit, quod ſit futurus *domus Dei*, בֵּית אֱלֹהִים. Verum neminem, puto, tam ieiunum fore, qui inde ad *templa* proprie dicta argumentum ducere vellet. Deum ibi *habitare* aſſerit, quod ſe ipſi manifeſtarat, quo ſenſu quoque ſimul hic *portam cœli* eſſe exclamat. At vero quis inde *templum* inferret? Sic etiam *Gen. 49, 6.* verſio LVTHERI ſeductioni anſam dare poſſet, vt quis crederet, iam tempore patriarcharum templa fuiſſe, cum tamen vox Kirche in textu Hebraico exprimatur per *cœtum* ſeu *congregationem.*

Remouentur dubia ex Gen. 28, 18. ſeqq. & & 49, 6.

§. XXI. Euici hactenus, templorum originem deberi cultui gentilium, & originem *idololatriæ* templis ortum dediſſe, & hæc quoque ſuperſtitionem magnopere promouiſſe, cum templa externum ſplendoram præberent, & inde facile homines incautos in ſui admirationem & quandam deuotionem rapere poſſent. Populus Iſraeliticus, ſub Aegyptiis degens, cultui idololatrico nimis indulgebat, querente ipſo Pro-

Populi Iſraelitici pruritus ad idololatriam.

pheta

pheta AMOS *c. 5, 25. 26.* quod repetitur *Act. 7, 41. ſqq.* Ihr nahmet die Hütten Moloch an, und das Geſtirn eures Gottes Remphan, die Bilde, die ihr gemacht hattet, ſie anzubeten. Ad huius loci intellectum plurima conferunt, quæ annotat in omni antiquitate verſatiſſimus SPENCER. *l. 1. de legib. Hebræor. ritual. c. 1. S. 1. p. 4.* inquiens: *Gentes antiquæ tribus rationibus cultum profanum exercebant, quæ verbis hisce clare continentur. Vel enim Deorum ſuorum σκηνώματα fabricabant, eosque in σκηναῖς aut lecticis ouantes circumgerebant: vel ſidera colebant eorum ſplendore perculſæ, Deosque ſuos in ſidera translatos exiſtimantes: vel denique Deorum ſuorum typos, ſymbola & imagines effinxerunt, quibus etiam cultum religioſum exhibebant.* Plenius hunc locum explicat IDEM *l. 3. diſſ. 1. c. 3. S. 1.* Exhibebat ſe ille pruritus, idololatricum faciendi cultum adhuc in ipſo deſerto variis modis, & quidni poſtea auſi ſunt Iſraelitæ, licet vel maxime de Dei directorio ſupremo ſatis ſuperque eſſent conuicti?

§. XXII. Sacrificiis erant dediti, quæ quidem a patriarchis vtique adhibebantur, ſecundum ductum ſapientiæ myſticæ, τυπικῶς omnia adumbrantibus. Sed Aegyptii externis inhærentes, & latentem ſapientiæ theſaurum ſub ſacrificiis ignorantes, totum ſacrificandi vſum deprauauerunt, & Iſraelitas hoc veneno infecerunt. Inde porro templa Aegyptica ipſorum ſemper obuerſabant animis, vtpote quibus per tot annos interfuerant, & quia quo ſemel eſt imbuta recens ſeruat odorem teſta diu, ita quoque ad hunc cultum idololatricum auide rapiebantur. Deus itaque videns, populum hunc impetu præcipiti ruere in idololatriam, mori & ingenio non nihil indulſiſſe, & ad palatum eius ſe quodammodo accommodaſſe videtur, vt *per indirectum* populum illum ab idololatria abduceret. Permiſit itaque Iſraelitis exſtructionem tabernaculi in deſerto; quin certis legibus illam approbauit. Ex ipſa enim hiſtoria *Exod. 25.* apparet, populum adeo fuiſſe in oblationibus liberalem, ad hoc tabernaculum conſtituendum, vt etiam modus oblationibus ſtatui tandem debuerit a MOSE. Ex quo inclinatio huius populi nimia ad cultum illum externum, qui ſenſus externos ferit, apparet. Quin ipſa verba Dei ad MOSEN oſtendunt, Deum magis *indulſiſſe*, quam *præcepiſſe* ſtructuram huius tabernaculi; interim ne Iudæi cortici tantum inhærerent, tota ſtructura tabernaculi repræſentare ſtatum eccleſiæ veræ, & typice adumbrare debuit, quæ ſpirituali modo erant intelligenda. Optime hac de re diſſerit BVDDEVS in diſſ. *de eo, quod decet circa ſolenn. Princ. §. 3.* inquiens: *Exemplum illuſtre pro-*

Corrupti Iſraelitæ ab Agyptiis.

Cur Deus Iſraelitis externum cultum præſcripſerit.

De exſtructione tabernaculi.

Dei intentio in ſtructura tabernaculi.

probat ſapientiſſimus Hebraicæ gentis legislator Moſes, qui, cum videret ritibus & ceremoniis ita deditos Iſraelitas, vt ſine illis vix contineri in officio poſſent, plures dare ritus ac ceremonias illis indulſit, ſed ita, vt mandato diuino eas ſelegerat, quæ nullum per ſe inuoluerent vitium, aut cupiditatem quandam temere irritarent, ſimulque vt illis ſignificationem rerum ſublimium, ſcituque ad veram felicitatem conſequendam neceſſariarum, adiungeret.

Cur Deus nolnerit ſibi templum exſtrui a Dauide?

§. XXIII. Poſtea cum DAVID decreuiſſet, DEO templum ſplendidiſſimum exſtruere, & propheta NATHAN hoc propoſitum approbaſſet, ecce Deus plane in contrarias videbatur abire partes. Sic enim prophetam alloquitur *2 Sam, 7, 5.* So ſpricht der HErr, ſolteſt du mir ein Haus bauen, daß ich darinnen wohne? Hab ich doch in keinem Hauſe gewohnet, ſint dem Tage, da ich die Kinder Iſrael aus Egypten geführet, bis auf dieſen Tag, ſondern ich hab gewandelt in der Hütten und Wohnung, wo ich mit allen Kindern Iſrael hinwandelte: habe ich auch ie geredet mit irgend der Stämme Iſrael einem, dem ich befohlen habe, mein Volck Iſrael zu weiden, und geſagt: Warum bauet ihr mir nicht ein Cedern-Haus? Egregium certe argumentum diuinæ voluntatis! quod indigitat, Deum templis non indigere, nec aliter templi exſtructionem populo ſuo indulſiſſe, quam quatenus videret, eum hoc ipſo a cultu idololatrico abduci, & ad veram Dei cognitionem deduci poſſe.

Cur Salomoni ſtructuram templi permiſerit?

§. XXIV. Præterea inde quoque diuini numinis ſumma indulgentia apparuit, quod, vbi SALOMO poſt mortem Dauidis ex permiſſione ſummi Numinis magnificentiſſimum illud templum Deo exſtrueret, ſe ad populi genium accommodauerit, & ſplendore ingenti admirandaque magnificentia illud exſtruere præceperit, quia populus externo ſplendore templorum ethnicorum admodum illectus erat. Optime hoc obſeruauit CHRYSOSTOMVS *tom. V. ſerm. 31.* referente SPENCERO *l. 3. diſſ. 6. c. 2 Sect. 1. Quo tempore ex Aegyptiacis turbis, & barbara Pharaonis tyrannide Hebræorum populum liberauit Deus, videns, eos ſecum adhuc impietatis reliquias habere, rebusque omnibus, ſub ſenſum cadentibus, addictos, templorumque magnitudinis ac pulchritudinis admiratione duci, templum ipſis ædificare cœpit, quod non modo materiæ magnificentia, atque artis varietate, ſed & ſtructuræ forma cetera omnia, quæ vbique terrarum erant, templa obſcuraret &c.* Conf. HOSPINIANVS *de orig. templ. c. 24. p. 316.* Simul tamen, vt *§. antecedenti* monitum, exſtructionem templi huius ſanctificauit, vt typus & ſymbolum *templi ſpiritualis* eſſet, & illa repræſentaret, quæ ad *eccleſiam internam* ſub regno

CHRI-

CHRISTI ſpiritualiter referenda eſſent, quod nec SPENCERVS diffitetur, qui præter cauſam de *idololatria Agyptiaca* etiam hanc adducit.

§. XXV. Mirabitur forſitan quispiam, in quem finem hæcce adduxerim, cum vix inde argumentum ad *originem paræciarum* duci poſſe videatur. Nam, exſtructo templo Iudaico, parochiarum vlla ratio habita fuiſſe nec videtur, nec vllibi legitur. Proinde vlterius inquirendum eſt, quomodo ex *templorum multiplicatione* inter chriſtianos parochiarum diſtinctio ortum duxerit. Cur hæc de templis ſint adducta?

§. XXVI. Scilicet caute *templorum multitudinem* parochiis originem dediſſe dixi. Vnde non adeo mirum, quod in populo Iudaico nulla ratio *parochiarum* fuerit, apud quem plura templa, quæ tamen in *parochiali iure* neceſſario ſupponuntur, haud deprehenduntur. Vnum ſufficiebat ei templum, *quia cum ab idololatris cingeretur, in diuerſas quidem ſuperſtitiones diſtractis, ſed æque veri Dei ignaris, multum eius intererat, coniunctos eſſe communibus ſacris omnium animos, ciuesque proinde vnum in locum colendi Dei cauſa conuenire, ne paululum in partes irent, & idololatria corrumperentur, quod contigit, diuiſo in duo regna Iſraele*, vt optime ratiocinatur clariſſ. CLERICVS *in comment. ad 1 Reg. VIII, 30.* Quamuis itaque Deus templi exſtructionem indulgeret, tamen plura templa ipſi vnquam placuiſſe, nullibi legitur. Quin contrarium apparet ex eo, quod non niſi vnum templum ſibi ædificari paſſus fuerit, cum gentilismus ſub infinitis templis quaſi gemeret. Quis enim neſcit, quantis templis idololatricis ſuperbierint ciuitates? Roma in flore ſuo numeraſſe dicitur 5400. idololatricas ædes, præſertim cum ſepulchra heroum templis plerumque occaſionem præberent. Hinc PRVDENTIVS *l. 1. contra Symmachum* ita canit: Multitudo templorum parochiis anſam dedit. Cur Deus Iſraelitis plura templa non permiſerit? Multitudo templorum apud gentiles.

Et tot templa Deum Romæ, quot in vrbe ſepulchra
Heroum numerare licet.

Conf. ROSIN. *antiqu. Rom. l. 1. c. 12. ſeqq.* vbi ſecundum quatuordecim regiones, in quas Roma diuiſa erat, recenſet omnia templa & ædes, diis conſecratas, quæ ſi in vnum congeruntur, inſignis multitudo inde enaſcitur. Celebriora gentilium recenſet ALEX. ab ALEXANDRO *Genial. dierum l. 2. c. 2.* Quin adhuc hodie gentilium nationes quædam tot templa fere habent, quot horas habet annus, vt regni Iapanici exemplo teſtantur hiſtorici, vbi olim vna in ciuitate 3800. eiusmodi ædes fuiſſe dicuntur. Et quid mirum? Cum enim gentiles Deos infinitos adorarent, non potuere non ſingulis ſingula templa exſtruere. Enim vero ne Ratio multitudinis.

Iudæi in eandem πολυθέωσιν inciderent, sed *vnum* tantum verum Deum esse cogitarent, vnum sibi tantum templum exstrui voluit.

Multitudo templorum ordinem requisiuit.

§. XXVII. In tanta *multitudine templorum*, gentilibus vsitata, certo aliquo ordine opus fuit. Sicut enim ciuitates ob magnitudinem suam, qua circumscribuntur, in certas regiones distribui solent, vt ordo in eis rectius obtineri queat, ita non dubitandum est, quin olim etiam inter ethnicos, ciuitatibus in certas regiones diuisis, templorum & sacrorum quædam diuisio iuxta regiones ciuitatum facta fuerit. LIVIVS *l. 1. c. 20.* testatur, NVMAM sacerdotum creandorum inprimis curam habuisse. Hic ipse quoque certas parochias cuique sacerdoti assignasse videtur. Ita enim de eo DIONYSIVS *l. 2.* referentibus ROSINO *antiqu. Rom. l. 3. c. 13. p. 463.* & PAVLO MERVLA *de sacerdot. Roman. c. 2. §. 7. Numa omnia, quæ ad religionem ac ceremonias pertinent, octo libris iuxta totidem sacerdotum genera complexus est. Primus sacra triginta curionum continebat, quorum erat, publice pro suis curialibus rem diuinam facere.* ROMVLVS scilicet, populo in tres tribus & curias triginta diuiso, *LIV. l. 1. c. 13.* singulis curiis præposuit virum quendam, quem *Curionem* dixit, qui sacra pro *curia* sua curaret. Hisce vnus præerat, quem *curionem maximum* dicebant, vnde etiam *æs curionum* natum est, quod dabatur curioni ob sacerdotium. ROSIN. *c. l.* PAVLVS MERVLA *de sacerdot. Romanor. c. 2. §. 7.* Idem DIONYSIVS Halicarnass. *c. l.* expressius de hac assignatione loquitur: *Sacra sua*, inquit, *Romulus cuique curiæ partitus est, assignatis in singulas Diis & Dæmonibus, quos perpetuo colerent, sumtusque in hæc attribuit ex ærario publico, quæ quoties celebrarentur, aderant curiæ suis vicibus, epulumque diebus festis præbebatur curialibus (i. e. iis, qui erant eiusdem curiæ) in aula cuiusque curiæ propria.* Add. SAMVEL. PITISCVS *in lexic. antiq. Rom. voce curiæ.* FESTVS quoque *lib. 3.* idem confirmat asserens: *Curiæ etiam nominantur, in quibus vniuscuiusque partis populi Romani quid geritur, quales sunt eæ, in quas Romulus populum distribuit, numero 30, vt in sua quisque curia sacra publica faceret, feriasque obseruaret.* Idem de *tribubus* dici potest. Diximus ab initio, Romam in *tres tribus* diuisam fuisse, quarum vnaquæque rursus in decem curias distincta fuit, inde 30. *curiæ ortæ.* ROSINVS *antiqu. Rom. l. 6. c. 15. p. 1050.* Sed postea illæ tres tribus auctæ a TARQVINIO PRISCO, & ex tribus sex factæ. ROSIN. *l. 1. c. 12. p. 39.* Hinc rursus quoque noua quædam circa sacra diuisio. Ita enim FESTVS POMPEIVS *l. 17.* inquit: *Sex Vestæ sacerdotes constituti sunt, vt populus pro sua quaque parte haberet ministrum sacrorum, quia ciuitas Romana in sex est distributa partes.*

Diuisio templorum secundum diuisionem ciuitatum.

Romulus curiis curiones præposuit.

Romulus parochias introduxit.

Ex diuisione tribuum diuisio circa sacra orta.

§. XXVIII.

§. XXVIII. Continere videntur hæc verba genuinam quandam faciem & repræsentationem parochiarum, quod nec dissimulare voluit prælaudatus ROSINVS *p. 1017.* inquiens: *Hoc quoque addere visum est, curias Romæ fuisse populi tales quasdam partes, quales sunt nostro tempore in vrbibus quibusdam Paræciæ. Vt enim nostræ Paræciæ habent destinatas quasdam ædes & domus, in certa quadam vrbis parte sitas, quæ communia sacra, ipsam ædem communem, & sacrorum communem ministrum i. e. Parœcum habent: ita curiæ erant incolarum vrbis partes, non modo locis, sed etiam sacris sibi peculiaribus distinctæ, quibus qui præerant, curiones vocabantur.* Hæc ingenua viri confessio facit, vt eo minus dubitandum sit, parochias ex *templorum multitudine* primitus introductas fuisse. Collineat huc etiam PAVLVS MERVLA *cit. l.* inquiens: *ab his curionibus hodieque passim per Galliam appellantur Curez, Pastores singularum parochiarum.* Erant enim gentilibus *curiones* sacrorum curatores, curiis singulis præpositi, in quibus sacra administrabant, teste SAMVELE PITISCO *cit. loc. voc. curiæ.* Applicatio ad nostras parochias ex mente Rosini.

§. XXIX. Hoc ipso quoque fontem & originem videmus assecuti, quare etiam apud nos parochiæ *curiæ* quibusdam vocatæ fuerint. Cum enim vocabulum *parochiæ* barbarum sit, elegantioris linguæ studiosi substituerunt pro voce *parochiæ* vocabulum CVRIAE: vnde porro parochos more Romano *curiones;* parochianos *curiales;* ecclesias parochiales *ædes curiatas* nominarunt. Vid. BVDAEVS *in annot. ad l. vlt. D. de muner. & honor.* ONVPHRIVS *in interpret. obscur. vocab. eccles.* verb. *parochia*, & VARRO *de lingua Lat. l. 5.* Viderunt enim ICti humaniores, insignem quandam inter curias ethnicas, & nostras parochias affinitatem, & quidem talem intercedere, vt vere dicere possis, Romanas curias parochiis nostris originem dedisse, imo quasi *matris* cuiusdam loco appellandas esse. Porro dicuntur quidem parochi etiam *curati*, & ecclesia parochialis *curata* in iure canonico (quamuis hæ voces plane inter se differant, vt latius & angustius. Vid. ENGEL. *in manual. paroch. p. 1. c. 1. n. 7.* VALENS. *ad tit. de paroch. n. 2.*) Sed tunc non respectum haberi ad *curiæ* vocem, sed potius hanc denominationem descendere a *cura* putant, vt sic *curatus* dicatur ille, qui accepit *curam animarum* ex natura officii, BARBOSA *de offic. paroch. p. 1. c. 1. n. 11.* quamuis probabilius sit, etiam *curatorum* vocem a *curiis* originem traxisse, haud id negantibus VALENSI *c. l. n. 7.* & ZIEGLERO *ad du Roye ius canon. l. 2. tit. 14. n. 2.* Parochiæ nostræ inde dicuntur curiæ. Alio sensu dicuntur parochi curati.

Noua diuisio Augusti vrbis Romæ.

§. XXX. Posset huc quodammodo trahi noua diuisio vrbis Romanæ in certas regiones, tempore AVGVSTI facta, quam refert SVETONIVS *in Augusto c. 30.* ad quam prouocat TACITVS *l. 15. annal. p. m. 311.* inquiens: *In regiones quatuordecim Roma diuiditur.* Habuit quælibet regio sua propria templa, ædes & ædiculas, quæ describuntur plenius ab ONVPHRIO PANVINIO, & ex hoc referuntur a ROSINO *in antiquit. Rom. l. 1. c. 12. seqq.* vt, sicut ipsa ciuitas a regionibus diuisa fuit, & quælibet regio suos limites habuit; ita non sit dubitandum, quin iisdem terminis ipsa templa quoque inclusa fuerint. Antea SERVIVS TVLLIVS, Rex sextus Romanorum, in nouendecim tribus diuiserat populum Romanum, teste CAROLO SIGONIO *antiqu. iur. ciu. Rom. c. 3.* & vnamquamque tribum in certas curias, & cuique curiæ suum templum & sacerdotem addixerat, quo videtur respicere GONZALEZ. TELLEZ. *in com. ad c. 2. de paroch.* aiens: *Paræciarum autem istarum imaginem quandam habuit antiquitas. Nam cum Roma in nouendecim tribus vrbanas, & vnaquæque tribus in decem curias esset distincta, nemo nescit, vnicuique curiæ suum fuisse templum & proprium sacerdotem.* Adducit subinde locum ex M. VARRONE inquiente: *Curiæ duorum generum, & vbi curarent Sacerdotes res diuinas, vt curiæ veteres, & vbi Senatus humanas, vt curia Hostilia, quam primus ædificauit Hostilius Rex.*

Seruii Tullii diuisio in curias.

Comparatio tribuum cum nostris Parochiis.

§. XXXI. Quod hactenus de *tribuum* diuisione varia, de qua legi meretur ROSINVS *antiqu. Rom. l. 6. c. 1.* diximus, etiam quoad ius ipsum maxime congruit cum nostris *paræciis.* Tribus enim nihil aliud erat, quam pars aliqua vrbis, vel agri Romani, quæ habitationem sequebatur, mutatoque domicilio mutabatur, quique in ciuitate erant, iidem in aliqua tribu vt essent, necesse erat. ROSINVS *c. l. p. 1053.* Certe nostrum *ius parochiale* parochianum etiam ex *domicilio* constituit, ita vt simili ratione, mutato domicilio, parochia mutetur, & vix quisquam in ciuitate esse possit, qui ad aliquam paræciam referri non debeat, ceu infra videbimus.

Conclusio ex hactenus dictis formatur. Hierarchia gentilium.

§. XXXII. Sic itaque euictum esse arbitror, penes gentiles obtinuisse quandam imaginem paræciarum nostrarum, hanc vero ortum debere duplici occasioni: (1) *templorum multitudini* vel saltim sacrorum distinctæ, quoad curam, locum, ritus, aliaque ratione; (2) *diuisioni ipsius ciuitatis in certas regiones & curias*; inde concludere licet, iam gentiles sacerdotes affectasse aliquod regimen in certo quodam, vt ita loquar, territorio, & sic rationem status huic diuisioni innexam fuisse. Hanc enim gentiles in rebus *religionis* pro scopo habuisse, supra §. 11. deductum,

&

& in ſpecie exemplo NVMAE, ſacra ordinantis, illuſtratum eſt. Optime enim videbatur *hierarchiæ gentili* conuenire talis in certos fines quoad ſacra diuiſio, cum primates ex populo plerumque hisce centuriis præficerentur, & populus ſub ſpecie religionis eo rectius in obſequio retineri poſſet.

§. XXXIII. Quando, his præmiſſis, ſtatum Chriſtianismi ſub nouo Teſtamento conſidero & parœciarum originem inueſtigare intendo, ad hæc capita reſpiciendum eſſe arbitror: (1) vt inquiramus, quo tempore templa inter Chriſtianos exſtructa, & Epiſcopi ad hierarchiam adſpirarint? Nam inde dependere parochiarum conſtitutionem, hactenus declaratum eſt. (2) Vt inueſtigemus occaſionem & rationem, qua factum, vt gentilismus in eccleſiam ſit introductus, & ex illo tam multa ſimul retenta fuerint? (3) Vt optime & dextre diiudicemus ea, quæ adhuc ſub priori ſtatu eccleſiæ vulgo, quamquam inepte, ad parochias referuntur, ſecundum κεφάλαιον, *capite anteced.* data. Nam hoc non obſeruato, nihil facilius eſt, quam vt nobis imaginemur, parochias tales, quales hodie ſunt, iam in puriori eccleſia fuiſſe. (4) Vt antiquas fabulas, quas canoniſtæ de parœciis primis, & diuiſione eccleſiarum ab Apoſtolo & eius ſucceſſoribus proximis communiter in ſcenam producere ſolent, euitemus.

Quomodo parochiarum conditio in ſtatu N.T. ſit conſideranda?

§. XXXIV. In membro primo, iamiam explicando, coniunxi *templorum* originem & *hierarchiæ:* ſororio enim vinculo ita coniuncta hæc duo eſſe videntur, vt tunc demum vera hierarchia euidentius prorupiſſe videatur, quo *templorum pluralitas* exiſtere cœperit. Nam antea iam aliis quoque ex cauſis fundamenta eius iacta fuiſſe negari nequit, cum vnius rei plures dari poſſint cauſæ, & hierarchia papalis potiſſimum variis occaſionibus incrementa ceperit. Ratio connexionis ex ſequentibus apparet. Illud ex hiſtoria eccleſiaſtica euidens eſt, Chriſtianos ſub illibata & pura adhuc eccleſia templa nulla habuiſſe. Vt vero hæc theſis eo rectius intelligatur, præſupponendum, quid per *templum* intelligatur & per *illibatam eccleſiam?* Niſi enim hæc rite explicentur, ſtatus controuerſiæ non recte formatus erit. Intelligo ergo per templa *loca, Deo conſecrata, & humanis vſibus prorſus exemta, adeoque conſtantia & certa.* Id omnibus templis ineſſe, inductione omnium templorum, ad oculum oſtendi poteſt. Per *puriorem eccleſiam* intelligo eam, quæ adhuc vacua a mundo & dominatu eccleſiaſtico fuit. Quatenus enim mundus in eccleſiam introductus eſt, puriorem ſtatum reliquit, quod potiſſimum tempore CONSTANTINI M. factum eſſe, ZIEGLERVS non vno loco

Chriſtiani in primitiua eccleſia templa nulla habuere.

Templa quid?

Purior eccleſia quid?

fatetur. Vid. *de iur. mai. l. 1. c. 13. §. 31.* & *de dote eccleſ. c. 2. §. 14.* ARNOLD. in der Abbildung der erſten Chriſten *libr. 8.*

Congregationes primorum Chriſtianorum non negantur.

§. XXXV. Quo circa non nego, tempore primitiuæ eccleſiæ Chriſtianos ſæpius conueniſſe, & quandoque pro conditione temporis, certum elegiſſe locum, vbi congregarentur. Enimuero ad illum locum non erant adſtricti, nec talis locus vllam rationem *templi* habebat. Sic Apoſtoli *Act. 2.* die Pentecoſtes dicuntur fuiſſe vnanimiter *in eodem loco.* Interim ad hunc locum non erant adſtricti, qui mox congregati in templo Hieroſolymitano, mox in ſynagogis iudæorum, mox etiam in fidelium priuatis ædibus leguntur. Plura loca ex actis Apoſtolorum huc referri & trahi poſſent, niſi euidentia rei pro nobis pugnaret. Equidem noui, pontificios quosdam, inprimis BELLARMINVM, vt omnia ſua conuenire cum ſtatu primitiuæ eccleſiæ demonſtrent, iam Apoſtolorum temporibus ædes publicas fuiſſe, aſſerere, quos tamen merito exſibilant ZIEGLERVS *de dot. eccleſ. c. 2. §. 1. & 2.* HOSPIN. *de orig. templ. l. 1. c. 6. ab initio.* POLYD. VIRGIL. *l. 5. de inuent. rer. c. 6.* quibus etiam addi poſſunt, quæ *diſſ. II. ad Plin. II. & Tertull.* adduxi, vbi eorum argumenta, qui ſæculo I. & II. Chriſtianis templa tribuunt, examinaui & reſolui.

Pontificiorum commenta de templis Chriſtianorum.

Chriſtianorum primorum teſtimonia de templis.

§. XXXVI. Audiamus Chriſtianorum ipſorum propriam confeſſionem. Oſtendit hiſtoria eccleſiaſtica, ethnicis propterea Chriſtianos deſpectui fuiſſe, quod absque *templis* Deum colerent. Maſcule his reſponderunt ex rationibus, maxime eo collineantibus, templis non indigere Deum: ſuperſtitioſum eſſe, Deum velle templis alligare vel includere. Eiusmodi obiectiones imprimis Chriſtiani patiebantur a duobus gentilibus, CAECILIO & CELSO; Illi ſe opponebat OCTAVIVS apud MINVCIVM FELICEM *in Octauio* inquiens: *Putatis, nos occultare, quod colimus, ſi delubra & aras non habeamus. Quod enim ſimulacrum Deo fingam? cum, ſi recte exiſtimes, ſit Dei homo ipſe ſimulacrum. Templum quod ei exſtruam? cum totus hic mundus eius opere fabricatus eum capere non poſſit, & cum homo laxius maneat, intra vnam ædiculam vim tantæ Maieſtatis includam? Nonne melius in noſtra dedicandus eſt mente, in noſtro imo conſecrandus eſt pectore?* Huic, ſcilicet CELSO, reſiſtebat ARNOBIVS *aduerſus gentes l. VI. ab initio*, qui tamen circa finem tertii ſeculi floruit, inquiens: *Conſueſtis crimen nobis maximum impietatis affingere, quod neque ædes ſacras veneratione officio conſtruamus, non Deorum alicuius ſimulacrum conſtituamus, aut formam, aut alta-*

Octauii ſententia de templis.

Arnobii ſententia de templis.

altaria fabricemus. QVAE QVIDEM NOS CESSAMVS, *non ideo vel exædificare vel facere tanquam impias geramus & sceleratas mentes, aut aliquem sumserimus temeraria in Deos desperatione contemtum, sed quod eos arbitramur & credimus (si modo Dei certi sunt, & nominis huius eminentia præditi:) honorum hæc genera aut risui habere, si rideant, aut indigne perpeti, si motibus exasperentur irarum &c.* Prolixius & elegantius ibidem hoc thema pertractatur, nec instituti ratio patitur, vt omnia inde excerpere possimus. Vid. interim ZIEGLER. *de iur. dot. c. 2. §. 8.* vbi *§. 9.* adducit testimonium ORIGINIS ADAMANTII aduersus CELSI imputationes inanes, indeque concludit, christianos, si illis talia templa fuissent cognita, potuisse facili negotio calumnias gentilium diluere, prouocando ad propria templa, quod tamen factum nullibi.

§. XXXVII. Concedunt inde plerique nostratium, primis duobus seculis, & quod excurrit, imo nequidem ARNOBII tempore templa christianis *proprie dicta* fuisse. Allegauit in hunc finem plures summæ autoritatis testes ARNOLD in der Abbildung der ersten Christen *l. 2. c. 3. §. 4. lit. s.* Congregationes suas tempore persecutionis habuere in syluis, cryptis, agris, ædibus priuatis, hortis, carceribus ipsis cœmeteriis, de quibus vid. ONVPH. *in append. ad Platinam.* EVSEB. *hist. eccles. l. 9. c. 2.* quæ vocabantur *conuenticula*, imo ECCLESIAE. vid. ARNOLD. *c. l. §. 10.* Quin si per conniuentiam imperatorum maiori libertate gauderent, non ausim negare, eos aliquando certa conuenticulis destinasse loca. Ast in his nulla *templorum* ratio apparebat, non loca erant consecrata, nec sanctitas singularis eis propterea adscribebatur, quod demum temporibus subsequentibus factum, licet forsan fieri potuerit, vt talis locus, quantum conniuentia imperatorum permittebat, vsibus aliis profanis eximeretur, non aliqua dedicatione, sed, vt bene loquitur ZIEGLERVS *cit. l. §. 8. in f.* ipso facto, & per voluntariam abstinentiam. Quid enim frequentius, quam hodie in academiis quoque loca quædam in ædibus professorum vsibus eximi aliis, & solummodo eo destinari, vt lectiones ibi academicæ haberi possint. Ast talis temporalis separatio templum non facit, nec loco peculiarem induit qualitatem.

Christani prioribus duobus seculis templa non habuere.

Congregationes christianorum primorum in certis locis nullam faciem templorum præ se ferebant.

§. XXXVIII. Illud obiter annotare placuit, plerosque, qui iam seculi tertii primordiis templorum exstructionem adscribunt, quod etiam non nemo ZIEGLERO obiecit, decipi verbis EVSEBII *hist. eccles. l. 8. c. 1.* asserentis, ante motam a DIOCLETIANO persecutionem gravissi-

Refutantur qui templa sub initium seculi tertii reiiciunt.

uissimam, factum esse, *vt priscis ædificiis iam non contenti in singulis vrbibus spatiosas ab ipsis fundamentis exstruerent ecclesias.* Qui vero inde *templorum* exstructionem inferunt, rursum rem metiuntur secundum hodiernam praxin, vbi *ecclesia* & *templum* sunt synonyma. ARNOBII testimonium supra citatum satis euincit, proprie dicta templa eos tunc nondum habuisse, nec EVSEBIVS aliud intendit, quam vt ostendat, prisca ædificia multitudinem christianorum non amplius potuisse capere, indeque factum fuisse, vt, cessante paulisper persecutione, spatiosiores ædes exstruerent. Ast quænam inde conclusio ad *templa* inferri potest? Ecclesiæ vtique tunc erat synonymum *loci*, vbi congregatio fiebat, sed non *templi*, vt §. *antec.* dictum, quid quod tales ecclesiæ non diu subsisterent, sed, ingruente noua persecutione, diruerentur. ARNOLD. *c. l. §. 21.* Ex quo apparet, ædificia eiusmodi, licet spatiosa & ampla fuerint, quæque *ecclesiæ* vocatæ, non fuisse stabilia, adeoque nulla ratio est, cur iis *templorum* proprie dictorum prædicatum tribuere possimus. Confer. HOSPIN. *de orig. templ. l. 1. c. 6. p. 28.* vbi respondet BARONIO, qui ante tempora ARNOBII itidem christianis adscribit templa. Quæ Anglus, IOANNES MEDE, pro templorum apud christianos vsu in medium produxit argumenta, examinaui in *diss. de iur. eccl. antiqu. ad Plin. II. & Tertull. diss. II.*

Quando templa apud christianos exstrui cœperint.

§. XXXIX. Si ergo dicendum, quod res est, templa proprie talia demum introducta sunt eo tempore, quo corda christianorum desierunt esse templa spiritus S. Explicabo hoc potius ZIEGLERI, quam meis verbis. Hic vero *c. l. §. 14.* ita: *Durauit illa christianorum in latebras atque loca abdita receptio vsque ad tempora Constantini M. quibus religio christiana, antea fugata, atque eiecta, in ipsam nunc imperatoris aulam recepta, & per totum orbem propagata fuit. Otium ille & quietem ecclesiæ fecit, & libertatem christianis restituit, tanto cum successu, vt non tuta tantum ea professio, sed & honorata esset, MVNDO VELVT INTRVSO IN ECCLESIAM. Atque illa templa vbique terrarum christianis ædificari non permisit tantum, sed publicis etiam sumtibus exstrui edicto præcepit. &c.* Vid. EVSEBIVS *de vita Constant. l. 2. c. 44.* Ipse præterea imperator, cum ædes, sacris conuentibus destinatæ, a persecutoribus fisco publico essent addictæ, edicto præcepit, (quod refert EVSEB. *l. c. hist. eccles. c. 5.*) vt absque vlla petii repetitione sine omni mora & dubitatione restituerentur. Inde manifestum est, tales ædes quidem fuisse amplissimas, sed *templorum* rationem non habuisse, nam alias sacer-

Christianis restitutæ ædes ad congregationem destinatæ a Constantino M.

dotes

dotes ethnici sine dubio ad se has ipsas traxissent, nec fisco illæ fuissent addictæ, sicuti christiani templa ethnicorum sibi addixere, vbi postea dominari inceperunt. Qua de causa nec HOSPINIANVS *de orig. templ. l. 1. c. 6. p. 30.* diffitetur, tempore CONSTANTINI templa demum fuisse exstructa. Secuti sunt CONSTANTINVM reliqui imperatores, in templis exstruendis studiosissimi, totque templis ciuitates impleuerunt, inprimis IVSTINIANVS, (de quo PROCOP. *de ædif.*) vt plura essent templa, quam necessitas efflagitaret. Vid. HOSPIN. *c. l. p. 32.* Sicuti enim πολυθέωτις gentilium ad multitudinem infinitam templorum multum conferebat, ita multitudo *sanctorum*, quibus templa dedicabantur ex superstitione in ecclesia corrupta, dabat ansam augendi immensum in modum templorum numerum.

§. XL. Simul vero aperit fontem ZIEGLERVS, quo factum, vt gentilismus & mundus, h. e. auaritia, ambitio & luxuria ecclesiam occupauerint. Binis id ipsum verbis exprimit: *Quo ecclesia cœpit fieri tuta, simul honorata extitit.* Tranquillitas externa securitati dabat locum CONSTANTINI profusissima liberalitate, de qua conqueritur optimo iure FRANC. BALDVIN. *l. 1. de leg. Constant.* episcopi & clerici adeo capti erant, vt nihil magis, quam bonis inhiarent. ZIEGLER. *præf. ad tract. de episc.* Dominatus sacer occupabat eorum animos, & humilitate fere abiecta, honores ambire non detrectabant, hierarchiam aucupantes. Publice populo indulgebantur omnis luxuriæ occasiones, & infinitum foret, si omnia expendere vellem, quæ iam fusius sunt exposita ab aliis. Interim qui adhuc sinceriori corde præditi erant, aperte querelas mouebant de tam corrupto statu, de magnificentia in exstructione templorum &c. quorum testimonia adducit HOSPIN. *de orig. templ. c. l. §. 36.* Imprimis merentur legi verba LACTANTII: *Non templa Deo, congestis in altitudinem saxis, struenda sunt, in suo cuique consecrandus est pectore, in quod se conferat, cum adorat Deum.*

Dominatus cleri cum templis cœpit.

Querelæ de statu corrupto tempore Constantini M.

§. XLI. Imprimis autem *ambitio* tunc inter clericos proruperat. Episcopi singularem prærogatiuam præ ceteris prætendebant, adeoque subordinationes inde variæ deducebantur, quæ subsequentibus temporibus ita auctæ, vt in infinitos ordines excreuerint. Inde infinitæ concertationes inter clericos ratione proëdrias ortæ in conciliis, vt docent de concilio Nicæno EVSEB. *de vit. Const. M. c. 12.* SOCRAT. *l. 3. c. 5.* SOZOM. *l. 1. c. 16.* Ipsi determinabant suam prærogatiuam, hac insipida comparatione, quam ex GELASIO refert ARNOLD. in der Ketzer-Hist. *p. 1. l. 4. c. 7. §. 23.* Die Clerisey, inquiebant Patres

Ambitio clericorum subordinationibus variis ansam dedit.

Patres concilii, ſoll ein Vorbild der himmliſchen Orden *præſentiren*, der Biſchof ſoll den Platz inne haben, als das Haupt derjenigen Gemeine, die er angenommen hat. Der Elteſte ſoll den Platz und Rang der Seraphinen, der Diaconus der Cherubinen behalten, der Diener aber ſoll dieſen aufwarten. Inter illos, qui eccleſiam regimine ſuo tenebant, quatuor præcipui erant, qui præ reliquis eminebant, indeque *patriarchæ* dicti, vt Romanus, Antiochenus, Conſtantinopolitanus & Alexandrinus, qui pluribus prouinciis præerant. *Conc. Conſtant. c. 2.* In prouinciis *Metropolitani* primum locum tenebant. *Conc. Nic. 7.* Quin ſicut in ſtatu politico imperium Romanum varias accipiebat diuiſiones, clerici, politicis rationibus iam toti immerſi, varias quoque in regiones, diœceſes, & partes eccleſiaſticum regimen diuidebant ſub prætextu alicuius *decori* & *ordinis*, vt in nullis rebus cederent politicis, ſed horum regulas, ſtatui ciuili valde conformes & accommodatas, ſuo ſtatui eccleſiaſtico quoque applicarent, ceu erudite demonſtrat ZIEGLER. *de epiſc. c. 4. §. 21.*, vbi diſerte ait: *eccleſiam fuiſſe æmulam regiminis ciuilis & ſecularis.* In minoribus ciuitatibus & pagis Chor-epiſcopi conſtituebantur, epiſcopis illius loci ſubiecti. Conf. *concil. Ancyr. c. 13. Antioch. c. 8. 10.* Ceterum nomina archidiaconorum, diaconorum, ſubdiaconorum, lectorum, acoluthorum, exorciſtarum, cantorum non adeo tangam, cum partim hoc tempore demum introducta, partim etiam ad ſcopum meum non adeo faciant. Equidem ante CONSTANTINVM *epiſcopi* & *presbyteri* iam quadam prærogatiua gaudebant, ſed non tam *poteſtatis* quam *dignitatis;* prærogatiua vero poteſtatis pleniſſime demum ſub CONSTANTINO M. ſeſe exſeruit,

Patriarchæ.

Regimen eccleſiaſticum diuiſum ſecundum ciuium ordinem.

Ante Conſtantinum epiſcopi gaudebant prærogatiua dignitatis non poteſtatis.

§. XLII. Hæc omnia fiebant ſub prætextu *boni ordinis;* ſed ambitio & auaritia clericalis potiores partes in tali regimine habebat, & ex illis *ſubordinationibus* demum fiebat, vt quilibet clericus *ſuum proprium quaſi territorium acciperet*, in quo regimen ſacrum exercere, & ex quo ſimul reditus pleniores percipere poſſet. Neque enim clerici veteribus reditibus amplius contenti, de quibus vid. ZIEGL. *de dote eccl. c. 3.* proprietatem ſtrenue ſectabantur; *inducta* autem *turpiſſima & pernicioſiſſima proprietate*, vt loquar verbis M. A. DE DOMINIS *l. 9. de rep. eccl. c. 3. n. 11. quod erat acceſſorium & annexum ſacro officio, factum eſt præcipuum.* Hinc porro termini cuilibet ſui conſtituti, & iuris parochialis fundamenta iacta. Promouit hoc inſtitutum CONSTANTINI conniuentia, qui variis legibus poteſtatem eorum firmabat, *Conſtantinus im-*

Proprium clericis datum eſt territorium.

Parochiarum origo. Conſtantini liberalitas.

Imperator, ſcribit ADO VIENN. *ad A. C. 306.*, *de perſecutore Chriſtianus factus, licentiam dedit Chriſtianis, libere congregari, & in honorem Chriſti vbique eccleſias conſtrui, ac pene per totum imperium Rom. priuilegia ſingulis ciuitatibus dedit, vt populus Chriſtianus ſub iure & ordinatione Epiſcopi libere viueret, ac Dei templis libere honoris ſtructuram componeret.*

§. XLIII. Verum ratio inſtituti iam poſtulat, vt plenius & exactius demonſtrem, qua ratione epiſcopi & clerici hoc tempore, exſtructis vbique templis, & firmata eorum poteſtate, ex rationibus politicis totum ſyſtema ſui regiminis eccleſiaſtici diuiſerint, & terminis cuiuslibet poteſtatem propriis incluſerint; nam inde *iuris parochialis* fundamenta propius repetenda ſunt. Oſtendi iam ſupra, ethnicos ipſos adminiſtrationem ſacrorum ſecundum *regiones ciuitatum* peregiſſe, ita vt cuilibet ſacerdoti proprium *templum* & propria *curia* aſſignata fuerit. Quid mirum, ſi Chriſtiani, poſtquam gentilium templa ſibi vindicarant, & propterea gentilismum ipſum, ſeu *mundum*, vt loquar cum ZIEGLERO, in eccleſiam introduxerant, hunc morem imitati fuerint. Neque enim, regimine politico ſibi adſcripto, aliter commodius fieri poterat, quam vt certos ordines, gradus, ſubordinationes, fines aliaque inſtituerent, quæ ad *regimen politicum* neceſſaria ſunt. In Rep. Romana tales ſubordinationes magiſtratuum eſſe, animaduerterant. Quælibet regio, ciuitas &c. ſuum peculiarem magiſtratum habebat, certis finibus incluſum, quos egredi non poterat, ceu quoque dicitur in *l. f. D. de iurisd.* De Byſantio vrbe XIPHILINVS *in hiſtoria Seueri* ita: τὴν πόλιν τε καὶ χώραν αὐτῆς (id eſt vrbem eiusque regionem ſ. Paroeciam) ἐχαρίσατο, & DIO PRVSAEVS de Tarſo vrbe loquens *orat. XXXIV. de I. Cæſare*: παρεῖχε χώραν νόμῳ τιμὴν. Inde exempla capiebant, optime iudicantes ex regulis politicis, regimen absque ordine tali politico non ſubſiſtere, ſed in ἀναρχίαν potius incidere. Inprimis vero hoc quoque notandum eſt, per tria priora ſecula in ſingulis ciuitatibus locisque, vbi Chriſtiani reperiebantur, vnam tantum, non plures fuiſſe eccleſias, cui præerant epiſcopus, presbyteri, & diaconi. Diœceſes epiſcoporum incognitæ erant, & cuiuslibet regimen tantum ciuitatis limitibus includebatur, adeo, vt etiam epiſcopus Romanus paſſim dicatur *Romanæ vrbis epiſcopus*, teſtibus EVSEBIO *lib. V. H. E. c. 24.* SOCRATE *lib. V. hiſt. eccleſ. c. 22.* quod pluribus argumentis Anglus quidam in *tract. de regimine eccleſ. trium primor. eccleſ. Chriſt. ſecul. c. II.* demonſtrauit, quem IENKINVS THOMASIVS latinitate donauit. Vbi vero CONSTANTINI M. indul-

Chriſtianorum parochiæ ad imitationem gentilium introductæ.

Parochiæ ad ſimilitudinem regiminis ciuilis introductæ.

gentia templa ædificata sunt, id potissimum egerunt Christiani, vt in ciuitatibus maioribus *plura* exstruerent *templa*, ex qua multitudine ortæ sunt ecclesiæ *cathedrales* & *parochiales*. Diuisere quippe episcopi plebem, & singulis templis assignarunt portionem populi, ita vt, cui ipsimet præerant, diceretur *cathedralis*, quod ibidem esset *cathedra episcopi;* ceteris vero præponerentur ex clero episcopali presbyteri, qui ibidem sacra plebi administrarent, sub cura & inspectione episcopi. Testis est EPIPHANIVS *hæres. 68. n. 4.* de Alexandrina ciuitate hæc tradens: *nam vnicuique ecclesiæ, quæ tum multæ erant, hodie vero plures sunt, suus attribuebatur presbyter: & hæres. 69. n. 1. quotquot Alexandriæ catholicæ communionis ecclesiæ sunt, vni archiepiscopo subiectæ sunt, cuique præpositus est presbyter, qui ecclesiastica munera iis administret, qui circa ecclesias illas habitant.* Hoc modo ergo limites singularum ecclesiarum constituti, iisque proprii dati sunt presbyteri, sub episcopi inspectione & iurisdictione regimen ecclesiasticum in illa *vicinia* seu *paræcia* exercentes. Sicut vero episcopi pedetentim ad maiorem dominatum adspirabant, ita quoque minorum ecclesiarum presbyteri, exemplo hoc edocti, ambire dominatum in suis ecclesiis, & magistratum quendam ecclesiasticum exercere incipiebant, hoc effectu, vt contra alios iure quodam bannario, h. e. facultate *cogendi* & *prohibendi*, vterentur.

Declaratur ex concil. Nic.

§. XLIV. Nec de episcoporum *ambitu* & *dominatu* vllum supereſt dubium, quin omnia ad ciuilia schemata componere studuerint. In concilio Nicæno occurrit *Can. VI.*, qui haud obscure nostram firmat sententiam. Disponitur in eo de *potestate Metropolitani.* Sicuti enim in qualibet ciuitate constitutus erat episcopus, ita in qualibet prouincia ciuitatis metropoleos episcopus τὸ κύρος & ius ordinandi summum per suam prouinciam obtinebat. SCHILTER. *de libert. eccles. c. 9. §. 3.* Hac de causa in *c. 4.* eiusdem Synodi dicitur: *Eorum, quæ in quaque prouincia geruntur, autoritas & confirmatio tribuatur Metropolitano. Itaque ius*, addit SCHILT. *c. l. Metropolitanum censebatur regulariter secundum constitutionem prouinciarum, earumque Metropoleon, vt episcopus Metropoleos prouinciæ iura etiam ecclesiæ Metropolitanæ haberet.* In *cit.* tamen *Can. VI.* Alexandrino episcopo *ius Metropolitani* confirmatum est, non tantum in Aegypto, sed etiam in Libya & Pentapoli. Rationem deducit SCHILTER. *c. l. §. 14.* ex ciuili Aegypti diuisione. Sicuti enim Augustali præfecto, qui Alexandriæ degebat, præ fides Libyarum & Pentapoleos parebant; vid. *l. 2. C. de off. præf. aug.* ita & Metropolitanus

nus Alexandrinus terminos suæ potestatis eo vsque extenderat, & in eo *can. cit.* confirmatus est.

§. XLV. Finibus ita constitutis, & iuribus intra cuiuslibet regionem & ciuitatem conclusis, variæ postea hac de re in conciliis sunt factæ constitutiones. In *concilio Constantinopolitano*, vbi *patriarchæ* quoque constituti, repetita hæc materia in *c. 2.* & expresse prohibitum, *ne episcopi extra suos terminos ad alienas ecclesias accederent*, item, *ne transeant vltra diœcesin ad administrationes ecclesiasticas:* id quod etiam docet SOCRATES *lib. 5. c. 8.* inquiens: *patriarchas constituerunt, distribuentes prouincias, ne vllus episcopus vltra propriam diœcesin alienas ecclesias inuaderet. Id enim antea propter persecutiones promiscue factum fuerat.* Idem in *c. 8. concilii Ephesini* plenius repetitur. Imo in *concilio Chalcedonensi* seculo V. regimen ecclesiasticum adeo ad ciuilia se conformauit schemata, vt patres sanciuerint *cap. XVII.* τοῖς πολιτικοῖς καὶ δημοσίοις τύποις καὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν παροικιῶν ἡ τάξις ἀκολουθείτω. Quid vero hac propria confessione apertius? Scilicet constituit canon, vt, si forsitan ciuitas aliqua ab imperatoria autoritate innouata fuerit, ciuiles & politicas formas ecclesiasticarum quoque parochiarum ordo sequeretur, quod deinceps repetitum in *concilio sexto in Trullo c. 38.* Parochiæ conciliis confirmatæ.

§. XLVI. Eum in finem autem tales diuisiones & assignationes *proprii* alicuius *territorii* factis fuisse, vt quilibet clericus se inter fines sibi præscriptos contineret, nec in alterius parochia quid tentaret, omnino euidens est. Inde in *conc. Nic. c. 15.* consuetudo illa tollitur, qua inductum videtur fuisse, vt de ciuitate in ciuitatem episcopi, presbyteri diaconique transirent, & simul iniungitur, vt ecclesiæ suæ restituerentur, ἐν ᾗ ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἐχειροτονήθη, cui episcopus vel presbyter ordinatus fuerit. Iam obtinuisse videtur persuasio illa, quæ tam altas radices in iure canonico habet, quod per *ordinationem* ordinatus suæ ecclesiæ desponsaretur, & ita alligaretur ad illam, vt absque summo scelere non possit extra illam actus quosdam ministeriales edere. Vlterius id explicatur in *can. seq. XVI.* hac subiuncta clausula, ne in aliena ecclesia vllo modo recipiantur, sed omnino cogantur ἀναστρέφειν εἰς τὰς ἑαυτῶν παροικίας *in suas ipsorum parochias*, id quod iisdem pene verbis continetur in epitome huius canonis, & in exegesi subiuncta ARISTENIS. Vid. BEVEREGIVS *in pandect. canon. tom. 1. p. 77.* Nemo ergo forsan amplius dubitabit, clericos suis propriis parochiis strictissime alligatos fuisse, & cum primitus omne *ius parochiale* propter ipsos *parochos* potissimum introductum videatur, quilibet quoque iudicabit, parochia- In quem finem decisiones tales factæ.

An per ordinationem clericus desponsetur ecclesiæ?

rochianos iam tum alligatos fuisse suis ecclesiis & parochiis, propter mutuum respectum, qui inter *parochos* & *parochianos* intercedit. Ceterum ne parochianis forsan occasio daretur, recedendi a propriis parochis, quod aliis in ecclesiis sibi suæque saluti rectius consuli posse forsan putarent, quam maxime operam dederunt, vt omnia similiter in omni parochia seruarentur, nec vna parochia peculiare quid præ altera haberet, ceu ex *can. 20. conc. Nic.* apparet, vbi legimus constitutum esse, vt in quauis parochia, die Dominica & ipsis diebus Pentecostes non genu flectentes, sed stantes preces suas ad Deum funderent.

Ante Constantinum de parochiis nihil reperitur.

§. XLVII. Hæc sufficere possunt ad demonstrandum, tempore CONSTANTINI, quo hierarchia ecclesiam corrupit, *iura parochialia*, *iure cogendi* & *prohibendi* munita, quoque inualuisse. Ne vero quis putet, iam ante CONSTANTINVM parochiarum diuisiones fuisse factas, vlterius ostendendum erit, nil tale reperiri in ecclesia puriori, quod *parochiali iuri* conueniat. Equidem in *apocalypsi* septem ecclesias reperimus, & simul septem hisce ecclesiis præpositos. Sed absurde & inepte sine dubio argumentaretur, qui inde *parochias* tales, de quibus hic sermo est, eruere vellet. Neque enim aliud ibi indigitatur, quam septem particulares ecclesias fuisse; χειτήρια vero ipsius *parochiæ* ibi nulla apparent, nullum iuris parochialis vestigium, quod nec per rationem temporis licuit, vnde vlterius huic dubio non inhæremus.

An septem ecclesiæ in apocalypsi fuerint septem parochiæ.

Præpositio ecclesiæ nullam inuoluebat parochialitatem.

§. XLVIII. Illud quoque facile concedo, crescente cottidie ecclesia, certo loco alicui præpositos fuisse episcopos, quæ præpositio tamen minime ita comparata fuit, vt *iuris parochialis* vllam haberet rationem, si modo secundum proprietates, supra *c. l.* taxatas, illam velimus examinare. Nulla terminorum & finium discretio, nulla *coactio* & iuris *bannarii* executio, & cum ipsa deficerent templa, non potuit ecclesia diuidi secundum ordinem ciuitatis. Quæ conferebantur ad sustentationem ministri ecclesiæ, sponte conferebantur, nec ex quadam obligatione, aut intuitu iuris parochialis. Neque presbyteri præcise certo alligati loco erant. Optime hac de re disserit ARNOLD. in der wahren Abbildung der ersten Christen, *l. 2. c. 11. §. 3.* So hielte mans in der ersten Kirchen, und zwar ohne Einschränckung in gewisse Gräntzen und Abtheilung sonderbarer Bezircke, darinn solche vom Geist GOttes getriebene Leute hätten bleiben sollen. Die Begierde den Namen GOttes

zu

zu verkündigen, und allen Menschen geholfen zu wissen, war viel zu groß, als daß sie sich einspannen und umschräncken lies. Und nachdem die Gemeinen nun zugerichtet, und gewissen Vorstehern übergeben waren, hielten doch gewissenhafte Leute für nützlich, wenn andere Freunde, auch wol die, so noch keine ordentliche Lehrer waren, das Volck öffentlich unterrichteten, quod ipsum fusius per varia exempla ibi deducit. Quo propius tamen accessit ecclesiæ status ad tempora CONSTANTINI M., eo magis cœpit etiam subordinationes & politicas admittere rationes, h. e. ius *cogendi* & *prohibendi*.

§. XLIX. Equidem in canonibus sanctorum apostolorum, qui per CLEMENTEM episcopum in vnum congesti dicuntur, plura de parochis & parochiis occurrere manifestum est. Sic in *c.* 13. dicitur: *Episcopo, qui parœciam suam dereliquerit, alteri insilire nefas esto, licet a pluribus ad hoc compellatur*, & *can.* 14. ita: *Si quis presbyter aut diaconus aut quicunque tantum de clericorum consortio relicta parœcia sua in aliam concesserit, & omnino, transmigratione facta, contra voluntatem sui episcopi in alia parochia moram traxerit, hunc iubemus, ne porro in ministerio publico sit ecclesiæ &c.* Imo in epitome huius canonis apud GVILIELM. BEVEREGIVM *in pand. can. t. 1. p. 10.* pœna excommunicationis clerico, non redeunti ad propriam parochiam, dictatur. Sed autoritas horum canonum non tanta est, ceu *sect. 1. c. 3.* ostendi, vt inde colligere tuto queamus, iam tempore apostolorum *parochiarum diuisiones* factas fuisse. Neque enim hactenus doceri potuit, canones hosce pertingere ad ætatem CLEMENTIS, & quamuis eos antiquos omnino credam, tamen cum incertum sit, ipsis eruditissimis fatentibus, quo tempore sint conscripti, nihil inde certi concludi potest. Accedit, quod ZIEGLER. *de origine iur. canon. §. 20.* aperte doceat, collectionem horum canonum esse veluti farraginem plurium canonum, diuersis temporibus editorum, adeoque ab initio hos canones paucos, temporis successu vero auctos fuisse, vt diiudicari non possit, quo tempore duo illi canones adiecti fuerint.

Iudicium de parochiis, quarum fit mentio in canon. apostol.

De autoritate horum canonum.

§. L. Deinde quoque sedulo cauendum, ne decipiamur ambiguo vocis παροικίας sono. Non nego, apud scriptores *primitiuæ ecclesiæ* sæpe occurrere vocem τῆς παροίκιας, quin ecclesiam aliquando dici παροικίαν: ast nullum inde argumentum ad *parochias nostras*, bonario iure instructas, duci potest. *Ecclesiæ*, h. e. cœtus fidelium certo loco vtique commorabantur, & hoc intuitu hi, qui in vno eodemque loco

Vox παροικίας quid denotet apud veteres scriptores.

loco habitabant, dicebantur parœci, vt ostendit inscriptio epistolæ CLEMENTIS *ad Corinthios*, quæ latine ita commode reddi potest: *Dei ecclesiæ, quæ Romæ diuersatur, ecclesiæ Dei, quæ Corinthi habitat.* Eadem locutio occurrit in *epistola ecclesiæ Smyrnensis* apud EVSEBIVM *lib. IV. c. 10.* ἡ ἐκκλησία τῦ Θεῦ ἡ παροικῦσα σμύρναν, τῇ παροικέσῃ ἐν Φιλομηλίῳ καὶ πάσαις ταῖς κατὰ πάντα τόπον τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας παροικίαις. Est ergo ecclesia πάροικῦσα ipse *cœtus fidelium*, qui in vna ciuitate habitat & commoratur, tanquam *incola* quidam. Sic etiam in sacris literis fit mentio τῦ τῆς παροικίας χρόνυ, *1 Petr. 1, 17. temporis incolatus*, & πάροικοι, *Ephes. II, 19.* opponuntur συμπολίταις, vt indigitetur, Christianos in hoc mundo non esse ciues, sed *peregrinos* & *hospites*, veramque patriam alibi esse quærendam, scilicet in cœlis vbi verorum christianorum esset πολίτευμα, quo significatu quoque τό παροικεῖς, *peregrinus es*, occurrit *Luc. 24, 18.* Ast corrupto ecclesiæ statu sub imperio CONSTANTINI M. accedente, mansit quidem vox ipsa, sed significatio falsissima tunc & hypocritica facta, quasi adhuc *paræcia* diceretur tanquam *peregrina* & *inquilina* in his terris ecclesia, vti HENRICVS VALESIVS *in not. ad Euseb. l. 1. c. 1.* arbitratur. Quomodo enim hæc ad templa applicari possunt, quæ nihil minus quam *peregrina* sunt, vna cum suis circum habitantibus cultoribus, τὰ ἐπίγεια amantibus? Quomodo talis significatio conuenit cum statu politico, in ecclesiam CONSTANTINI M. tempore introducto? An talis status adhuc sano sensu dici poterat παροικία, cum nihil nisi *proprietatem*, *possessionem* & omnia, quæ sunt de hoc mundo, ambiret? Eiusmodi prætextibus clerus suum regnum firmauit, vt videatur talis, qualis non est. Meliori forsan iure in primitiua ecclesia cœtus christianorum vocari poterant παροικίαι, quia in illis omnia attributa, quæ post parœciis adscripta sunt, cessabant, & sic hi cœtus comparati ad hodiernas porochias significatum *parochiarum* non admittebant. Singularem sine dubio proderet ruditatem, qui ex his vocibus concludere vellet, tempore primitiuæ ecclesiæ iam fuisse tales parochias, quales hodie habemus, h. e. distinctis terminis ecclesias inter se diuisas, cœtum certis finibus inclusum, certo episcopo, certoque templo fuisse addictum &c. hæc enim omnia attributa postea cum *hierarchia* superuenerunt.

Quid sit parœcus sensu scripturæ S.

Significatio genuina post depraua-ta.

An ex Tit. 1, 5. possint probari parochiæ?

§. LI. Cum vero pseudo-christiani ordinarie antiquitatem apostolicam mentiri soleant, non mirandum, quod etiam hic prodant mysterium iniquitatis. Certe pontificii *parochiarum diuisiones* ex ipsa

ipſa ſcriptura deducere non erubeſcunt, prouocantes eo nomine ad *Tit. I, 5. Huius rei gratia reliqui te in Creta, vt ea, quæ deſunt, corrigeres, & conſtitueres per ciuitates presbyteros, ſicut & ego tibi diſpoſui.* Addunt ſcientiam THEOPHYLACTI in *commentar. l. cit.* ita dicentis: *Paulus noluit vniuerſam inſulam* (Cretam) ἐπιτετράφθαι ἑνὶ, *vni committi*, ἀλλ' ἑκάστην πόλιν ἴδιον ποιμένα ἔχειν, *ſed vt quælibet ciuitas proprium paſtorem haberet.* Inde vero concludit TVRRIANVS in *defenſione conſtitutionum apoſtolicarum l. 1. c. 9.* neceſſarium etiam iudicaſſe apoſtolos, vt diuiderentur parochiæ certis finibus. Verum illa concluſio haud ſtringit. Conſtitutio presbyterorum per ciuitates nec *parochias*, nec *diuiſionem parochiarum* inducit, ſed indicat tantum curam apoſtoli, ne illa ciuitas eſſet, quæ presbyterio careret. Alii, vt PETRVS DE MARCA, inde concludunt, epiſcopos in vnaquaque *ciuitate*, non *agris*, eſſe conſtitutos, quod tamen ſolide reiicit ZIEGLER. *de epiſc. c. 4. §. 18.* vbi in fine addit: *Nec probari poteſt, Titum certæ alicuius ſedis fuiſſe epiſcopum perpetuum & ordinarium, certo loco quaſi affixum, & certæ diœceſi adſtrictum habentem ſub ſe epiſcopos, presbyteros, diaconos, præſertim, cum frequentibus itineribus & peregrinationibus fuerit occupatus.* Pluribus hoc exemplis illuſtrat ARNOLD in der Abbildung der erſten Chriſten *l. 2. c. 11. §. 4.* vbi etiam adducit PAVLINVM *epiſt. 6.* ita loquentem: Ich habe mich mit der Bedingung endlich in der Gemeine zu Barcellona beſtellen laſſen, daß ich mich an dieſe Gemeine nicht binden lieſſe. Ich bin nur zu einem Diener GOttes, nicht aber an dem Ort dieſer Gemeine eben angewieſen worden. Fabulam quoque inanem ſapit THEODVLFI Aurel. epiſcopi in *epiſt. ad ſuos parochos* aſſertum, epiſcopos ſcilicet eſſe ſucceſſores apoſtolorum, & parochos 70. diſcipulorum, vel vt BARBOSA *de offic. paroch. p. 1. c. 1. n. 18.* refert, ab ipſis apoſtolis factam eſſe parochiarum diuiſionem. Nec enim ſtatus primitiuæ eccleſiæ admittit, a quo longe remota erant duo famoſiſſima illa vitia, *AVARITIA & AMBITIO*, vt tales diuiſiones fierent.

Refutatur opinio, quod Titus in Creta parochias fecerit.

§. LII. Alii, vt ANASTASIVS *in Euariſto ſub Traiano*, PANVINIVS *in append. ad Platin.* PLATINA *in vita Euariſti*, parochiarum diuiſionem adſcribunt EVARISTO pontifici, circa annum Chriſti 105. ſub Vlpio Traiano imperatore viuenti. Etenim ex PLATINA refert VALENS. *ad tit. de Paroch. 16.* illum diſtribuiſſe ſacerdotes per ſingulas curias, qui præberent ſacramenta & alia ſacra populo, & viciſſim ab illo neceſſaria ad victum acciperent, indeque partes illas vrbis, ſic diſtribu-

An Euariſto poſſit adſcribi parochiarum diuiſio?

tas, dictas fuisse *parochias* & subditos *parochos*. Huc etiam collineare videtur BARONIVS *ad ann. Christi 270. n. 17.* contendens, non demum a Dionysio, sed aliis antecessoribus Romanis Pontificibus suis limitibus distinctas parochias fuisse. Idem quoque euincere conatur IO. FILESACCVS *de orig. paroec. c. 9.* asserens, sub dicto pontifice Christianam religionem tantum cœpisse incrementum, vt iste ne quid inordinate & cum rerum sacrarum aliqua perturbatione a Presbyteris, quibus sacrorum cura commissa erat, in ea multitudine fieret, *titulos*, i. e. parœcias in V. R. ipsis presbyteris diuiserit, quo a se inuicem seiuncti suo quisque *titulo* seu *parœcia* vicinos fideles erudirent; postmodum vero Pontifices HYGINVM & DIONYSIVM, nec non MARCELLVM constitutionem & distributionem hanc parochiarum, ab antecessoribus suis factam, tam confirmasse, quam auxisse.

Fabulæ de Anacleti diuisione

§. LIII. Alii ANACLETVM Pontificem quoque hic in suas trahunt partes, prouocantes ad *c. episc. 3. D. 80.* vbi ita: *Presbyteri per castella & modicas ciuitates atque villas debent ab episcopis ordinari & poni. Singuli tamen per singulos titulos suos*, i. e. parœcias. Cui textui adiungi potest *c. Prouinciæ 1. D. 99.* qui eiusdem ANACLETI esse fertur. Conf. DVARRENVS *c. l.*

reiiciuntur.

§. LIV. Verum explosit has fabulas iam dudum luculentissime HOSPIN. *de orig. templ. l. 1. c. 8. p. 51.* ostenditque, conditionem temporum tales fabulas prorsus prosternere. Nam sub TRAIANO miserrimam passi sunt Christiani persecutionem, & immani crudelitate in Christiano est sæuitum. Hinc recte concludit, se nullo modo adduci posse, vt credat, licuisse EVARISTO & HYGINO per vrbem Romam, veluti suam, titulos, parœcias & diaconias, h. e. templa, sacras ædes, ecclesias & hospitales domos exstruere, presbyteris assignare, & alia munia distribuere. *Longe vero similius*, pergit, *videtur, Romæ doctores aliosque fideles potius doctrinæ & orationi incubuisse in eo, quod datum fuerit, tuguriolo, ac paratos, pro Christo ceruicem præbere, quam vt iurisdictionem aliquam seu dominium sibi vindicare, vel in animum induxerint. Absque dubio enim Romani imperatores Christianæ religioni minus Romæ, quæ ipsorum sedes fuit, quam alibi vspiam locum aliquem dare voluerunt, tantum abest, vt paterentur, Christianos eam inter sese TANQVAM SVAM, PARTIRI AC DISTRIBVERE*, vnde & epistolam ANACLETI, superius relatam, cum STRVVIO *de iure paroch. c. 2. §. 2.* spuriam esse existimo, quod etiam luculentissime demonstrauit DAVID BLONDELLVS in *Pseudo-Isidor.* vt & ZIEGLER. *de episc. l. 1. c. 2. §. 2. seq.*

§. LV.

§. LV. Tandem quidam diuisiones parochiarum DIONYSIO papæ adscribunt, nixi autoritate *c. 1. C. 13. qu. 2.* vbi habetur dicti papæ epistola ad Seuerinum episcopum Cordubensem, ad quam etiam prouocatur in *c. pastoralis 9. X. de his quæ fiunt ad Præl.* Audiamus verba ipsius epistolæ, quam integram recitat DVARRENVS *de benef. l. 1. c. 7.* *De ecclesiis*, inquit, *parochianis, vnde apostolicam sedem consulere voluisti, qualiter sint custodiendæ per Cordubensem prouinciam, ac diuidendæ sacerdotibus, nihil tuæ charitati melius nobis videtur intimare, quam vt sequaris, quod nos in Romana ecclesia nuper egisse cognoscitur, ecclesias vero singulas singulis presbyteris dedimus. Parochias & cœmeteria eis diuisimus, & vnicuique ius proprium habere statuimus, ita videlicet, vt nullus alterius parochiæ terminos, aut ius inuadat: sed sit vnusquisque suis terminis contentus, & taliter ecclesiam & plebem sibi commissam custodiat, vt ante tribunal æterni iudicis ab omnibus sibi commissis rationem reddat, & non iudicium, sed gloriam pro suis actibus accipiat. Hanc quoque normam, charissime, te & omnes episcopos sequi conuenit, & quod tibi scribitur, omnibus quibuscunque potueris, notum facias, vt non specialis, sed generalis fiat ista præceptio.* Eandem fabulam PANVINIVS plenius refert, relatus ab HOSPINIANO *de orig. templ. cit. l. p. 50.* & ANASTASIVS *in Dionys. ad princip. tert. secul.* Verum verba citatæ epistolæ satis produnt, autorem eius non esse DIONYSIVM, sed alium, qui eo tempore floruit, quo ecclesiæ non amplius erant παροικίαι, sed *proprietatem* & *honorem* iam occupauerant. Neque enim eo tempore cessauerant, persecutiones, neque templa exstructa erant. Quomodo ergo diuisiones ecclesiarum concipi possunt tales, quales hic supponuntur? Hinc HOSPIN. *cit. l.* autores tanquam suspectos reiicit, & pernegat, parœcias fuisse institutas in sæuissimis tyrannorum persecutionibus. Accedit, quod hæc epistola a pontifice alio, & quidem tali emanasse videatur, cuius tempore hierarchia iam erat constituta, vnde de huius asserti fide nobiscum dubitat LINKIVS *de iure episc. c. 6. n. 33.*

Fabulæ de diuisione Dionysii.

Refutatur diuisio Dionysii.

§. XVI. Ceterum ne absque omni autoritate hæc asseruisse videar, non inutile erit, meditatione de hac materia ICti, in iure ecclesiastico celeberrimi, LINKII hic annectere, qui in *tr. de iur. episc. c. 6. n. 21. seqq.* de *diœcesium diuisione* disquirit, quæ tamen eodem modo ad *parochiarum* diuisionem adduci recte possunt. Ita vero ille: *In tanta opinionum varietate largimur equidem, ecclesiam esse & fuisse semper in republ. neque denominari & circumscribi aliter posse, nisi ex loco, cui quasi*

Iudicium Linkii de hac diuisione adducitur.

affixa est, vt puta ecclesia Hierosolymitana, Antiochena &c. Neque enim visibilis ecclesia, de qua hic agimus, aliter esse potest, nisi intra fines cuiuscunque prouinciæ, ciuitatis, pagi ac vici, quo respecta certissimum est, quod hæc ipsa distinctio iam ab apostolorum temporibus obtinuerit. Nam hæ denominationes ecclesiæ inhæserunt, quam primum fundamenta christianæ fidei in illis posita fuerunt, etsi de regimine aliquo eminentiori nulla adhuc cogitatio suscipi potuerit. Petrum tamen prouincias ita instituisse, hac de re nullum vnquam in sacris extat vestigium. Neque adeo Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Bithyniæ & Asiæ nomina recenset Petrus, quod ipse prouincias ita diuiserit; sed quod in prouinciis illis essent ecclesiæ a se institutæ, quæ nec aliis nominibus compellari potuerunt. Præterea dissentientibus concedimus, ab apostolis, christianæ fidei propagatoribus, vtique constituendos fuisse, qui curam haberent animarum, & ecclesias iam fundatas in vera fide conseruarent, vel in nouas quasi colonias producerent; & sic regnum Christi dilatarent, hocque vt Titus expediret, quem hunc in finem in Creta reliquit, voluit Paulus. Neutiquam tamen illi, quos Titus constituit, tales fuerunt presbyteri, quales sunt nostri episcopi, habentes certos districtus, nec ipse Titus in simili schemate Metropolitanus, aut certæ alicuius sedis episcopus perpetuus & ordinarius, certoque loco quasi affixus extitit, habens sub se suffraganeos presbyteros & diaconos, quin potius a Tito constituti siue episcopi, siue presbyteri, pares cum eodem fuerunt, nec vllam potestatem superiorem aut prærogatiuam Titus habuit, nisi quod ab apostolo ordinatus esset. Atque hæc denominatio ecclesiarum a prouinciis, intra quarum fines constitutæ fuerunt, permansit, vsque dum ecclesia hac in parte æmula regiminis secularis & ciuilis facta est. Postquam enim temporibus imperatorum in certos tractus ita diuisum fuit, vt vnusquisque tractus plures contineret diœceses, ac diœcesis certas prouincias, quarum quædam iterum suas habebant metropoles, quas vel frequentia populi, vel præfectorum potestas, vel iudiciorum ordo commendabat; instar imperii ecclesia quoque in diœceses & prouincias separari tantaque cum autoritate & προεδρία episcoporum, in istis ciuitatibus celebrioribus residentium, nasci cæpit &c.

SECTIO

SECTIO III.

DE

PAROCHIS, PAROCHIANIS, VT ET PAROCHIIS.

CAP. I.

De Parochis eorumque constitutione.

§. I.

Propius ad ipsa *iura parochialia* accessurus, necessarium esse duco, quædam de *statu parochorum* præmittere. Personæ enim qualitas & conditio ante omnia inuestiganda est, vt accurate iura, personæ attributa, explicari queant. Ad tria autem maxime capita totam causam reducam: (1) exhibebo modos vocandi & eligendi parochos: (2) ordinationem, vt & introductionem, seu inuestituram eorundem percurram: (3) denique qualitates & propria parochorum requisita enucleabo. Methodus dicendorum.

§. II. PAROCHI, die Pfarrer, *sunt personæ ecclesiasticæ per legitimam vocationem seu electionem ecclesiæ parochiali populoque, in parochia illa degenti, præpositæ, ad docendum verbum Dei, intra limites sibi præscriptos, ius habentes exigendi a parochianis omnia illa, quæ vi iuris parochialis ipsis debentur.* Definitionem hanc fusius explicare supersedeo, Parochi quid?

cum si conferantur illa, que de *origine parochiarum* dicta sunt, & adhuc in sequentibus dicentur, apparebit, illam ad praxin valde esse accommodatam.

Quid intelligi debeat per personas ecclesiasticas?

§. III. Illud vnicum saltim moneo, me *parochos* ideo nominasse *personas ecclesiasticas*, vt stylo consueto me accommodarem. Quamuis enim non ignotum mihi sit, *personas ecclesiasticas* plerumque opponi *secularibus*, & ita quoque germanice inter se distingui Geist und Weltliche, indequc fere ortum sit, vt pietas & omnia eius exercitia ad solos clericos sit reiecta, mundo secularibus personis relicto; hoc tamen in sensu minime hanc vocem hic intelligendam esse volo. Etenim hoc sensu distinctio ipsa est friuola & spernenda, cum potius omnes ea ratione debeamus esse *ecclesiastici*, Geistliche. *Seculares* & *mundani* de hoc mundo sunt, & ita regnum Dei non videbunt. Dicamus ergo, parochos dici κατ' ἐξοχὴν *ecclesiasticos*, quia certæ alicui ecclesiæ seu templo inseruiunt, eique tanquam glebæ adscripti sunt, ibi iura sua exercent, & regimine suo (loquar ex praxi communi) omnia in illa parochia complectuntur; generali enim in sensu etiam *parochiani* dici possunt *ecclesiastici*, quatenus sunt membra ecclesiæ, quamuis communi loquendi sensu ita non dicantur. Ratio eius fine dubio est, quia ab antiquissimis iam temporibus *ecclesia* in solis clericis posita est, indeque inualuit, vt ipsi soli *ecclesiastici* dicerentur, qua metamorphosi nec in nostris abstinemus ecclesiis.

Legitima vocatio quid?

§. IV. Feci præterea mentionem in definitione parochorum *legitimæ vocationis*, oppositæ ei, quæ *illegitimis modis* extorqueri solet. Plerique ad *legitimam vocationem* requirunt, *vt sit diuina.* Hactenus bene. Sed vnde iudicari possit, an sit *diuina*, nec ne, in hypothesi? non caret difficultate. Plerumque externa illa vocatio simul diuina esse censetur, ita vt si modo parochi literas suæ vocationis in publicum ostendere possint, le sufficiens testimonium habere putent de diuina vocatione. Sæpius vero quæstio cum Christo instituit posset: τίνος ἡ εἰκὼν, καὶ ἡ ἐπιγραφὴ; Apud plurimos prætextus inseruiendi Deo pro vera causa ventilatur, cum, si larua vocato detrahatur, vel cupiditas lucrandi vel ambitio vocatum traxerit, vt mediante patronorum, quos hactenus sibi acquisiuit, auxilio & gratia magis obtrusus sit populo, quam legitime vocatus, Et certe rarissime in praxi obseruari videmus monitum imperatorum in *l. si quenquam 31. C. de episcop. & cler.* vbi ita. *Tantum ab ambitu debet esse sepositus, vt quæratur cogendus, rogatus recedat, inuitatus effu-*

Vnde sit diuina?

Parochus se non debet ingerere.

effugiat; indignus enim est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus inuitus. Pluribus consuli potest ZIEGLER. *in tr. pecul. de clerico renitente.*

§. V. Vnde non satis mirari possum praxin parochorum modernorum, qui ab vna ecclesia ad aliam vocati, certitudinem de vocatione *diuina* ab aliis vnice petere solent, non a se ipsis. Plerumque enim consulunt Theologicam quandam facultatem, & si hæc respondeat, posse vocatum salua conscientia aliorsum migrare, & vocationem illam *diuinam* esse, se satis suæ consuluisse conscientiæ arbitrantur, cum tamen alii inidonei sint, de mea respondere conscientia, & cuilibet testimonium conscientiæ suæ indicare debeat, vtrum in corde suo conuictus sit, se legitime esse vocatum? Nec deerit & fidelibus ministris ecclesiæ testimonium Spiritus S. si vocatio ab illo peruenit; quod tamen illis deest, qui eo in statu sint constituti, vt tractum Spiritus S. sentire non possint διά τὴν πώρωσιν τῆς καρδίας αὐτῶν. *Ephes. IV, 18.* Nisi ergo quis ipse conuictus sit de *vocatione diuina*, vel mille aliorum testimonia non sufficient ad tranquillandam conscientiam. Breuibus: *Externam vocationem confirmare debet interna, & ita illi subordinari* CARPZOV. *iurispr. consist. lib. I. tit. 5. def. 62. n. 4.* Exinde iudicabitur, an sit diuina vocatio nec ne? Quilibet de vocatione iudicare debet, an sit diuina, non aliorum sequi iudicium.

§. VI. Illud certe obseruari meretur, rarissime vocationem pro *diuina* reputari, quando parochus ad talem ecclesiam vocatur, vbi non tantos reditus percipere potest, maioribus tamen laboribus se onerari videt. Cur? Neque enim tunc tam DEVS ipsum vocauit ad ecclesiam priorem, quam potius cupiditas lucri & commoda viuendi ratio. Contra vbi minuuntur labores, augentur reditus, ibi sine dubio secundum captum eiusmodi carnalium parochorum vocatio pro *diuina* reputanda. Non contra amorem hic iudico, sed ex praxi communi, & potius ex singulari miseratione, cum voto, vt quilibet, ita carnaliter vocatus, næuum hunc agnoscat. Cur non reputetur vocatio diuina, vbi reditus in translatione minuuntur.

§. VII. Denique quoque *legitima* illa vocatio intelligitur, quæ ab iis facta, quibus ius vocandi competit. Quod si rem ex suis consideramus fundamentis, non dubium est, ius eligendi parochum penes totam ecclesiam parochialem esse, cum naturaliter cœtui cuilibet permittantur ea, quæ ad sui conseruationem finemque sunt necessaria. Iam autem quatenus parochia adhuc retinet faciem alicuius ecclesiæ, cœtum certum & societatem designat, & consequenter, *quatenus nihil aliud constitutum*, ius vocandi parochum toti ecclesiæ adscribendum est. Ob- Ius eligendi ecclesiæ competit.

ser-

seruarunt hoc ipsum adhuc leges Suecorum, cum in *l. 1. c. 5.* ex editione IO. MESSENII ita disponatur: *Ecclesia ergo consecrata, parochiani praesentabunt presbyterum, quem volunt, si concordes fuerint. Cuius scientiam legitimam ordinationem considerabit episcopus, & illi ecclesiam conferet, si ita visum fuerit. Quod si parochiani in praesentando non fuerint concordes, adibunt ipsi episcopum, petendo, vt ecclesiæ de parocho prouideatur, tenetur tunc illi episcopus ecclesiam conferre, cui ipse fauet, & qui in illa ecclesia dignoscitur ius patronatus habere.* Et quod ita olim vocatio a multitudine & vniuerso cœtu Christianorum facta fuerit, apparet ex *Act. 1, 15. Act. 6, 5.* vt & *Act. 14, 24.* vbi vocem χειροτονίας per *consensum populi & suffragium* exponunt. VOETIVS *polit. eccles. p. 2. l. 2. tr. 2. c. 3. p. 601.* Nec primitiuæ ecclesiæ scriptores aliud euincunt. Vid. inter alios CYPRIAN. *Epist. 68.* BRVNNEMAN. *de iur. eccles. l. 1. c. 5. §. 4.* GISB. VOET. *cit. l. c. 5. p. 617.* ZIEGLER. *de episc. lib. 2. c. 1. §. 5. seqq. & §. 11.* BLONDELLVS *de episc. & presbyter. p. 379. sqq.* conf. *c. 16. D. 61. c. 1. D. 62, c. 1. D. 62. c. 10. 11. 13. 19. 20. 26. 27. 34. D. 63.*

Ius vocandi alii conferri potest.

§. VIII. Dixi praeterea, hæc tunc obtinere, *quatenus nihil aliud constitutum.* Nam ius vocandi parochum *facultatem* tantum, ecclesiæ competentem, denotat, quæ tamen sine dubio mutari, & vel vni vel pluribus a tota ecclesia, seu iis, quibus antea ius vocandi competit, conferri potest, id quod etiam in aliis societatibus & cœtibus vsu venire solet.

Ius patronatus quid.

§. IX. Inde legitimari potest ius illud decantatum PATRONATVS, das Pfarr-Lehn, quod est *facultas eligendi, praesentandi & vocandi parochum, competens certæ personæ ex fundatione vel dotatione ecclesiæ ad hoc, vt praesentatus constituatur ad munus ecclesiæ.* STEPHAN. *de iure patron. P. 1. c. 3. n. 3.* FINCKELTHAVS. *de iur. patron. c. 2. n. 1.* BRVNNEMAN. *l. 2. c. 8. §. 1.* ERANC. DV ROYE *de iur. patron.*

Ius patronatus regium & vulgare.

§. X. Facile autem apparet, nobis non esse hic sermonem de iure patronatus *regio*, quod tantum ius protectionis, domino territorii competens, infert, sed de *vulgari & priuato*, cuius essentiam vulgo statuunt in electione & *praesentatione*, cuiusque natales euolui in diss. *de vera iuris patronatus repraesentatione.*

Nominatio fit vel a patrono.

§. XI. Quæ vt rectius intelligantur, sciendum est, tria vulgo hic distingui in iure patronatus. Primum est *nominatio*, quæ vel fit a patrono ipso, & respicit personam a patrono electam, quam ille ecclesiæ in suggestu ad videndum & audiendum sistit: FINCKELTH.

CKELTH. *c. l. n. 13.* vel ab aliis, quam patrono, & ita nihil aliud denotat, quam *ius commendandi patrono perſonam, in parochum eligendam*, cuius rei illuſtre exemplum occurrit in *inſtr. pac. art. 7. in f. §. 1.* vbi prouiſum, quod patronus, religionem mutans, non poſſit eccleſiæ alterius confeſſionis obtrudere parochum, ſed potius hoc mutationis caſu ipſis communitatibus, *nominare* patrono eccleſiarum miniſtros, integrum eſſe debeat; ex quo apparet, *ius nominandi* ſeu commendandi candidatos quandoque ius patronatus admodum reſtringere. Vel aliis.

§. XII. Deinde ſuccedit *vocatio* die Berufung, quando patronus eccleſiæ nominato, atque a parochianis approbato, literas vocationis transmittit, vt futurus ſit illius loci parochus. FINCKELTH. *cit. l. n. 14.* CARPZ. *iurispr. conſiſt. lib. 3. def. 22. n. 4.* Hæ literæ ſunt hodie, proh dolor! aſylum illud vnicum, ad quod confugere ſolent, vbi de *legitimitate vocationis* quæſtio inſtituitur. Verum nec hoc ius ſemper cohæret iuri patronatus, ſed parœcianis aut ſenatui aliquando competere poteſt. Vnde a iure *vocandi* ad ius *patronatus* non indiſtincte valet conſequentia. SCHILT. *cit. l. §. 11.* Vocatio.

§. XIII. Denique ſupereſt *præſentatio*, quæ primarium patroni & eſſentiale negotium eſt, quando patronus nominatum & vocatum cum literis præſentationis & vocationis ad conſiſtorium ablegat, vt, an dignus officio tali ſit? exploretur, & poſt inſtituatur. Cum itaque ſtricte loquendo nonnunquam differant *nominatio*, *vocatio* & *præſentatio*, adeo vt hi diſtincti actus (quamuis contra *regulam*) poſſint eſſe diſperſi inter diuerſas perſonas & collegia: imprimis hic reſpiciendum ad conſuetudinem & obſeruantiam inueteratam, quem in finem tam ſæpe in *ordin. eccleſiaſticis* ad hoc principium decidendi prouocatur. vid. *ord. eccleſ. Magd. Auguſti c. 14. §. 1. 2. §. 17.* ibi: Wo nicht ein anders beſtändig hergebracht. §. 19. ibi: Wie es überall bräuchlich und herkommen. §. 20. ibi: Wie es iedes Orts hergebracht. §. 22. ibi: Worin gleichwol überall auf den unverrückten Gebrauch zu ſehen. Sic etiam prouocatur ad obſeruantiam in hiſce iuribus in inſtr. pac. *art. V. §. 31 & 33.* Vt vero rem declaremus exemplo illuſtri, producamus obſeruantiam eccleſiarum Hallenſium, prout illam ex actis addiſcere potui. Videlicet ſenatus ius patronatus ibi prætendit, & vulgatum aſſertum eſt, daß die drey Pfarr-Kirchen zu Halle bey dem Rath zu Lehen gehen, der *vocir*et die Pfarrer mit Zuthuung der Kirch-Väter und 8. Männer nach vorgehabter *conſultation* mit dem Superintendenten und andern beyden Pfarrern, ſunt verba *viſitat.* Præſentatio eſſentiale pacti negotium.

sit. ann. 1563. Quia ita administratores bonorum ecclesiasticorum vna cum Octo-viris, qui ecclesiam repræsentant, concurrunt ad negotium electionis, his quidem ex obseruantia antiqua competit ius *electionis* & *nominationis* ad concionem δοκιμαστικὴν (conf. *ordin. Magd. eccl. c. 4. §. 3. c. 5. §. 2.*) senatui vero ius *præsentandi* ad examen, ordinationem, confirmationem & inuestituram, non tamen *solitarie*, & exclusis ærarii ecclesiastici Præfectis & Octo viris: his enim ius *compræsentandi* ex antiqua obseruantia competit. vid. *ordin. Magd. eccl. c. 4. §. 3. & c. 5. §. 5.* Hoc quidem a senatu hactenus eis in dubium vocatum fuit, interim ecclesia Mariana in possessorio summario confirmata fuit per sequentem sententiam: Jn Sachen des Stadt-Magistrats zu Halle an einem, derer Kirch-Väter und Acht-Männer der Kirchen zur Lieben Frauen daselbst, am andern Theil, erkennen wir Friedrich von GOttes Gnaden, König ꝛc. ꝛc. auf eingeholten Rath der Rechts-Gelehrten vor Recht, aus denen Acten so viel zu befinden, daß ermeldte Kirch-Väter und Acht-Männer bey dem iure compræsentandi so lange zu schützen, bis Gegentheil im possessorio ordinario, oder petitorio ein anders, wie recht, ausgeführet, V. R. W. quæ sententia postea in leuterationis instantia confirmata est.

Origo iuris patronatus.

§. XIV. Quod igitur ius antea omnium erat, in ecclesiis patronatis ad certum postea indiuiduum restrictum est. Quo iure vero id factum fuerit, non rectius intelligemus, quam si *originem huius iuris* indagauerimus. Plerique illam adscribunt IVSTINIANO imperatori, qui in *Nou. 57. c. 2. Nou. 123. c. 18.* diserte constituit, vt hi, qui ecclesiam ædificarunt, vel de suo præbent clericis annonas, habeant ius statuendi clericos. STEPH. *de iur. patr. p. 1. c. 5. n. 8.* SCHILT. *inst. iur. can. tit. 1. §. 3.*

Male Iustiniano adscribitur.

In alia omnia iuit STRYK. *in not. ad Brunn. ius eccl. lib. 2. c. 8. §. 1.* censuitque, iam in concilio *Toletano I.* occurrere huius iuris vestigia, & ita multis ante IVSTINIANVM annis eius rationem fuisse habitam. *Vbi enim*, inquit prælaudatus Auctor, *ædificari cœperunt templa, & multi ex priuatis quoque ex sententia consilioque antistitis sui pio religiosoque affectu res suas Deo consecrarunt, æquum fuit visum, vt, amissa proprietate rei, aliquid tamen iuris prior dominus retineret, quod pietatis ipsius singularisque in ecclesiam voluntatis perpetuum monumentum esset. Et cum antea ipse rei dominus fuisset, post consecrationem & dedicationem vero dominus ipse amplius manere non posset, patroni appellatio magis quam domini ei competere visa fuit.* Ex eodem fonte quoque deducere videtur hoc ius ERANC. DVROYE *de iure patron. in prolegom. c. 3.* & sic fere ad tempora CONSTANTINI M. illud reducit, quia ibi certatim templa ædificabantur.

Quam

Quamuis vero admittere nolit, ideo ius patronatus ædificatoribus datum fuisse, vt fideles excitarentur ad ecclesias ædificandas, quod eo tempore tot ecclesiæ essent ædificatæ, vt etiam homines per leges publicas ab hoc pruritu reduci debuissent; ad hoc tamen regeri posset, causam iuris patronatus imprimis constitisse in vlteriori prouocatione liberalitatis hominum non præcise ad ædificandas, sed etiam ad ditandas & dotandas ecclesias. Vnde ingenue fatetur CARPZ. *iur. eccl. l. 1. t. 2. d. 13. n. 8.* ius patronatus ad opes ecclesiæ augendas apprime conducere. Præterea etiam distinguendum videtur inter ecclesias vrbanas & rurales. Illæ exstruebantur communiter *sumtu publico*, adeoque vix iuris patronatus proprie ibi exempla occurrunt: hæ vero vt plurimum *priuato* a ditioribus, suasu episcoporum, & ita inde ius præficiendi ecclesiæ ministrum sibi acquirebant. Liquet hoc ex CHRYSOSTOMI *homil. 18. in acta: Fora quidem*, ait, *& balnea faciunt multi, ecclesias non item, & omnia magis quam hoc. Ideo oro, & supplico, & gratiam peto, imo & legem pono, vt nullus, qui habeat villam, appareat carere ecclesia.* Vtilitatem quoque iuris patronatus illis ob oculos ponit in sequentibus: *Educa magistrum, educa diaconum & sacerdotalem ordinem, quasi vxore ducta, dotem adscribe. Quid non erit illic bonorum.* Ceterum quantum veritatis hisce sententiis discrepantibus insit, & vnde vera origo peti debeat, ostendi in diss. *de vera iuris patronatus repræsent.*

Causa introducti iuris patronatus fuit prouocatio vlterioris liberalitatis.

§. XV. Produxit videlicet structura templorum, maxime *priuata* nobilium & potentiorum, varia iura, quæ in *iure patronatus* occurrunt. Illud quidem haud nego, potuisse ab ecclesia vni committi electionem; sed an ita ab ecclesia *expresse* vnquam commissa sit, valde subdubito. Postquam enim clerus bene animaduertebat, ex tali iure reditus ecclesiasticos incrementa capere, templorum numerum augeri, inuitari ambitionem potentum & ditiorum, facile passus est, tolerauitque, vt potentiores ecclesiis suis, quarum patroni & domini erant, presbyteros præficerent. Talis præterea iam status rerum erat, vt laici minorum gentium contra attentata clericorum, regimen ecclesiasticum iam tenentium, ne hiscere quidem auderent, sed patiendo nolentes volentesque omnia approbare tenerentur, præsertim cum conciliorum confirmatio & imperatorum autoritas accederet. Vnde & STEPHAN. *de iure patron. P. 1. c. 5. n. 22.* fatetur, quoad primam originem hoc ius magis *tolerantia* & *conniuentia* riti, quam *debito iustitiæ*. Neque adeo refragabor, si quis cum LOPEZ *in practic. c. 54.* PETRO GREGOR. *in Syntagm. iur. lib. 17. c. 4. n. 20.* ANDR. DALNER. *de iur. patr. n. 14.* FRANC. DV ROYE *de iure*

An ab ecclesia vni ius vocandi vnquam commissum?

Analogum quid apud gentiles reperitur.

re patron prolegom. c. 2. p. 5. altius aſcendere, & ſimilitudinem quandam ab ipſis ethnicis petere velit, cum conſtet, eos conſtituiſſe & exſtruxiſſe ſuo arbitratu templa ipſisque ſacerdotes præpoſuiſſe. Poſtquam enim cum templis gentilium gentilismus inuaſit eccleſiam, non incredibile eſt, plura quoque iura ex gentiliſmo ſimul in eccleſiam irrepſiſſe. Confirmabo id verbis BARONII *tom. 2. ad ann. 200. n. 5.* qui id hoc excuſare voluit prætextu: *Conſulto poſtea introductum videtur, vt, quæ erant gentilitiæ ſuperſtitionis officia, eadem veri Dei cultu ſanctificata in verum religionis cultum impenderentur.* Verum euentus & experientia docuit, gentilitia ſuperſtitione eo ipſo omnia repleta, & Chriſtianos a vera ratione colendi Deum abductos fuiſſe. Conf. ZIEGL. *de dot. eccl. c. 4. §. 26.*

Diſtinctio inter curam vocationis & ipſam vocationem.

§. XVI. Ne vero his, qui inter proteſtantes hoc ius defendunt, & recte retineri autumant, ratio defendendi illud deficiat, diſtinguere ſolent inter *curam vocationis*, & ipſam *vocationem*. Illam patrono adſcribunt, hanc vero nihilominus *toti eccleſiæ* reſeruant. CARPZ. *iurispr. eccl. lib. 1. tit. 3. def. 27.* exinde porro infert *n. 3.* cum eccleſia ex triplici ſtatu conſiſtat, *eccleſiaſtico, politico & populari*, non modo ſecularem magiſtratum, ſed etiam clerum & populum omniumque parœcianorum der Eingepfarreten conſenſum ad vocationem accedere debere. Quomodo vero accedit? Id explicat SCHVLTZ. in diſp. *de eo, quod iuſt. eſt circ. paroch. c. 4. §. 3. in fin. Patronus*, ait, *repræſentans ſtatum politicum, nominat, vocat, præſentat. Clerus, ſtatum eccleſiaſticum conſtituens, examinat, ordinat, iudicat, conſtituit: parochiani denique ſub œconomico ſtatu comprehenſi aſſenſum ſuum præbent.* Breuius CARPZ. *cit. l. def. 32.* hoc exprimit aiens: *Eccleſiaſticus ſtatus debet conſulere de perſona idonea, popularis approbare, politicus decernere.* Conf. *conſil. theol. Witteb. p. 2. p. 18.*

An triplex ſtatus hic concurrat.

§. XVII. Verum hæc figmenta iam *ſect. I. c. 1. §. 30. ſeqq. p. 20. ſeqq.* reiecta ſunt, quamuis ſi vel maxime hic *triplex ſtatus* in eccleſia adeſſet, minime tamen ex ea doctrina oſtendi poſſet, patronum peculiarem in eccleſia ſtatum deſignare. Cum vero ſtatus hic triplex in eccleſia non attendatur, hinc peculiaria iura in eccleſia cuiuis attribuere, perabſurdum eſt. Electio miniſtri eccleſiæ eſt negotium, ad *eccleſiam* der Gemeinde ſpectans, non *primario* ad *rempublicam* ſeu *ſtatum* politicum, qua talem; hinc princeps & magiſtratus, vt membrum eccleſiæ conſideratus, nullam prærogatiuam ratione electionis prætendere poteſt, niſi ſpeciatim hoc ab eccleſia ei fuerit demandatum, vel ratio circumſtantiarum quarundam id poſtulet. Ceterum quod addit WEBER *de iure conſiſtorii Sect. 5. p. 355.* ſic eccleſiam deferre eligendi ius magiſtratui, vti populus

pote-

poteſtatem principi per L. Regiam, anſam poteſt dare dubitandi, an vnquam talis poteſtas fuerit delata? ſicuti de L. regia dubitamus. Scilicet hæc aſſertio vnice eo collineat, vt princeps omne ius, quod circa electionem exercet, eccleſiæ acceptum ferre debeat, atque adeo non *proprio*, ſed *delegato* iure vtatur, quod quantam cladem ſublimi principum iuri inferat, ſatis exprimi nequit. Optime hac de re loquitur SPENER in theol. Bedencken *P. 1. c. 1. Sect. 56.* Keiner dieſer Stände (Lehr- und Wehr-Stand) eignet ſich die geiſtliche Gewalt proprio iure zu bey den Evangeliſchen, wie in dem Papſtthum die Cleriſey thut, ſondern ſie erkennen alle das Recht der Gemeine, nur, daß ſie dieſelbe von dero Uebung aus andern Vorwenden abhalten, und, ſonderlich die Obrigkeit, dasjenige was ſie thut, auch im Namen ihrer Unterthanen zu thun, und ſie alſo zu repræſentiren vorgiebet, wie ſie in andern weltlichen Dingen ſie geichfalls zu vertreten pfleget. Nun bezeuge nochmals, daß ich ſolche repræſentation nicht billige, ſondern darauf beſtehe, man ſolte es bey der erſten Ordnung gelaſſen haben. Indeſſen ſo iſt doch ein ſolcher Staat der Kirchen, welchen wir nicht loben, aber, ſo lange es GOtt noch alſo läſſet, dulden müſſen. Iudicium Speneri de his fabulis Doctorum.

§. XVIII. Ceterum ſi diſtinctionem inter *curam vocationis* & *ipſam vocationem* paulo penitius inſpicio, primo intuitu ſat commoda eſſe videtur, quæ tamen vera & genuina interpretatione nihil aliud euincit, quam quod dicitur *c. 26. D. 63. Sacerdotum eſt eligere, fidelis populi eſt, humiliter conſentire.* Equidem in omni iure patronatus non quidem excluditur conſenſus populi, ſed ita, vt patrono *votum deciſiuum* in electione tribuatur, populo *negatiuum*, vt poſſint diſſentire, non tamen aliter, quam ſi *iuſtas diſſenſus cauſas* allegare queant. Hunc in finem, finita concione δοκιμασιᾳ̃, ſine qua parochus non recte vocatur a patrono, CARPZ. *cit. l. def. 34.* parochiani, congregati in loco aliquo congruo, interrogari ſolent per Superintendentem, an, quod contra Candidati electi doctrinam & vitæ integritatem allegare poſſint, habeant? quod & diſerte ſtatutum *in ordin. eccleſ. elect. Sax. ſub tit.* vom *examine* aller Kirchen-Diener §. alſo iſt auch ibi: darauf nochmals der Superintendent die Pfarr-Kinder befragen ſoll, ob ſie ihn zum Pfarrer und Kirchen-Diener, Lehr und Lebens, ſeiner Sprache halber oder in andere Wege leiden möge, oder nicht. Examinatur diſtinctio inter vocationem & eius curam. Plebi competit votum negatiuum.

§. XIX. Verum *votum* hoc *negatiuum* non ſufficit, vt poſſit libere parochus a tota eccleſia electus dici. Sæpe iuſtæ diſſentiendi cauſæ non ſunt in promtu, neque ex vna concione de denominati a patrono qua- Votum negatiuum non ſufficere oſtenditur.

qualitatibus iudicare possunt, præsertim cum nemo tam imprudens sit futurus, qui non vna aliqua concione, eleganter elaborata, ita se gerere possit, vt placere populo queat. Patronorum porro *nominatio* plus momenti habet, quam parochianorum *dissensus*: illi sola nominatione acquiescunt; si exquisitas dissensus causas coaceruare debenti, quod tamen admodum difficile est. Vnde solatii loco parœcianis commendari meretur dictum ICti *in l. 30. de testam. tut. Vobis quidem non deficit ius dissentiendi, sed probatio.* Est itaque votum *negatiuum* in effectu nihil aliud, quam humillima acclamatio, & gloria approbandi illum, quem patronus nominat. Quod si libertas ecclesiæ hac in re non aufferretur, cur ecclesia *libera* opponeretur patronatæ? Cur ius patronatus instar alicuius *seruitutis* consideretur a Dd. & inde deduceretur, ecclesiam semper præsumi liberam? CARPZ. *iurispr. eccl. lib. 1. tit. 2. d. 21. n. 1.*

votum negatiuum quid sit in effectu?

§. XX. Quæ cum ita sint, reperti fuerunt, qui ius hoc patronatus, das Pfarr-Lehn, aperte improbarunt & tamquam papisticum quemdam partum traduxere. Quidam damnationem huius iuris adscribunt quoque LVTHERO, quod is statim in ipsa reformatione docuerit, *ius vocandi* ministros verbi diuini pertinere ad *ecclesiam*. Verum plerumque theologi nostri LVTHERVM aliter interpretantur, eumque solum respexisse ad impios ecclesiarum patronos autumant. vid. GERHARD. *in loc. commun. tom. 6. de minist. eccl. Sect. 7. p. 194.* Ego quidem hanc litem non facio meam; sed GISBERTVM VOETIVM in medium adduco, qui aperto marte ius hoc impugnauit *polit. eccl. p. 2. lib. 3. tr. 2. c. 2. seqq.* cui tamen postea se opposuit MARTIN. SCHOCKIVS peculiari dissert. *de iure patronatus*. Dum itaque ius hoc ad *iura parochialia* proxime referri debet, non alienum a scopo me facturum confido, si laconico more argumenta, quæ contra hoc ius proferuntur, in medium producam, & lectoris sinceri committam iudicio.

Ius patronatus a pluribus reiectum.

§. XXI. GISBERTI VOETII argumenta sunt hæc: (1) Quod nulla ratione probari possit, illud esse iuris diuini, vt electiones ecclesiasticæ in vnum aliquod ecclesiæ membrum transferantur, quotiescunque dotatione aut fundatione lapidei & externi templi visum fuerit alicui ius illud acquirere. (2) Quod ecclesiis competat ius eligendi. *act. VI. c. 2. 3. 6.* &c. (3) Quod huius iuris fundamentum sit malum, scil. contractus nominatus, do vt des, adeoque simonia subsit. (4) Quod pari ratione oblatæ donationes ditiorum fundare possent ius eligendi ad diaconiam, quod tamen absurdum. *act. 6. 1 Tim. 3.* (5) Quod pari iure vendi potuisset destitutio & remotio ministrorum. (6) Quod hac ratio-

Voetii argumenta contra ius patronatus.

tione, electiones ministrorum ad catechumenos pueros, feminas, atheos, libertinos, apostatas, hæreticos, idololatras, & quoscunque religionis & ecclesiæ iuratos hostes transferantur. (7) Quod ita sæpe indignissimi ecclesiæ obtrudantur, ob lucrum, quod inde patroni quærere solent. (8) Quod in hoc iure adsit species mali & colluſio cum monarchia papali & oligarchia pseudo-clericali. (9) Quod ius illud necessario annexum & implicitum sit τοῖς βιωτικοῖς i. e. negotiis secularibus, quorum translatio & professio millenis fori vitilitigationibus obnoxia est. (10) Quod Deus huic inuento humano semper maledixerit. (11) Quod ita ciues tenues & pauperes in perpetuum a iure eligendi excludantur, ditiores autem admittantur. (12) Quod monstrosum sit, potestatem aliquam ecclesiasticam *hereditario iure* transferre vel vendere. (13) Quod in V. T. illi, qui fundarunt aut dotarunt templum, inde nullum ius sibi acquisiuerint. (14) Quod hoc ius patronatus, sequioribus ecclesiæ seculis, decrescente fide ac pietate, introductum. (15) Quod licet antiquitus per errorem & male ius qualecunque stabilitum fuisset, tamen hodierni maximam partem eo excidissent, non præstando conditiones, nec onera subeundo a prædecessoribus suis in acquisitione patronatus susceptas. (16) Quod ius illud repugnet libertati, ecclesiis iam restitutæ. (17) Quod sublato fundamento, hierarchia papali, cessare quoque debeat effectus, scilicet ius patronatus. (18) Quod ecclesiis patronatis minus libertatis & potestatis relictum sit, quam cœtibus anabaptisticis aliisque, quos hæreticos vocant, imo ipsis iudæis. (19) Quod ius patronatus hodiernum magis ecclesiis præiudicet quam sub ipso papatu, cum hodie sit absolutum & fere independens, sub papatu vero limitatum & restrictum. (20) Quod ius constituendi ministros patroni eripiant supremis potestatibus, quod argumentum est *ad hominem*. (21) Quod ita sæpe patroni conscientiis suis vim inferant, præsentandi diuersæ confessioni addictos. Hæc sunt tela Voetii, quibus ius patronatus conculcare studet.

§. XXII. Quamuis vero iuri patronatus aduocatum dare possem MARTINVM SCHOCKIVM, qui tela Voetiana exciperet, tamen vereor, responsione ne sub hoc patrono totum hoc ius succumbat. Ita enim respondet, vt dubia illa Voetiana non penitus soluat, quamuis quibusdam omnino suum robur & efficaciam aufferat. Ceterum si, quæ dixi in *dict. diss. de origine huius iuris*, ponderantur, facile satisfieri potest argumentis Voetianis, quæ ostendunt, VOETIVM parum in antiquitate ecclesiastica fuisse versatum. Interim non diffiteor, in exercitio huius iuris multa

Iudicium de Schockii.

os-

occurrere incommoda, adeoque summa opus esse cautione, vt illud ab iniquitate liberemus. Optime de hoc ipso iudicauit summus ZIEGLER. *de episcop. lib. 2. c. 3. §. 13.* *Quod si*, inquit, *ius præsentandi ita explicetur, vt solum denotet ius nominandi & proponendi certam aliquam personam, de ea autem & qualitatibus eius iudicium relinquat, non episcopo tantum, sed toti etiam ecclesiæ, & electio ita ab omnibus ordinibus, quotquot ecclesiam constituunt, perficiatur: causæ nihil erit, cur ius patronatus, tot iam seculis receptum, reiici debeat, & ex ecclesia prorsus eliminari. Sane necessarium est in omni societate, vt sit aliquis, qui primum habeat suffragium, quique de rebus agendis primo loco suam dicat sententiam. Quod si igitur placuerit, vt circa electionem ministri ecclesiæ laicus aliquis, de ecclesia bene meritus, primum habeat votum, non exclusis reliquis, qui eiusdem ecclesiæ membra sunt, quid est, quod reprehendi in tali ordine queat? Et ita se habet hodie ius patronatus in ecclesiis Saxonicis, in quibus non alium ob finem concionem δοκιμαστικὴν ad populum habere iubentur candidati, duo, tres, quatuorue a patrono nominati, nisi vt ex illis eligi deinceps possit maxime idoneus.* Hæc ZIEGLERVS, quæsi eo modo obseruarentur in ecclesiis, tolerari hactenus posset, quamuis de praxi communi fere dubitem.

Iudicium Ziegleri de iure patronatus.

§. XXIII. Postea itaque in exercitio huius iuris peccari tum a *patronis*, tum etiam ab ipsis *candidatis*. Abusus, qui a *patronis* committuntur, infiniti sunt, quorum principalis est, si parochias venum exponunt, & plus licitanti eas vendunt, quod priuatione *iuris patronatus* merito coercendum. Huc pertinet IO. FRIDERICI glorioſæ memoriæ Ducis Brunsuicensis & Luneb. ordinatio de anno 675. d. 6. Mai. wie sich Patroni mit Verleyhung der Pfarren zu verhalten haben, quam integram hic subiicere iubet.

Constitutio Ioh. Friderici Ducis Brunsuic. & Lun. contra abusus patronorum.

Von GOttes Gnaden Wir Johann Friedrich, Hertzog zu Braunschweig und Lüneburg ꝛc. entbiethen allen und ieden unsern Unterthanen, auch ausländischen Patronen, so in unsern Fürstenthümern und Landen Pfarren zu verleyhen haben, nach eines iedweden Standes Erheischung, unsern geneigsten Willen, Gunst und Gnade zuvor, und fügen denenselben hiemit zu wissen.

Obwol in GOttes Wort und den allgemeinen beschriebenen Rechten versehen, auch unsere in GOtt ruhende Vorfahren, insonderheit Heinrich Julius, Bischof zu Halberstadt und Hertzog zu Braunschweig und Lüneburg, in einer am 1. Iunii anno 1597. publicirten Constitution ausdrücklich und heilsam verordnet, daß die Pfarrdienste nicht um Geld, Geschencke noch einiges andern Nutzen

tzen und Vortheil willen, wie die Namen haben oder erdacht werden möchten; sondern allein GOtt dem Allerhöchsten zu Lob und Ehren, auch Ausbreitung seines allerheiligsten Namens und allein seligmachenden Worte gratis verliehen und conferiret werden sollen, auch dabenebst dahin zu sehen, daß zu solchem schweren und wichtigen Amte Gottesfürchtige, ehrbare, gelahrte und tüchtige Leute vorgeschlagen und verordnet werden möchten: So müssen wir doch nicht ohne sonderbaren Mißfallen vernehmen, welcher gestalt von etlichen Patronis schändliche Simonie und Finantzerey mit den Pfarren, und derselben Patronaten getrieben, grosse Summen Geldes zu Lehn-Waaren gefordert, auch genommen; dieselbe dennoch beschönet, und honoraria sponte oblata getauset werden, einer den andern mit Gelde ausstechen, ja wol gar die Patroni mit dieser ausdrücklichen Condition, daß Præsentati diese oder jene ihm vorgeschlagene Weibes-Person eheligen wollen, verleihen und ausstellen, und also eine lautere in GOttes Wort und dem Recht hochverbothene Simonia, nundinatio und quæstus mit den Pfarren exerciret werde. Wenn nun solches nicht allein widerrechtlich und zum höchsten unbillig, sondern auch dem Predigamt überaus schimpflich ist, daß mit dessen Bestellung also liederlich umgegangen, und dergleichen höchst-strafbare Finantzerey getrieben werde; So wollen wir die ausländische Patronos hiermit freundlich und gnädig ersuchet und ermahnet, unsern Unterthanen aber ernstlich und bey Vermeidung unserer höchsten Ungnade auferleget haben, daß sie sich solcher ungeziemenden und ihnen selbst schimpflichen exactionen und Schindereyen in und bey Verleyhung ihrer und in unsern Fürstenthümern und Landen habenden Pfarren hinführo äussern und enthalten. Da aber einige Patroni, etwas an Lehn-Geld, pro recognitione zu nehmen, berechtiget, und solches beständig hergebracht hätten, können Wir geschehen lassen, daß ein solcher Patronus von einer guten vermögsamen Pfarre etwa 4. Thaler, von einer mittelmäßigen 3. von einer geringen 2. Thaler nehme, mit der Verwarnunge, da hinführo sich befinden würden, daß ein Præsentatus mehr zu Lehn gegeben, oder sonst den Pfarrdienst zu erlangen sich ehelich versprechen müssen, (welches dieselbe vermittelst cörperl. Eydes auszusagen angehalten werden sollen) daß er denn zu der erledigten Pfarre keinesweges gelassen, sondern stracks abgewiesen, der Patronus seines Patronatus vor dasmal verfallen seyn, und die erledigte Pfarre, mit Hindansetzung des Patroni, von unserm Consistorio

bestellet werden solle; Darnach sich ein jedweder zu richten. Und damit diese unsere Verordnung zu männigliches Wissenschaft kommen möge; so soll dieses Edict allenthalben in unsern Fürstenthümern und Landen von den Cantzeln abgelesen, und darauf an gewöhnlichen Orten angeschlagen werden. Gegeben in unser Residentz Stadt Hannover unter unserm Consistorial-Secret den 6. May 1678.

Per virginem nemo ambire debet munus sacrum.

§. XXIV. Non tantum vero peccari potest in exercitio iuris patronatus, quando plus licitanti addicuntur parochiæ, sed etiam, quoties ius eligendi parochum virgini alicui a patrono, ex causis arcanis, conceditur, vt scilicet ille huic officio sit præponendus, qui illam vxorem ducere velit, qualis concessio repugnat naturæ *vocationis diuinæ*, quod illustratur sequenti responso *Mens. Iul. 1701.* ab illustri Facultate iuridica Hallensi concepto:

Hat ein Fürst einem wohlgezogenen Mägdchen, von guten und honetten Leuten, auch guter Gestalt, und auf dero Leben und Wandel nichts zu tadeln, imgleichen auch von solcher Aussteuer und Mitteln, als eine im Lande seyn möge, eine Pfarre mit diesen Formalien geschencket:

Se. Hochfürstl. Durchl. haben gnädigst versprochen und zugesagt, daß der Jgfr. N. N. die durch den Todesfall des seligen N. N. erledigte Pfarrstelle solchergestalt überlassen werde, daß, wann sich dazu ein tüchtig subiectum sie zu heyrathen angiebet, demselben sothane Pfarre conferiret werden solle.

Und entstehet nun daher die Frage: Ob ein Landes-Herr solches wol thun könne, und so sich ein tüchtig subiectum, so der gantzen Gemeine gefällig ist, finden möchte, derselbe sich wol Scrupel des Gewissens zu machen habe, ob er auch durch wohl-berufene Wege ins Predigt-Amt trete?

Ob nun wol solche vocation nicht unrechtmäßig zu seyn scheinet, indem alhier zum voraus gesetzet wird, daß der Vocandus ein solches Subiectum, an dessen Lehre und Leben nichts zu tadeln, und welcher auch der gantzen Gemeine gefällig ist, folglich, da, secundum principia Protestantium, denen Predigern zu heyrathen frey stehet, auch diesem nicht verwehret werden mag, gedachte Jungfer zu heyrathen, und über dem von unterschiedenen, so wol Theologis als ICtis, davor gehalten wird, quod sub conditione, si viduam, vel filiam antecessoris ducat, ad functionem ecclesiasticam aliquem vocare liceat:

CARPZ. *iurispr. consist. l. 1. def. 42. n. 4. & ab eo citati.*
Gleichwie auch solches an vielen Orten gebräuchlich, und es dahero das Ansehen gewinnet, daß in hoc casu simili wol ein Gleiches müste vergönnet seyn;

Weil aber unter denen Stücken, so der Apostel *1 Tim. 3. v. 2. seqq.* zu einem rechtschaffenen Lehrer erfordert, dieses keinesweges enthalten, daß er eine gewisse Person heyrathen müsse, welche der Patronus ihm vorschläget, und wann gleich daselbst stehet, daß ein Bischof eines Weibes Mann seyn soll, dennoch solches nicht præceptiue, sondern permissiue, und zwar also zu verstehen, daß ihm zwar zu heyrathen soll erlaubet seyn, er sich aber mit einer Frauen soll begnügen lassen, und vielmehr Paulus an einem andern Orte *1 Cor. 7. v. 7. seqq.* ausdrücklich mit vielen argumentis darthut, daß es besser sey, wenn jemand ledig bleibe, indem er also besser sorgen könne, was dem HErrn angehöret, welches auch vornemlich bey den Predigern statt finden soll, und wann anderer Gestalt, vornemlich niemand zur Pfarre gelassen wird, wo er nicht die Person heyrathe, das Matrimonium nicht liberum bleibet, noch einem solchen Prediger verstattet wird, nach der Lehre Pauli das Beste zu erwehlen, daher auch die Theologi Dillingenses *in composit pact.* die Lutheraner beschuldigen, sie hätten zwar die verbothene Priester-Ehe abgeschaffet, und das Freyen als ein Adiaphorum zugelassen; aber ietziger Zeit würde der Zwang zu der Ehe denen angehenden Lutherischen Predigern bey ihren vocationen angemuthet, daß sich die Lutheraner dadurch des Religions-Friedens verlustig gemacht, weil bey der Prediger Beruf nicht mehr die Priester-Ehe frey gelassen, sondern bald diese bald eine andere aufgedrungen würde; Ueberdem auch viele andere inconuenientia daraus entstehen, sintemahl solcher gestalt das gantze ius eligendi Pastorem auf ein Weibesmensch ankommt, indem auch diese wider ihren Willen eine Person zu heyrathen nicht kan gezwungen werden, und also, wann gleich ein tüchtiges Subiectum vorhanden, solches allein auf den Willen der Jungfer beruhet, ob er ihr anstehe oder nicht, auch nicht zu glauben, daß eine solche Person auf die Tüchtigkeit, so zum Predigtamt erfordert wird, welche zu prüfen ohne dem eine Weibes-Person insgemein unfähig, sondern nur darauf sehen werde, was ihrem Fleische möchte gefällig seyn; deshalben ein Prediger zu Hamburg, Namens M. Warnikenius, in einer Predigt zu St. Nicolai anno 1669. gehalten, solches eine Schandthat nennet, daß gleich wie Rahel die

Götzen Labans unter sich in die Streu geleget, Gen. 31. also auch die Simonisten aus denen Vocationen lauter Götzen machen, und gleichsam solchen Beruf ins Predigamt unter den Rock dieser oder jener Magd, die den Priester machen solte, stecken; auch nicht hindert, was oben von denen Wittwen und Töchtern der Prediger angeführt, indem allerdings besser, daß wegen angezogener Uusachen solche übele Gewohnheit abgeschaffet würde, gleichwie auch die ration, warum CARPZ. *cit. l.* solche vocation billiget, nemlich: quia vocato pastori ista conditio est admodum proficua, quia vidua, vel filia defuncti pastoris exquisitiorem parochiæ & redituum cognitionem habere præsumitur, vt sic maiori cum vtilitate rei familiari præesse queat, quam extraneus, gantz unerheblich, und nur auf den Nutzen des Predigers, keinesweges aber auf den Nutzen der Seelen der Zuhörer gerichtet ist; oder so ja solche Gewohnheit einiger massen zu dulden, dennoch diese Art keinesweges ad alios casus zu extendiren, vti docet Brunnem. *de iur. eccles. lib. 1. c. 5. §. 16. inf. aliique*, und also von dieser Gewohnheit auf diesen casum keinesweges argumentirt werden kan, in mehrer Erwegung nur dadurch Gelegenheit gegeben wird, das Predigamt mehr und mehr zu verachten, zumal solches nicht die rechte Thür ist, dadurch Christus einen Prediger einzugehen befohlen. *Ioh. 10. v. 1. seq.* unzehliger andern inconuenientien, so daraus entstehen, nicht zu gedencken: So halten wir davor, daß ein Fürst nicht wohl thue, auf solche Art einen Prediger zu einer Pfarre zu berufen, und sich ein Vocandus Scrupel wegen solcher vocation in seinem Gewissen wohl machen könne, es auch pro diuina vocatione keinesweges zu achten. V. R. W.

Candidatorum nœui in ambiendis parochiis generaliter taxantur.

§. XXV. A *candidatis* similiter, qui parochiis præfici desiderant, magnopere peccari potest, & quotidie peccatur, vtpote qui sæpius pro *pane lucrando* quærunt parochias, & huc omnes animi sui neruos intendunt. His merito ob oculos ponendum exemplum fratrum Bohemorum, de quibus IO. AMOS COMENIVS *in histor. eorum*, & speciatim *in paræneſi* ad *eccles. anglic. §. 9.* testatur, quod in eorum ecclesia *nemo currat, nemo aliis præcurrat: omnes tantum veniant vocati* (non currentes, instantes & sollicitantes, vti plerumque apud nos fieri solet) *eant missi eo, quo mittuntur, non alio, & tum cum mittuntur, non alias.* Pergit deinde rursus currentibus obseruandum est: *nec ad vllam functionem quisquam promouetur vnius alicuius arbitrio, (vt prosopolepsia peccari possit) sed ceu communi omnium iudicio cunctorum minus periclitante, quam singulorum. Et quia omnes etiam singuli sunt, errareque possunt, recte semper in consi-*

lium

lium adhibetur, qui errare non potest, Deus, præmissis in omnibus synodis ante singulas ministrorum electiones ad Deum (cum totius diei ieiunio) precibus, Act. XIII, 2.3. Praxin apostolicam in his ecclesiis resuscitatam esse videmus, & quam facile quoque resuscitari in nostris posset, si *sinceritas apostolica*, quæ fere emortua esse videtur, reuiuisceret, nec tot lucris reditibusque parochiæ essent instructæ, quibus, tanquam esca quadam, capiuntur, qui ventris gratia parochiale munus captant. Non inuidenda fidelibus ministris lucra parochialia; sed illud tamen simul dolendum, quod hæc ipsa tot candidatorum animos fere vnice allicere soleant, ad occupandas parochias

§. XXVI. Proinde caute maiores nostri constituerunt in *ordinationibus* ecclesiasticis, vt vacante ecclesia, ardentibus precibus totum hoc negotium Deo commendaretur, ne indignus & mercenarius parochus ecclesiæ obtruderetur. Nec enim hoc arduum negotium, quod in *constitutione parochi* occurrit, *perfunctorie* tractandum, sed a Deo fidelis pastor expetendus, alioquin non mirandum, quod sæpe Deus malignis hominibus, qui curam animæ suæ susque deque habent, talem mittat pastorem, qui magis obsit, quam prosit ecclesiæ. Illustrabo hoc verbis ORIGENIS *homil. IV. in lib. iudic.* relatis in *c. 18. C. 8. q. 1. Non semper*, ait, *princeps populi, & ecclesiæ iudex per Dei arbitrium datur, sed prout merita nostra deposcunt. Si mali sunt actus nostri, & operamur malignum in conspectu Domini, dantur nobis principes secundum cor nostrum. Et hoc tibi de scripturis probabo. Audi namque, quod Dominus dixit: fecerunt sibi regem, & non per me; principem, & non per consilium meum. Et hoc dictum videtur de Saul illo, quem vtique ipse Dominus elegerat, & regem fieri iusserat. Sed quoniam non secundum voluntatem Dei, sed secundum peccatoris populi meritum fuerat electus, negat eum cum sua voluntate vel consilio constitutum. Tale ergo aliquid intelligamus etiam in ecclesiis fieri, quod pro meritis populi aut in verbo aut in opere potens a Deo tribuatur rector ecclesiæ: aut si malignum faciat populus in conspectu Domini, talis ecclesiæ iudex datur, sub quo famem & sitim populus patiatur, non famem panis neque sitim aquæ, sed famem audiendi verbum Domini.* Cum itaque a Deo, sed præmisso fonte omnis boni, pastores quoque bonos accipere debeamus, merito sis seriis previduata ecclesia ad hunc fontem recurrere & pastorem gregis ab eo expetere debet. Salubriter proinde in *ordin. Magd. eccles. c. XIV. §. 8.* cautum: Auch soll die Gemeine alle Sonntage von dem Prediger, der immittelst das Amt verwaltet, fleißig vermahnet werden, von GOtt zu bitten, daß er ihnen wiederum einen tüchtigen gottseligen Lehrer senden

Parochi non perfunctorie vocandi,

cibus.

und geben wolle, welcher ihre Seligkeit von Hertzen meyne, zu befördern, und soll solches Gebet so lang mit Andacht geschehen, bis der grosse GOtt die Gemeine hinwiederum mit einem treuen Lehrer versorget hat. Eadem verba occurrunt *in ordin. eccles. Saxo-Vinariensi lib. 2. c. 1.* Sic quoque in der Kirchen-Ordnung der Grafschaft Ost-Friesland und der beyden Herrschaften Essens und Witmund *de anno 1631. c. 2. §. 5.* disponitur: Es sollen auch die benachbarten Pastores, so oft sie predigen, in der Hirten-losen Kirchen die Kirchspiels-Leute zu andächtigem Gebete und wahrer Anrufung GOttes vermahnen, daß ihnen der Allerhöchste wiederum einen getreuen Seelsorger zuweisen und bescheren wolle, nach dem Befehl unsers einigen Ertz-Bischofs: Die Erndte ist groß, aber wenig sind der Arbeiter, darum bittet den HErrn der Erndte, daß er treue Arbeiter in seine Erndte sende: in quo fere reliquarum prouinciarum ordinationes ecclesiasticæ omnes conspirant.

Neque enim quiuis ad munus pastorale idonei sunt;

§. XXVII. Scilicet qui secum animo reputat grauitatem huius pastoralis curæ, non poterit non ingenue confiteri, non quosuis huic muneri sufficere, sed illos demum, qui & satis probati sunt in *fide*, & præterea tanta præditi innocentia, vt *exemplum gregis* esse possint, quod intueantur, & ad imitandum propositum habeant. Hi vero admodum rari apparent; plures candidati ministerii hodie ex academiis prodeunt, sed tales, de quibus non inconuenienter dici possit, quod adhuc sint νήπιοι tum *doctrina* tum *moribus*, & tamen mox *duces gregis* esse cupiunt. Iam vero *miserum est*, vtor verbis INNOCENTII *in c. 4. d. 61. eum magistrum fieri, qui nunquam discipulus fuit, eum summum fieri sacerdotem, qui nunquam in vllo gradu obsecutus sacerdoti*, vel vt GREGORIVS Nazianzenus *in orat. funebr. Athanas.* edisserit; *simul discipuli & præceptores pietatis, heri sacrilegi, hodie sacerdotes, heri extra sacra, hodie præsules mysteriorum.* Cum vero hæc satis inconuenientia & plane saluti ecclesiarum aduersa sint, primitiuæ ecclesiæ patres magnam curam adhibuere in promouendis iis, qui ecclesiæ poterant esse vtiles, & non sine ratione iudicauere, teste HORMISDA in *c. 2. D. 61. in sacerdotibus eligendis curam oportere esse perspicuam. Irreprehensibiles enim esse conuenit, quos præesse necesse corrigendis.* Hinc vlterius inferebant, *longa debere vitam suam probatione monstrare, cui gubernacula committuntur ecclesiæ. Discere prius quisque debet, antequam doceat, & exemplum religiosæ conuersationis de se potius aliis præstare quam sumere, emendatiorem esse conuenit populo, quem necesse est orare pro populo c. 3. D. 61.* Et quemadmodum in veteri testamento hi, qui altari ministrabant, nullo defectu corporis laborare

maxime, qui adhuc discipuli sunt.

debe-

debebant, ita cum in nouo teſtamento *perfectius miniſterium* nobis concreditum ſit, merito hoc applicamus ad *integritatem animæ*, id quod egregie & pleniſſime, ſenſu myſtico, illuſtrat GREGORIVS in *c. hinc etenim, d. 49.* vbi oſtendit, quinam paſtores *ſenſu ſpirituali* ſint claudi, paruo, grandi vel torto naſo, fracto pede, vel manu, gibbi, lippi &c. Idem etiam variis conciliis olim magna ſollicitudine inculcatum. Sic in Laodicenſi *c. 12.* concluſum: *Non eligantur, niſi hi, quos multo ante nota probabilisque vita commendet, & nihil minus ſi in ſermone fidei & recta operatione per ſuam conuerſationem fuerint probati. c. 6. d. 61.* Breuiter ita debet eſſe paſtor fidelis gregis comparatus, vti CAROLVS M. imperator depinxit HADRIANVM teſte LAMBECIO *in bibliotheca Vindebon. lib. 2.*

Vir, cui vita Deus, pietas lex, gloria Chriſtus,
Paſtor apoſtolicus, promtus ad omne bonum.

§. XXVIII. Hanc grauitatem huius officii cum ſollicita cura ponderauerint viri ſinceri: non dubitarunt nonnulli, officium ſemel ſuſceptum deponere; alii vero, non niſi coacti, & plane reluctantes, hanc curam paſtoralem ſubiere. Prioris exemplum eſt in GREGORIO Nazianzeno, qui rationes ſuæ renunciationis potiſſimum in *grauitate* huius *officii* collocauit, & ſatis neruoſe de ea in apologia iudicauit. Ipſam apologiam germanico idiomate exhibet ARNOLDVS **im Denckmahl des alten Chriſtenthums** *p. 2. p. 303.* Nolo rationes eius in *hypotheſi* examinare, an & quatenus ſufficientes fuerint ad deponendum officium ſacrum: interim ipſæ rationes, grauitatem officii expendentes, tales ſunt, vt potius vocatum deterrere quam inuitare poſſint, ad ſuſcipiendum officium ſacrum. Concreditur paſtoribus non cura *corporum*, ſed *animarum*, non nuda aliqua rei temporalis expeditio, ſed officium, quantum eſt, ſpirituale eſt, occupatum circa theſauros vitæ cœleſtis, & qui in his diſpenſandis negligens eſt, non homini ſed DEO rationem eo nomine reddere debet. Semper graue iudicatum fuit, ſe ipſum regere; quanto grauius ergo erit, alios regere, & qui ſibi vix ſufficiens eſt, quis temere ſe ſufficientem iudicabit in aliis dirigendis? Hic minime agitur de glande legenda, vt loquar cum ICtis, ſed de cura tot animarum, ſanguine Chriſti redemtarum, quas qui perire patitur, ſe ipſum perdit. Conf. ISIDORVS PELVSIOTA *lib. 4. epiſt. 6. ad Palladium.* Cardinalis IO. BONA *de principiis vitæ Chriſti. c. 43.*

Hinc ob grauitatem muneris quidam officium ſacrum deponere maluere quam retinere.

§. XXIX. De poſteriori caſu, *fugæ* ſcilicet curæ paſtoralis, itidem exempla non deſunt, quæ pleno numero collegit CASPAR. ZIEGLERVS *in tr. de clerico renitente* ſeu *fuga muneris eccleſ.* Sicuti enim in ne-

Quidam illud ſuſcipere plane recuſarunt.

negotiis ciuilibus ſuſpectus eſt, qui ſe oneri alicui, tutelæ veluti, ingerit, & magis ſuum lucrum quam commodum pupilli captare præſumitur: ita quin idem de iis dicendum ſit, qui maximo conatu adſpirant ad officium ſacrum, nullus dubito, vt merito calculum mereri debeat dicterium GREGORII in *c. 9. C. 8. q. 1. ſicut locus regiminis deſiderantibus negandus eſt, ita fugientibus offerendus.* Interim non ſtatim omne deſiderium improbandum, & fuga muneris ſacri approbanda eſt. Deſiderium, quod *temerarium* eſt, quod ſtimulante *ambitione* excitatum eſt, vel turpis *lucri* cauſa occupauit hominem, merito reiiciendum & damnandum eſt; hoc ipſo enim quis non, quæ Chriſti, ſed quæ ſua ſunt, quærit; ſuam tantum prauam voluntatis inclinationem explere intendit, minime autem voluntatis diuinæ ductum ſequi ſtudet, & hunc tractum carnalem non raro homines pro *tractu internæ & diuinæ vocationis* reputant, ſui ſatis immemores, nec intima cordis ſatis diiudicantes. Vbi vero deſiderium *purum* eſt, nullisque falſis reſpectibus inuolutum, ibi locum habebit illud PAVLI: *qui epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat*, quatenus ſincero deſiderio ad hoc onus ducitur. Sed cum hoc valde periculoſum ſit, non incongrue AVGVSTINVS in *c. 11. C. 8. q. 1.* circa hunc locum ſequentia monet: *Locus ſuperior, ſine quo regi populus non poteſt, etſi ita teneatur atque adminiſtretur, vt decet, tamen non decenter appetitur. Quamobrem otium ſanctum quærit charitas veritatis: negotium iuſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis, quam ſarcinam ſi nullus imponit, percipiendæ atque intuendæ vacandum eſt veritati. Si autem imponitur, ſuſcipienda eſt, propter charitatis neceſſitatem.* Solent tamen communiter carnales candidati egregie hoc apoſtolico dicterio abuti, quos proinde prudenter vel ſatis neruoſe reprehendit ISIDORVS PELVSIOTA *lib. 4. epiſt. 219.* oſtendens, apoſtolum non *præcipere*, vt deſideretur epiſcopatus a quoquam, ſed eum non ſimpliciter deſiderium *improbare*, quin potius cuicunque diiudicationem virium ſuarum committere, vt ſedulo ſe exploret, an ſatis ſufficiens ſit, vt tale onus deſiderare poſſit?

Quando ambitus improbandus?

Quando fuga muneris eccleſiaſtici vitioſa ſit?

§. XXX. Idem iudicium formandum eſt, de *fuga muneris eccleſiaſtici:* nam hæc æque vitioſa eſſe poteſt, vti *deſiderium.* Qui fugit curam paſtoralem, commodioris vitæ intuitu, & vt vitam in otio abſque omni cura tranſigere poſſit, vel etiam humilitatem quandam præ ſe fert, vt eo magis quæratur & rogetur, ad exemplum eorum, qui per *affectatam fugam* inuitant alios, vt eo magis eosdem quærant & quaſi cogant, vel alio timore humano deſiſtunt, illi certe æque indigni ad munera ſacra reputandi ſunt, ac quidem temere deſiderantes. Et licet haud negem, maiorem ſinceritatis ſpeciem hoc præ ſe ferre, ac quidem

dem *desiderantes*, eo tamen magis obsunt, quo se aliosque per hypocrisin decipiunt. Huiusmodi hypocritas ita depingit IOANNES SARESBERIENSIS *in policrat. l. 7. c. 18.* inquiens: *Stupidi obstupescunt, nomen dignitatis abhorrent, refugiunt onus, & vt auidius impellantur, more, vt dicitur, arietis, vt fortius feriat, recedentis, cum suspiriis, gemitibus & singultibus, interrumpentibus simulatas lacrymas, retrocedunt. Notum siquidem est, quia sedes hæc trahit & impellit inuitos, & quos notat ambitio, repellit. Nituntur ergo rationibus & autoritatibus docere, quare eos episcopatus non deceat. Non sum, inquit, medicus, & in domo mea non est panis, nec penes me thesauri sunt, vnde in necessitatis articulo noua & vetera indigentibus proferam. Possum itaque vti excusatione prophetica, quoniam loqui nescio, & quia puer ego sum, etsi non ætate, reuera scientia & leuitate morum. Sordidis vestibus ab initio indutus sum, & eos nunquam sanguine agni aut vestibus studui dealbare. Quomodo ergo sancta tractabo pollutus, aut quod sacerdotem oportet, polluta mundaba &c.* Illa itaque fuga demum legitima & laudabilis erit, qua quis ex propriæ infirmitatis vel inhabilitatis conscientia se imparem vel insufficientem tanto oneri iudicat, paratus interim, omnem subire curam pastoralem pro gloria Dei, si Deus ipsum ad eam digne præparauerit. Ita etiam se ipsum explicat GREGORIVS in *c. 27. C. 1. q. 1. in f.* his verbis: *Quisquis ergo sacerdotium non ad elationis pompam, sed ad vtilitatem adipisci desiderat, prius vires suas cum hoc, quod subiturus, onere metiatur, vt, si impar est, abstineat, & ad id cum metu etiam, cui se sufficere existimat, accedat.* Pertinet huc eiusdem sententia in *c. 1. C. 3. q. 6.* quæ tamen itidem secundum prædictum sensum est capienda: *Sicuti is*, ait, *qui inuitatus renuit, quæsitus refugit, sacris est altaribus remouendus, sic qui vltro ambit, vel importune se ingerit, est procul dubio repellendus. Nam qui sic nititur ad altiora conscendere, quid agit, nisi vt crescendo decrescat, & ascendendo exterius interius ad profunda descendat.* Huic congruit egregia constitutio in *l. 31. C. de episc. & cleric.* quam ZIEGLERVS in *tr. de cleric. renitente* explicuit, & hic quoque inserendam e re esse duxi. *Si quenquam*, inquiunt imperatores, *vel in hac regia vrbe vel in ceteris prouinciis, quæ toto orbe diffusæ sunt, ad episcopatus gradum prouehi, Deo autore contigerit, puris hominum mentibus, nuda electionis conscientia, sincero omnium iudicio proferatur. Nemo gradum sacerdotii pretii venalitate mercetur, quantum quisque mereatur, non quantum dare sufficiat, æstimetur. Profecto enim quis locus tutus, aut quæ causa poterit esse excusata, si veneranda Dei templa pecuniis expugnentur? quem murum integritatis aut vallum fidei prouidebimus, si auri sacra fames*

Quando laudabilis.

in penetralia veneranda proſerpat? Quid denique cautum eſſe poterit aut ſecurum, ſi ſanctitas incorrupta corrumpatur? Ceſſet altaribus imminere profanus ardor auaritiæ, & a ſacris adytis repellatur piaculare flagitium. Itaque caſtus & humilis noſtris temporibus eligatur epiſcopus, vt quocunque loco peruenerit, omnia vitæ propriæ integritate perficiat. Nec pretio, ſed precibus ordinetur antiſtes. TANTVM AB AMBITV DEBET ESSE SEPOSITVS, VT QVAERATVR COGENDVS, ROGATVS RECEDAT, INVITATVS EFFVGIAT, *ſola illi ſuffragetur neceſſitas excuſandi: profecto enim* INDIGNVS EST SACERDOTIO, NISI FVERIT ORDINATVS INVITVS &c.

Sed hodie magis concurſus candidatorum in parochiis vacantibus deprehenditur, quam fuga.

§. XXXI. Verum non adeo neceſſe eſt, vitia taxare, quæ in *fuga muneris* eccleſiaſtici occurrere ſolent, cum *fugientes* admodum rari, neque adeo abuſus hi metuendi ſint. Longe grauiores abuſus deprehenduntur circa vacantes parochias, quibus præficiendus eſt paſtor, vbi plerumque *concurſus candidatorum* cernitur, & quilibet ſe alteri præferendum eſſe exiſtimat. Nouæ quotidie excogitantur cautelæ & modi indirecti, occupandi vacantem eccleſiam, non ſecus, ac ſi eſſet res pro derelicto habita, quæ occupanti cedere deberet, vt non incongrue IOANNES SARESBERIENSIS, vel, vt alii eundem nominant, SARISBVRIENSIS, Carnotenſis epiſcopus, qui ſeculo duodecimo floruit, hoc vitium deſcripſit. Ita enim ille in *policrat. l. 7. c. 17.* ediſſerit: *Eccleſia data eſt in direptionem, aliis palam, aliis clam occupatur; eo forte, quod in nullius bonis eſt. Non eſt enim inuentus, niſi perrarus, qui accingatur gladio ſuper femur ſuum, ad præſumtionem ambitionis reprimendam. Illa namque machinas multiplices erigit, vt eam expugnet, nemine defendente. Alius enim de nobilitate confiſus aut viribus poteſtatum violenter in ſancta irruit, & ſi forte pulſat ad oſtium, parietem aut limina ſuffodere non veretur. Nam & ſeditionem concitabit in Moyſen, & alienum ignem in templum inferet, & vaſa ſanctuarii contaminabit. Alius ſperans in multitudine diuitiarum, Simone docente, ingreditur, non inueniens eum, qui eum & pecuniam ſuam iubeat ire in perditionem. Alius in muneribus ad Petrum reformidat accedere, clanculo tamen per impluuium auri, ſi per tegulas Iupiter elabatur in gremium Danaës, ſic in ſinum eccleſiæ procus deſcendit inceſtus. Alius obſequio quaſi muneris ignarus adeſt: ac ſi obſequia non cadant in muneris rationem; profecto nullum maius eſt munus, quam cum homo ſe ipſum hominis deuouet ſeruituti. Alium colluſione quadam vocantis liberalitas præuenit; ſed poſtmodum collatam gratiam ſuo Giezi plenius compenſabit. Alius agit, ne ipſum pulſare oporteat, ſed ad ingrediendum compellatur inuitus, & quaſi obnubilans lucernam DEI, vt eum*

impune irrideat fraudulentus. Diu siquidem alius simulauit; ambitionem namque multis indiciis prodidit, & se diuitem, potentem, insignem velle fieri confessus est, sed alia via, sed in alio statu, sed in minore periculo, maiore libertate. Voluit esse nobilis inter laicos, aut certe magnus in clero. Ob hoc principum virorum quæsiuit gratiam, familiaritatem iniit, ab iis quascunque suscepit functiones. Scriniis forte prælatus est, aut consignandi suscepit officium, aut cimelii custodiam, aut publici claues ærarii, aut ratiocinii varias cautiones, aut si quid aliud nequit, vt corbibus præficeretur, obtinuit. &c.

§. XXXII. Quemadmodum autem modo laudatus episcopus Carnotensis fere plerosque modos *occupandi ecclesias vacantes* quasi in compendio retulit, ita e re foret, peculiariter singulos modos percurrere, id quod tamen fieri non aliter potest, quam si quis se vellet in immensum quendam immittere gurgitem. Sufficiat itaque hic tantum sordidiores notasse modos. Sordidiores modi occupandi parochias referuntur.

Primarius est (I) quando quis *pretio* redimit ecclesiam parochialem vacantem, quod facinus quamuis seueriſſimis pœnis in legibus notatum fuit, vti apparet ex *l. 31. C. de episcop. & cleric.* tamen in corrupta semel ecclesia non satis exstirpari potuit. Primus est, si quis pretio redimit parochiam. Qui vero hoc modo occupant parochiales ecclesias, iudice GREGORIO VII. in *c. 113. C. 1. q. 1. non per ostium, i. e. per Christum, intrant, sed, vt ipsa veritas testatur, fures sunt, & latrones.* Merito itaque in *c. 33. C. 7. qu. 1.* statutum, vt talis deiiciatur a clero, his verbis: *Sancitum est, atque omnibus modis prohibitum, vt si quis presbyter inuentus fuerit alicui clerico vel laico munera dare vel dedisse, aut aliam pecuniam tribuere, vt alterius presbyteri ecclesiam surripiat, aut vacantem pretio redimat, pro hac cupiditate seu præsumtione turpis lucri gratia deiiciatur a clero, & alienus existat a regula.* Similia plura in conciliis hinc inde statuta sunt, quo etiam pertinet *Nou. 6. c. 1.* vbi eadem pœna confirmatur. Conf. ZIEGLER. *de episcop. lib. 2. c. 5. per tot.* Illud vnicum hic adhuc disquirere placet, vtrum tali demum casu quis vacantem ecclesiam parochialem pretio non possit redimere, si consuetudo in quadam prouincia vigeat, non aliter, nisi soluto certo pretio, pastorale officium impetrari posse? Quid, si consuetudine hoc approbatum? Cum enim in nonnullis regionibus pleraque officia venalia sint, quid mirum, si officia sacra quoque tandem in turpem quæstum coniiciantur? Equidem non deesse videntur rationes, quæ eiusmodi redemtionem legitimare possint, si forsan quidam se trahi sentiat desiderio intimo, Deo inseruiendi, & præterea existimet, se non quærere, quæ sua, sed quæ Christi sunt, non autem alia ratione posse fine suo potiri, nisi pretium semel constitutum exsoluat, cum alias

metuere debeat, ne forsan indignior, sui tantum lucri causa, ecclesiam inuadat. Hæ rationes sunt admodum plausibiles, & forsan in foro humano ad pœnam remotionis euitandam efficaces; sed tamen, meo iudicio, haud sufficientes ad tranquillandam conscientiam. Si medium est malum consequendi sacerdotale officium, vti procul dubio est, non potest, meo iudicio, sincera esse eius intentio, vtut vel maxime sibi ipsi hoc persuadere audeat. Non sunt facienda mala, vt inde eueniant bona. Si dicis; atqui ego aliter non possum adspirare ad sacrum officium: regero, nec hoc præcise necessarium est, forsan Deus aliam tibi ostendet occasionem, qua proximo inseruire possis: expectanda est vocatio a Deo, qui, si te destinauit & vocauit in hoc loco ad curam pastoralem, etiam media legitima ostendet, vt absque hoc turpi quæstu possis alibi eius ouile intrare. Præterea vt plurimum, quæ de *sincera intentione* adducuntur, falsi prætextus sunt, quibus quis se & alios decipit.

Secundus est, si quis solius lucri & ambitionis gratia parochias captat.

§. XXXIII. Porro (II) ad illegitimos modos, occupandi vacantem ecclesiam parochialem, pertinet, si quis solius *lucri* vel *ambitionis* causa ambiat sacerdotale officium. Vereor certe, ne plerique hoc solo desiderio ducantur, postquam fere plerorumque mores ita sunt compositi, vt studio theologico propterea se dare soleant, quo vel sibi suisque victum parare, vel gloriolam inde famamque aucupari possint. Contra tales grauem dixit sententiam GREGORIVS in *c. 11. C. 1. qu. 1.* inquiens: *si quis neque sanctis pollent moribus, vel neque a clero populoque vocatus, vel pulsatione coactus, impudenter Christi sacerdotium, iam quolibet facinore pollutus, iniusto cordis amore, vel sordidis precibus oris, siue comitatu, siue manuali seruitio, siue fraudulento munusculo episcopalem seu sacerdotalem, non lucro animarum, sed* INANIS GLORIAE AVARITIA FVLTVS, *dignitatem acceperit, & in vita sua non sponte reliquerit, eumque insperata mors pœnitentem non inuenerit, procul dubio in æternum peribit.* Tales sunt, quos apostolus *mercenarios* vocat, quod non quærant, quæ Christi, sed quæ sua sunt, vti AVGVSTINVS in *c. 19. C. 8. qu. 1.* huc dicterium sacrum apte trahit, aiens: *Sunt in ecclesia quidam præpositi, de quibus Paulus apostolus:* SVA QVAERENTES NON QVAE IESV CHRISTI. *Quid est,* SVA QVAERENTES? *non Christum gratis diligentes, non Deum propter Deum quærentes, temporalia commoda sectantes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes. Hæc quando amantur a præposito, & propter hæc seruitur Deo, quisquis est talis, mercenarius est, & inter filios se non computet.* Vtinam vero hodie non eadem luderetur fabula! Plerique

rique in hoc AVGVSTINI dicterio ſuam aperte deprehendunt expreſſam imaginem, cum ex fructibus diiudicari ſatis poſſint. Quorſum tot lites in conſiſtoriis, niſi de iuribus ſtolæ, de denegatis reditibus? Vnde tot æmulationes & odia clericorum inter ſe, niſi ex inuidia, ſi forſan alter collegarum plus lucri percipiat, vel plus admirationis eloquio ſuo apud auditores excitare poſſit? ægre enim inuidus ſine dubio fert, quod non æquali afficiatur honore, nec eosdem reditus habeat; quales æmulationes ſæpe in apertas erumpunt diſſenſiones & lites. Qui vero ex eiusmodi peſſima intentione vacantes eccleſias parochiales occupant, ſemper maiora appetunt, non contenti officio præſenti, ex quo forſan non ſatis vberes prouentus percipiunt: vnde fit, vt *deſertores gregis propriæ* fiant, & in maiores eccleſias irruant. Quocirca eiusmodi translationes olim odioſæ habitæ fuerunt, vt ex variis conciliorum decretis conſtat *c. 19. ſqq C. 7. qu. 1.* cuius ratio vnice olim deducta fuit ex *ambitione clericorum & lucri cupiditate.* Ita enim in Concilio Sardicenſi *c. 1. Non tantum malæ conſuetudo, quantum perniciosiſſima corruptela eſt ex ipſis fundamentis penitus extirpanda; ne cui Epiſcopo liceat, a parua ciuitate in aliam migrare. Eius enim cauſæ prætextus eſt manifeſtus, propter quem talia aggreditur. Nullus enim epiſcopus adhuc inueniri potuit, qui a maiori ciuitate in minorem tranſire ſtuduerit. Vnde conſtat, eos ardenti plura habendi cupiditate ſuccendi, & magis arrogantiæ ſeruire vt videantur maiorem habere poteſtatem.* Neque hodie aliter ſeſe res habet: quem enim mihi dabis, qui, relicta opulenta eccleſia, ad egenam ſeſe transferri patietur, licet vel maxime forſan ibidem plus poſſit ædificare? Quod certiſſimum indicium eſt, plerosque magis duci honoris & lucri maioris cupiditate, quam ſincera intentione, adeo vt ferme in prouerbium abierit, *clericos eſſe auaros.* Iam ſuo tempore HIERONYMVS in *c. 23. D. 93.* hoc cacoethes notauit his verbis: *Nunc autem, ex quo in eccleſiis, ſicut in Romano imperio, creuit auaritia, periit lex de ſacerdote & viſio de propheta. Singuli quique per potentiam epiſcopalis nominis, quam ſibi ipſi illicite absque eccleſia vindicarunt, totum quod leuitarum* (Diaconorum) *eſt, in vſus ſuos rediguntur, nec hoc ſibi, quod ſcriptum eſt, vindicant, ſed cunctis auferunt vniuerſa.* Et poſt pauca: *Solus incubat bonis, ſolus miniſterio vtitur, ſolus vniuerſa ſibi vindicat, ſolus inuadit partes alienas, ſolus occidit vniuerſos.* Tandem vero concludit: *Hinc propter ſacerdotum auaritiam odia conſurgunt, hinc epiſcopi accuſantur a clericis, hinc principum lites, hinc detractionis cauſa, hinc origo criminis.*

Tertius committitur per intrusionem violentam.

§. XXXIV. Sunt præterea (III) alii, qui se ingerunt & obtrudunt omni conatu inuitis, qui ab his, de quibus dictum est, in eo distingui possunt, quod in simoniacis, & qui *lucri* & *honoris* causa ambiunt officium sacrum, non semper talis *manifesta* adsit intrusio, sed magis *latens*; in his vero, de quibus nunc dicendi locus est, etiam *violenta* & *aperta*, contra voluntatem gregis deprehendatur occupatio vacantis ecclesiæ parochialis, quæ eo minus toleranda est, quo maiorem alienationem animorum operatur. Recte proinde COELESTINVS in *c. 13. D. 61.* ait: *Nullus inuitis detur episcopus, cleri, plebis & ordinis consensus & desiderium requiratur.* Quamuis vero hodie adhuc ius patronatus in nostris ecclesiis toleretur, nihilominus tamen ita exerceri debet, ne *inuitis* obtrudatur, præsertim si parochiani iustam dissentiendi causam allegare possint, de quo supra §. 22. actum est. Illustrabo hoc sequenti responso, ab Ill. facultate iuridica *anno 1669. M. August* hac de re concepto.

Ist euer Prediger M. C. R. verstorben, an dessen Stelle die Herren von L. als Patroni der Kirchen einen Studiosum T. S. zu solchem Pfarr-Amt wieder berufen, welchem ihr euch wegen seines ärgerlichen Lebens opponiret, und jetzo berichtet seyn wollet:

Ob erwehnter T. S. wider euren Willen euch zum Prediger könne gegeben und verordnet werden?

Ob nun wol an dem, daß das ius vocandi denen Zuhörern nicht, sondern denen Patronis ecclesiæ zustehet, und die Zuhörer sich denenselben in casu dubio zu conformiren verbunden seyn:

Weil aber dennoch denen Patronis gleicher gestalt oblieget, dahin zu sehen, daß solche Personen, so ein ärgerlich Leben geführet, zum Predigt-Amt nicht berufen werden mögen, allermassen wenn Lehr und Leben nicht übereinstimmet, durch böses Leben einer Gemeine ein grösserer Seelen-Schade zugefüget, als etwan durch die Lehre gebauet werden möchte, und von diesem T. S. berichtet wird, daß derselbe sich mit den Mägden hin und wieder geschleppet, ihnen Hoffnung zur Ehe gemacht, nichts desto minder sie wieder verlassen, er auch propter stuprum in die inquisition gerathen, und sonst ein zänckischer und eingebildeter Mensch ist, aus welchen Umständen nicht unbillig eine præsumtio eines auch künftig zu führenden ärgerlichen Lebens fliesset:

So erscheinet hieraus so viel, daß dieser T. S. zum Pfarr-Amte nicht zu lassen, und da es dennoch geschehen solte, hättet ihr euch bey der hohen Landes-Obrigkeit darwider billig zu beschweren, es wäre dann, daß dieser T. S. bey der inquisition unschuldig befunden, auch

sonst

ſonſt gnugſame Anzeigung eines gottfürchtigen und Chriſtlichen Lebens von ſich verſpüren lieſſe, alſo, daß man zu ſorgfältiger und einem Chriſtlichen Lehrer geziemender Verwaltung dieſes wichtigen Amts gute Hoffnung von ihm ſchöpfen könne, und die von L. als Kirchen-Patroni deſſen zureichende Verſicherung hätten, alsdenn wäret ihr euch dieſem T. S. ferner zu opponiren nicht befugt. V. R. W.

Ceterum ſi vel maxime inuito populo haud videatur dari, vel ex eo tamen adhuc poteſt vitium in ipſa occupatione eccleſiæ parochialis vacantis adeſſe, ſi nihilominus ſe ingerat per *clandeſtinas artes, machinationes, fraudulentas perſuaſiones, callidasque circumuentiones*, ad hoc tantum ſuſceptas, vt videatur a populo deſideratus eſſe. De his intruſionibus cauetur in *concilio Antiocheno c. 21.* relato in *c. 25. C. 7. q. 1. epiſcopus ſe ipſum ingerat, ne quidem ſi a populis violenter fuerit attractus.* Similiter in *concil. Sardic. c. 11. Si quis autem adeo inſanus aut audax inueniatur, vt de iis videatur aliquam afferre excuſationem, aſſerens, ſibi a populo allatas eſſe literas, clarum eſt, potuiſſe paucos aliquos mercede & pretio corruptos in eccleſia ſeditionem mouere, vt eundem vtique velint habere epiſcopum: omnino ergo has fraudes & artes puniendas eſſe exiſtimo &c.*

§ XXXV. His (IV) affines ſunt, qui per ſolam viam *gratiæ*, non *meritis*, nec adeoque diuinitus vocati, ouile Chriſti occupant. In hac *via obliqua* plerumque latitat myſterium iniquitatis, quia ita latenter ſerpit, vt haud poſſit adeo facile cognoſci. Peccant in hac re imprimis patroni, qui rariſſime eum quærunt præſentandum, qui eccleſiæ digne poſſit prodeſſe, ſed quem gratia ſua ſingulari complectuntur, propterea, quod hactenus vel pædagogus vel præceptor liberorum patroni fuerit, vel ipſe candidatus per nimiam ſubiectionem gratiam eius omnibus modis quæſierit. Et ſic α) a *parte patroni* adeſt peccatum, ſi propter ſolam *gratiam* aliquem eccleſiæ præficere intendit, id quod ſimoniæ alicuius occultæ ſpecies, quamuis minus propriæ, a GREGORIO reputatur in *c. 14. C. 1. q. 1. Sunt nonnulli*, inquit, *qui quidem nummorum præmia ex ordinatione non accipiunt, & tamen ſacros ordines* PRO HVMANA GRATIA *largiuntur.* De his porro in ſequentibus aſſerit, quod *ſimoniaci* videantur, *cum nummum expetant fauoris.* Tandem vero concludit: *Qui ergo ſacros ordines tribuit, tunc ab omni munere manus excutit, quando in diuinis rebus non ſolum nullam pecuniam, ſed etiam* HVMANAM GRATIAM *non requirit.* Hunc in finem grauiter idem admonet epiſcopos in *c. 16. C. 1. q. 1.* aiens: *Oportet ergo, vt neque per commodum,*

Quartus committitur per viam gratiæ, a parte patroni.

NE-

NEQVE PER GRATIAM, *aut quorundam supplicationem aliquos ad sacros ordines consentiatis, vel permittatis adduci.* Deinde β) etiam *a parte candidati*, qui promouendus est ad officium sacerdotale, idem vitium adest, si propter solam *gratiam humanam*, non ex meritis, inuadit ecclesiam parochialem. De his HIERONYMVS *in epist. ad Gal. c. 1.* ita censet: *Tertium apostolorum genus, quod ab homine, non a DEO est, cum hominum fauore & studio aliquis ordinatur, vt nunc videmus plurimos, non DEI iudicio, sed redemto vulgi fauore in sacerdotium subrogari.* Hæc praxis proh dolor! nostris etiam continuatur in ecclesiis, & hinc est, quod tot inutiles & plane inidonei parochias regant pastores, qui cum ab *homine* & non a DEO sunt, quid mirum, quod tam parum profint ecclesiis? IDEM grauius adhuc iudicium de huiusmodi vocatis fert in *c. 14. C. 8. q. 1.* his verbis: *Qui vos spernit, me spernit. Ex quo manifestum est, eos, qui apostoli lege contemta ecclesiasticum gradum non merito voluerint alicui deferre,* SED GRATIA, *contra Christum facere.* Si itaque tales antichristi sunt, quomodo digne possunt gregem pascere, quomodo eius ministerium subire?

Tum a parte candidati.

Quintus modus per potentiam fit vel deprecationes potentiorum.

§. XXXVI. In horum classem quoque (V) referendi sunt, qui vel aliorum *potentiam*, cui resisti non facile potest, in auxilium vocant, vel etiam per *supplicationes* seu *deprecationes* aliorum officium sacrum ambiunt. Si prius contingit, parum abest, quin per *concussionem* ecclesiæ vacanti se obtrudant, quæ vti in ciuilibus causis merito damnatur, ita multo magis reprobanda est in officiis eiusmodi, ad quæ quis purissima mente omnino accedere debet. Nec tantum illa hic intelligitur potentia, quando quis mediante imperio eius, qui terrere potest, vacantem ecclesiam occupat, sed etiam si potentis alicuius nudis *precibus* & *commendatione* vtitur, quia principum preces plerumque sunt iussiones. Notat rursus hoc vitium GREGORIVS in *c. 120. C. 1. q. 1. Nulla sit in ordinatione venalitas;* POTENTIA VEL SVPPLICATIO *personarum nihil aduersus hæc, quæ prohibemus, obtineat. Nam procul dubio DEVS offenditur, si ad sacros ordines quisquam non ex merito, sed ex fauore (quod absit) aut ex venalitate prouehitur.* Idem hoc vrget in *c. 119. C. 1 q. 1.* inquiens: *Eorum, qui in sacro ordine sunt collocandi, prius vitam moresque discutite, & vt dignos huic officio adhiberi possitis, non vobis* POTENTIA *aut* SVPPLICATIO *quarumlibet subrepat personarum.* Si posterius, per *supplicationes* & *deprecationes*, sese exserit, manifestum adest documentum, tales non a Deo, sed ab hominibus & per homines vocationem suam quærere. Quis vero nostrum hoc hodie reprobare solet? rarissime contin-

tingit, vt quis admoueatur officio sacro, nisi tot intercessiones, commendationes, supplicationesque præcesserint, vbi quisque tantum quærit commendationem suam in effectum deducere, haud inquirens, an commendatus officio sit sufficiens, nec ne? Imo hæc praxis hodie tam vsitata est, vt communiter id ipsum ne quidem pro vitio reputetur, quale tamen reuera est. In adductis textibus satis hoc confirmatur, quo etiam facit *c.117. C.1.q.1.* vbi rursus GREGORIVS ita: *Ideoque hortamur, vt nullus vestrum denuo hoc fieri patiatur, sed neque gratia alicuius, neque* SVPPLICATIONE *aliquos ad sacros ordines audeat promouere, nisi eum, quem vitæ & actionis qualitas ad hoc dignum esse monstrauerit.* Conf. *c.116. C.1. q.1.*

§. XXXVII. Denique (VI) pluribus aliis modis contingere potest, vt ideo vitium habeat vocatio, quia, neglecta communi vtilitate, ex aliis variis *falsis* & *illegitimis respectibus* facta est. Ecclesia est corpus aliquod morale, collegium, vbi non vnius alicuius lucrum spectandum, sed potius communis vtilitatis ratio habenda. Egregie hoc explicat GREGORIVS in *c.2. C.8.q.2.* inquiens: *Dilectissimi filii, officii nostri censuræ commoniti suademus, vt in hac suscipiendi antistitis causa nullus vestrum, neglecta vtilitate communi, suo lucro prospiciat; ne si quisquam propria commoda appetit, friuola æstimatione fallatur: quia nec libero iudicio præferendam sibi personam examinat mens, quam cupiditas ligat. Pensantes igitur, quæ cunctis expediunt, & quem vobis diuina gratia prætulerit, integerrimam semper in omnibus obedientiam præbete.* In hunc finem in electionibus prælatorum iuramentum præmittitur, vi cuius eligentes promittunt, se in eligendo vnice *ecclesiæ salutis* rationem habituros esse. Sed plerique *salutem ecclesiæ* non ex vero æstimant, & in quo forsan suis cupiditatibus vel desiderio aliorum satisfaciunt, in eo illam sitam esse autumant. Plures inepti sunt, vt, quid ecclesiæ conducat, perpendere vel nequeant, vel nolint, quod non sint ipsimet membra ecclesiæ, uti sunt patroni, Catholicæ religioni addicti, intuitu parochiarum, Augustanæ confessioni addictarum, qui non tam ecclesiæ prodesse, quam suo lucro & commodo præsentationem facere, merito præsumuntur. Alii impediuntur ob alias rationes vnice intenti esse saluti ecclesiæ, quo etiam imprimis refero, si προσωπολημψία vnicum vocationis fundamentum sit, quam canones antiqui, vti ex hactenus dictis patet, exclusam voluerunt. Pertinet huc, quod ex capitular. CAROLI & LVDOVICI Pii repetitur in *c.34. D.63. vt electiones fiant, remota personarum & munerum acceptione, ob vitæ meritum & sapientiæ donum, vt exemplo & verbis sibi subiectis vsque quaque prodesse valeant:* & quod GREGORIVS in

Sextus modus irregularis consistit in falsis & illegitimis respectibus.

c. 1. C. 8. q. 2. inculcat inquiens: *Illud quidem præ omnibus tibi curæ sit, vt in hac electione nec datio quibuscunque modis interueniat præmiorum, nec quarumlibet personarum patrocinia conualescant. Nam si quorundam patrocinio fuerit quisquam electus, voluntatibus eorum, cum fuerit ordinatus, obedire, reuerentia exigente compellitur: sicque fit, vt & res illius minuantur ecclesiæ, & ordo ecclesiasticus non seruetur. Talem ergo, te admonente, personam debent sibi eligere, quæ nullius incongruæ voluntatis deseruiat, sed vita ac moribus decoratæ tanto ordine digna valeat inueniri.*

In nonnullis ecclesiis parochialibus adhuc obtinet electio.

§. XXXVIII. Sed hæc quidem de *modis illegitimis*, occupandi parochias, sufficiant, qui vt plurimum *iuri patronatus* cohærent, & difficulter præcaueri possunt, quamdiu *ius patronatus*, vt *mercimonium* aliquod ciuile, exercetur. Reuertor vero ad *ecclesias parochiales*, non-patronatas, in quibus *electio* adhuc obtinet, cuius ritus variant. Vt plurimum moris esse solet, vt vel a curatoribus ecclesiæ denen Kirch-Vätern, vel a senatu oppidano tres vel quatuor candidati ministerii proponantur parochianis, qui, antequam electio solennis celebretur, prius ad concionem δοκιμαστικὴν admittuntur, quo facto dies electioni præfigi, & omnes parochiani per ædituum ad *actum electionis* vocari & citari solent. Post vbi in ipsa electionis die parochiani in ecclesia parochiali sunt congregati, præmittitur hymnus, & parochiani sui officii admonentur, vt secundum conscientiam suam eligant, talem scilicet, quem idoneum putant. Quo facto, viritim ad chorum accedunt, singulique vota sua in charta expressa offerunt scrutatoribus, qui, absoluta votorum collectione, ex votis maioribus designant futurum parochum. Hæc ratio eligendi, quo magis accedit ad morem apostolicum & primitiuæ ecclesiæ, ceu declarat ZIEGLER. *de episc. lib. 2 c. 1. §. 8. seqq* eo magis sine dubio probanda, quamuis, quod obiter notem, nec hic fraudes soleant deesse, præsertim si ante electionem vota coemuntur, vel aliæ fraudes in supputatione votorum fiunt, quæ tamen vitia non sunt *electionis*, sed *hominum eligentium*. Ceterum quid circa vota, modum votandi aliaque obseruari soleat, partim ex *tit. X. de elect.* partim ex consuetudinibus ecclesiarum addiscendum. Conf. *ius eccles. protestant. ad tit. de election.*

Ratio eligendi.

Ordinatio.

§. XXXIX. Legitime ita vocatus, vel a patrono præsentatus, si ministerio ecclesiastico nondum præfuit, *ordinatur*. Est autem ORDINATIO actus, quo vocatus, seu electus segregari dicitur a laicis, & in ordinem ecclesiasticum recipitur, per preces & manuum impositionem, solennibus adhibitis formulis, ita vt ei hoc ipso potestas docendi & ad-

mi-

miniſtrandi ſacra conferatur ab eccleſia parochiali, BRVNNEM. *iur. eccleſ. l. 1. c. 5. §. 10.* SCHILT. *inſtit. iur. can. lib. I. tit. 15. §. 1.* ZIEGLER. *de epiſcop. lib. 2. c. 9. §. 1.* vel, vt accuratius loquar, *vt poteſtas, per vocationem & electionem iam collata ſolenni ritu corroboretur & publicetur.*

§. XL. Ordinationem hanc eſſe iuris diuini, tralatitium eſt, idque communiter euincere ſolent *ex Act. 13, 2. 14. 20. 1 Tim. 4, 14. Act. 9, 12.* vbi Apoſtoli dicuntur *manus impoſuiſſe* iis, qui ad ſacrum miniſterium ſegregati erant. Sed diſtinctæ quæſtiones hic omnino excutiendæ ſunt, quæ non raro negliguntur: (1) an *manuum impoſitio* vnice eo in caſu facta fuerit, quando quidam ſegregati ſunt ad ſacrum miniſterium? Contrarium euincitur ex *Act. VIII. 17.* adeoque ordinationi ſoli non competit. (2) An *manuum impoſitione* Apoſtoli intenderint id, quod hodie in ordinatione intendere ſolent ordinationes, vt videlicet per ordinationem transferetur facultas docendi & adminiſtrandi Sacramenta? Certe Apoſtolorum temporibus manuum impoſitionem ſingulare donum fuiſſe conſtat. Cui manus imponebantur, participes fiebant gratiæ Spiritus ſancti. Inde SIMON hoc *donum* pecunia ſibi acquirere tentabat, vti conſtat ex *Act. VIII. 18. 19.* & PAVLVS ipſe *1 Tim. IV. 14.* hoc tanquam *ſingulare donum* prædicat in TIMOTHEO. Adhibita ergo quidem fuit *manuum impoſitio* ab Apoſtolis, etiam tunc, cum quidam ſingulariter deſtinarentur ad ſacrum miniſterium, non hoc tamen effectu, vt eo ipſo demum acciperent facultatem adminiſtrandi ſacra & docendi, ſed vt Spiritu S. implerentur. (3) An nemo admiſſus fuerit ad ſacrorum adminiſtrationem ſine tali manuum impoſitione? Hoc de MATTHIA, per ſortem electo, non lego *Act. I. 26.* PAVLO quidem ANANIAM manum impoſuiſſe conſtat: ſed non alium in finem, quam vt viſum reciperet, & gratia Spiritus S. repleretur. *Act. IX. 17.* Sic & BARNABAS iam ſacrorum adminiſtrationi vacabat, antequam manus ei imponerentur, vti conſtat *Act. XIII. 1.* & Saulo, licet iam ab Anania manus impoſitæ fuiſſent, & publice ſacra adminiſtraſſet, *Act. IX. 20. ſqq.* nihilominus tamen de nouo manus imponebantur. Ex quo apparet, *manuum impoſitionem*, ab apoſtolis factam, non *ſingularem ordinationem* indigitaſſe, vti apud nos, ſed alium habuiſſe finem.

An ſit iuris diuini?

Rationes dubitandi.

Manuum impoſitio ſingulare donum.

Non vbiuis adhibita.

§. XLI. Quod ſi ergo ordinationem ita conſidero, non poſſum admittere, illam eſſe *iuris diuini*. Vnde vt ex his laqueis ſe extricent, varie diſtinguere ſolent, v. c. inter *neceſſitatem medii & finis*, quam hic adeſſe negant, & inter *neceſſitatem mandati* morisque apoſtolici, vt & *expedientiæ*. Sed bene animaduertit STRYK. *in not. ad ius eccleſ.*

Quatenus ſit neceſſaria?

Brunnem. lib. 1. c. 5. §. 19. verb. sequitur ordinatio, vix mandatum Apostolicum *de necessitate ordinis* exstare in sacra pagina, nec promisisse Deum, se per hunc ritum daturum gratiam; erat enim manuum impositio, vti dixi, singulare donum apostolicum. Libera ergo & indifferenti vsurpatione ab Apostolis adhibitus fuit ille mos, nec ad solam ordinationem alligatus, vt ait ZIEGLER. *de episc. l. 2. c. 9. §. 2.* simulque ostendit, ritum illum χειροθεσίας apud Iudæos maxime vsitatum & solennem fuisse in omni tam sacra quam ciuili promotione, eumque ab apostolis libera vsurpatione retentum fuisse.

Indifferens fuit.

An sit iuris diuini quoad segregationem?

§. XLII. Quodsi cum SCHILTERO *inst. iur. canon. lib. 1. tit. 15. §. 1.* velim asserere, illam esse iuris diuini, quoad *separationem a laicis* & *destinationem ad ministeria sacra*, non amplius videtur ordinatio necessaria esse. Nam per solam *vocationem* seu *electionem* ad *munus* sacrum quis destinatur ad hoc munus, & ita illa foret iuris diuini, nec vlteriori ordinatione amplius opus, vti de MATTHIA electo constat. Deinde talis separatio a laicis, qualis hodie fit per ordinationem, incognita erat Apostolis; quomodo ergo potest dici esse iuris diuini? Separabantur PAVLVS & BARNABAS *Act XIII. 2.* non a *laicis*, sed ad *certum ministerium*, h. e. a Spiritu S. *immediate* destinabantur ad illam expeditionem, ad quam vocati erant, & ita quasi ablegabantur.

Separatio quomodo olim facta.

Non facile omittenda hodie.

§. XLIII. Est ergo ordinatio mos quidem antiquissimus ecclesiæ, sed indifferenti ratione adhibitus, nulloque mandato diuino constans. Interim cum in ecclesiis nostris retineatur, non dubium, quin non nisi summæ necessitatis casu omitti debeat, vel saltim propter scandalum *novitatis* (quod infirmioris ingenii homines facile inde trahunt) euitandum. STRYK. *cit. l.* Interim vt præcise velimus omnem efficaciam sacrorum suspendere ac hoc ritu, nemo facile asseret, nisi qui superstitioni totus immersus. ZIEGL. *c. l.* Confer, quæ pluribus hac de materia dixi in *iure eccles. protest. lib. 1. c. 11. §. 10 seqq.* vbi etiam consensum nostrorum theologorum adduxi.

Quatenus episcopis competat.

§. XLIV. Sicuti vero ordinationis actus *indifferenti vsurpatione* in primitiua ecclesia adhibitus, ita facultas ordinandi episcopis quidem in concilio Nicæno *c. 4.* adscribitur; verum non iure diuino, vti falso existimat M. A. DE DOMINIS, cui satisfacit SCHILT. *tr. de libert. eccles. germ. c. 2. §. 15. sqq.* sed itidem mere humano. Quamuis itaque nostris in ecclesiis expediatur per superintendentes, non dubium tamen, quin etiam per alium fieri possit, cui ab illo, cui iura *circa sacra* competunt, hæ vices demandatæ sunt. BRVNNEM. *l. eccl. lib. 1. c. 5. §. 15.*

§. XLV.

§ XLV. Illud propius ad ius parochiale spectat, quod nemo ordinari possit *absque titulo*, h. e. nisi quis vocatus sit ad certam ecclesiam seu munus ecclesiasticum actuale. SCHILT. *inst. iur. can. cit. l. §. 5.* ZIEGLER. *de episc cit. l. §. 5.* Sicuti vero ordinatio ipsa iuris diuini non est; ita nec hoc ipsum ad ius diuinum referri potest. Prouocare quidem solent ad *Act. VI, 6. XIII, 2. 3.*; verum inde nulla necessitas colligitur; vti iam supra dixi, & si ex manuum impositione liceret inferre ordinationem, conspicuum est, Paulum fuisse ab Anania ordinatum non ad certam aliquam ecclesiam, sed *in genere* ad ministerium verbi diuini. Imo qui ablegabantur ab apostolis iussu Spiritus S., non ad certam aliquam parochiam vel ecclesiam destinabantur, vti de BARNABA & PAVLO constat, sed *in genere* ad prædicandum euangelium & conuertendos gentiles, eosque, qui CHRISTVM non agnoscebant. Vnde in Anglia ordinari solent magistri absque speciali vocatione ad certam aliquam parochiam, vt ex HVGONE GROTIO docet STRYK. *cit. l. ad §. 21.* Ordinatio non est absque titulo.

§. XLVI. Ordinatus ita parochus confirmatur a consistorio, quem in finem ei *literæ confirmationis* tradi solent. CARPZ. *iurispr. eccl. lib. 1 tit. 4. def. 52.* Equidem CARPZ. *cit. l. n. 2.* dicit, optime conuenire hoc cum præcepto Apostoli, cum hic velit, vt episcopus bonum habeat testimonium ab extraneis, *1 Tim. III*, 7. sub quibus etiam intelligendos putat esse eos, a quibus ordinatus est, vt qui plerumque sint extra particularem illam ecclesiam, quæ ordinando commissa fuit. Verum PAVLVS potius videtur respexisse ad testimonium *practicum*, & ipsis moribus demonstratum, quam *chartaceum*, h. e. vt tali innocentia vitæ præditus sit, per quam etiam aliis iam optime sit cognitus Neque apostolus per *extraneos* hic intelligere potest illos, qui sunt extra parochiam, vti CARPZOVIVS existimat cum suo BALDVINO; vbi enim tunc erant parochiæ? Ita misere sæpe detorquentur dicta Biblica, dummodo inde necessitatem quandam *iuris diuini* inferant. Confirmatio. An ex S. Scriptura probari possit.

§. XLVII. Illud vero non prætermittendum est, plerumque hodie solere ordinatos, antequam confirmantur, adigi ad *iuramentum religionis*, quo adstringuntur ad credenda & docenda ea, quæ in symbolis ab *ecclesia*, vt loquuntur, *repræsentatiua* confictis traduntur, per quod quidam iuramentum nullam vim conscientiis inferri volunt, quamuis de hac tortura iam plurimi, iique non soli Arminiani, ceu panegyristæ eiusdem docent, conquesti sint. Iuramentum religionis.

Eius iniquitas.

§. XLVII. Certo respectu de huius iuramenti iniquitate edisserui *in diss. de contractu non prælecto c. 2. §. 16 sqq.* Si dicendum, quod res est, iuramentum illud originem ducit a *fide formularia*, qua semel per symbola introducta, & hominibus præscripta, nihil facilius fuit, quam homines ad talem fidem formulariam per *iuramenta* adigere, ne vel quoad syllabam quidem inde recederent, id quod tamen iis, qui iurant in verba magistri, h. e. sectariis, relinquendum erat. Frustranei certe sunt omnium, quotquot sunt, conatus, quand hoc iuramentum a *coactione* & *constrictione conscientiarum* liberare intendunt. Nonne satius erat, ordinatum sui officii admonere, & ipsi sine iuramento electionem dare, vtrum verbum Dei secundum interpretationem Symbolorum, in illa parochia, cui præficitur, receptorum, tradere velit, an vero plane non suscipere officium? Cur præcise per *iuramentum* ad hoc adstringendus? Scilicet illud, qui hoc defendunt, intendere videntur, non vt solum publice doctrinam, symbolis illis receptis conformem, ordinatus tradat, sed imprimis, vt hoc vinculo adigatur, ne ipse quoad suam fidem aliter credat, quam quatenus libris symbolicis ipsi præscriptum. Latent adhuc in scriniis magni alicuius ICti meditationes manuscriptæ, ante plures annos ab ICto quodam Saxonico, IACOBO SCHVLTESIO, constructæ contra hoc religionis iuramentum, quæ suo tempore lucem respicient, & fusissime iuramentum hoc conculcabunt. Conf. interim Arnold in der Ketzer-Historie *P. 2. lib. 16. c. 18. §. 5. sqq.*

Hypotheses, secundum quas iudicatur de iuramento religionis.

§. XLVIII. Breuibus totum negotium hisce comprehendi potest hypothesibus; (1) omne iuramentum habet tres comites: *veritatem, iudicium & iustitiam.* Iudicium exactam totius negotii scientiam requirit. Iustitia obiectum respicit, de quo licite iuretur. (2) Iuramentum ideo præstatur, vt vel de eo, quod factum est, testimonium perhibeam, vel vt religiose fidem faciam de iis, quæ in futurum sunt peragenda (3) De iis tantum potest quis a magistratu compelli ad iuramentum, quæ magistratus & hominum dispositioni sunt subiecta, & in quæ imperium exerceri potest. (4) Quæ ad *intellectum* & *credenda* spectant, & vnice *spirituali operatione* in animis hominum perfici debent, nullo vinculo externo possunt constringi. (5) Per vocem *religionis* in hoc iuramento nihil aliud intelligi potest, quam *fides formularia* & *conceptus intellectualis* de spiritualibus & mysteriis. (6) Spiritualia spirituali ratione sunt tractanda. (7) Interpretatio voluntatis alienæ dubiæ parit *fidem*, non indubiam *veritatem.*

§. L.

§. L. Ex hiſce hypotheſibus, quæ a diſſentientibus in dubium vocari nequeunt, *iuramentum religionis* diuelli poteſt. (1) Non iuratur ibi de iis, quæ in futurum agenda vel omittenda, ſed quæ quis *intellectuali conceptu* credere velit. (2) Si vrgent, fidem formulariam eſſe *verum & ſalvificam fidem*, (& quidni vrgerent, cum ſymbolum Athanaſianum id conſtantiſſime vrgeat, & plures θεοπνευστα in ſymbolis noſtris agnoſcant? vid. WERNSTORFF *de libr. Symbol.*) medium hoc iniuſtum eſt. Spiritualia enim humanis modis non ſunt pertractanda. Symbola ſunt interpretatio ipſius S. Scripturæ. Ergo ad *intellectum* ſpectant: abſonum autem eſt, per iuramentum aliquem ita adigere, vt promittat, ſe non aliter velle Scripturam S. intelligere, quam quatenus alter eam intelligit. Interpretatio Scripturæ S. debet eſſe libera, & nullis aliis vinculis conſtricta, quam quæ in ſacris literis ſunt præſcripta. Deinde interpretatio Scripturæ S. opus intellectus eſt illuminati. Qui itaque iuramento homines adigunt, vt non aliam recipiant interpretationem, quam quæ iis præſcripta eſt, efficaciam illuminationi Spiritus S. detrahunt. (5) Nemini competit ius in conſcientiam alterius. Et tamen per *iuramentum religionis* exercetur imperium & ius alterius in conſcientiam, dum adſtringitur ad ſequendam alterius fidem formulariam. (6) Symbola, quatenus *normæ & legis* inſtar ſunt, per ſe iam a iuſtitiæ tramite deflectunt, quidni ergo iuramentum, quod ad talia ſymbola præſtatur? (7) Iuramentorum præſtatio inprimis eo reſpicit, vt ei, cui iuramentum præſtamus, ius acquiratur; cui vero ius acquiritur *ex iuramento religionis*? Ecquis propter religionem ius in me prætendere poteſt? Nullius ergo erit momenti hoc iuramentum, cum ſoli Deo propter meam religionem rationem reddere debeam, non hominibus. (8) Iuramentum non debet eſſe otioſum & fruſtraneum. Aſt religionis iuramentum revera eſt fruſtraneum, cum qui dubia circa ſymbola concipit, putat, ſe hactenus erraſſe, & inde ſtatim concludit, ſe ad errorem retinendum haud fore obligatum, cum iuramentum vinculum iniquitatis eſſe non debeat. Conf. THOMA. im Fürſten-Recht der *Theol.* Streit Sachen *th. 14. §. 3. ſqq.* Non verboſus ero in reiiciendis argumentis contrariis, cum tam inania ſint, vt refutatione peculiari non indigeant, & iam hoc præſtitum *in cit. diſp. de contractu non præl.* Applicantur hypotheſes ad iuramentum religionis.

§. LI. Parochus, ita ordinatus & *confirmatus*, tandem *inueſtitur*. Hac INVESTITVRA, vt loquar cum CARPZOVIO *lib. 1. tit. 4. def. 54. n. 3.* inter eccleſiam h. e. paroecianos & clericum ſiue parochum contrahitur Inueſtitura.

Effectus inveſtituræ.

tur vinculum ad inſtar *coniugii*. Reſpexit videlicet CARPZOVIVS ad indolem iuris parochialis, vti eſt, non vti eſſe debebat. Sicuti enim vinculum firmiſſimum in coniugio deprehenditur, ita vt vxor marito adhærere teneatur: ita itidem volunt, per hanc inueſtituram conſtitui tale vinculum inter parochum & parochianos, vt nec ille ſuam eccleſiam deſerere, nec hi alibi ſacris vacare poſſint. Procedamus vlterius ex mente vulgi: ſicuti vxor marito publice per copulationem ſacerdotalem traditur, ita & per inueſtituram hanc parœciani parocho traduntur, & obligatio parochianorum conſummatur. Quod ſi aliud ſimile ab *inueſtitura feudali* alicui arrideat, quaſi hac ratione ſimul aliquod *dominium vtile* in parœcum transferatur; me quidem non habebit diſſentientem, cum vtique in tertio quodam conueniant. Hæc quidem & talia ſimilia rem quodammodo exprimunt, ſed non vltra id, in quo tertium comparationis continetur, extendenda. Sic inde non inferre licet, quaſi eccleſia ita deſponſetur paſtori ſuo, ſed potius Chriſto per paſtorem tanquam paranymphum.

Inueſtitura eſt inſtar vinculi.

Inueſtitura quid?

§. LII. Imprimis itaque ad *ius parochiale* hæc inueſtitura referenda, cum actualiter demum per illam ipſam quis parochus certæ alicuius eccleſiæ conſtituatur, electione tantum ius aliquod *certum*, ſed non *actuale*, & per *traditionem vel quaſi* confirmatum, tribuente. Vnde recte etiam definitur a CARPZ. *cit. l. n. 1.* quod ſit *actus eccleſiaſticus ſolennis, quo perſona ad miniſterium legitime vocata & ordinata, gregi in eccleſiam ſuam inſtituitur, & in poſſeſſionem officii ſui actualem deducitur, & quidem palam ac publice, vt omnis euitetur ſuſpicio.* Vnde etiam Germanice vocatur die Einweiſung, oder Einführung, Introducirung. De hac videtur intelligenda lex Suecor. *lib. 1. c. 5.* ex edit. IO. MESSENII, vbi ita diſponitur: *Poſtquam presbyter aſſumtus eſt de epiſcopi & parochianorum conſenſu, aſſignabunt parochiani eccleſiam presbytero & ipſius eccleſiæ ornamenta, quæ presbyter deinde campanario demandabit.*

Neceſſitas inueſtituræ.

§. LIII. Ex quo facile apparet, quantum parochorum intereſſit, ne hæc inueſtitura omittatur. Quamuis enim ad præuiam *electionem* electus adminiſtrauerit officium ſuum, vt, neceſſitate forſan ita ferente, inueſtiri ſolenniter non potuerit, & eccleſia parochialis ei tradi; nihilominus tamen eum adhuc inueſtiendum eſſe volunt. *Eſt enim inſtitutio*, inquit MEV. *3. D. 133. n. 7. quædam velut traditio poteſtatis verbi & clauium in eccleſia, quæ ideo publice neceſſaria, vt nemo ſe in eccleſiam eiusque curam intrudat, eccleſia verum ſuum paſtorem noſcat, paſtori illa concredita habeatur, & quod inter vtrumque indiſſolubile eſſe debet,*

bet, inter commendationes & preces eo ſolidius firmetur, omnisque ſuſpicio & auſus tollatur. Hæ rationes id quidem euincunt, *vtile* omnino eſſe, vt talis ſolennis inueſtitura adhibeatur neque adeo omittatur, quod non nego: interim ſi ſemel omiſſa, ſi quis iam per aliquot annos functus eſt officio, ſi eccleſia parochialis hunc pro ſuo parocho agnoſcit, & ita parochus talis iam in *actuali poſſeſſione* ſui officii conſtitutus eſt; ſuperuacanea videtur omnis *ex poſt facto* ſuperueniens inueſtitura. Aut enim inanis tunc ceremonia eſt, aut dicendum, quod omnes actus, ante inueſtituram ſuperuenientem in eccleſia geſti, a tali parocho, non inueſtito, ſint illegitimi. Poſterius admitti nequit, cum omnium confeſſione *inueſtitura* non ſit de ſubſtantia miniſterii. Ergo, vt prius admittatur, neceſſe eſt. Neque obſtat, quod omiſſio piæ ſolennitatis non ſit ſine peccato. Nam & nimia ſuperſtitio quoque non eſt ſine peccato, quaſi quis non poſſit legitime adminiſtrare, niſi de nouo inueſtiatur.

An omiſſa ſupplenda?

§. LIV. Illud interim non nego, inueſtituram ipſam *ab initio* vtiliſſime adhiberi. Solent enim huic actui regulariter adiungi preces, & cohortationes ab inueſtiente fieri, quibus tum parochus tum parochiani ſui officii admonentur, quales hodie omnino neceſſariæ ſunt, ſi modo recta ratione & absque omni zelotypia fiant. Quandoque enim inueſtientes ſuis affectibus indulgent, & cum amorem parœcianis erga parochum placida exhortatione & commendatione conciliare debuiſſent; anſam potius dant verbis ambiguis ad diffidentiam, quod ne fiat, omnino totius eccleſiæ intereſt.

Cur vtiliſſime adhibeatur?

Inueſtitura debet eſſe affectibus libera.

§. LV. Inueſtitura illa communiter fit a *ſuperintendente*. Alicubi ab inſpectore & *paſtore primario*, vti hic loci: alicubi a collega illius eccleſiæ, cui inueſtiendus adiungitur. In genere requirunt, vt is inueſtiat, qui ipſe eſt inueſtitus. SCHILT. *inſtit. iur. can. lib. 1. tit. 16. §. 11.* Hinc laicum admittere non vult MEV. *P. 3. D. 134.* quod etiam approbat BRVNN. *iur. eccleſ. 9. l. 1. c. 5. §. 27.* cum actus proprius ſit *eccleſiæ*, nec magiſtratui, qua tali, competat. Sed nullam rationem video, quare etiam magiſtratui oppidano, præſcriptione immemoriali munito, hoc ius competere non poſſit, cum hic actus ſit *iurisdictionis eccleſiaſticæ*, quam etiam magiſtratus oppidanus, legitima præſcriptione munitus, exercere poteſt, prout oſtendi *in tract. iur. eccleſ. proteſt. lib. 1. tit. 31. §. 55.* Sic etiam in nonnullis locis ad patronos ſpectat, qui eam expediunt per perſonas, ad id qualificatas, & idoneas. KOPPEN. *dec. 1. enucl. 2. n. 50.*

A quonam fiat?

Censentur quoque bona parochialia tradita.

§. LVI. Cum itaque inuestitura coniunctionem quandam realem inter parochum & parœcianos ex praxi, ita recepta, inducat; simul inde omnia bona parochialia parocho eo ipso *tradita* censentur, ad exemplum *inuestituræ feudalis*, quæ *symbolicam* quandam *traditionem* continet rerum, in feudum datarum. SCHILT. *in comm. ad ius Allem. feudal. c. 4. §. 2. & 3.*

Cur remedia ciuilia his applicentur?

Hinc etiam remedia retinendæ possessionis huc vulgo applicant; vid. FRANC. DVAREN. *de sacr. eccles. minist. lib. 7. c. 11. p. 393.* Neque mirum hoc cuiquam videatur, quod de officiis hisce sacris remedia dentur ciuilia. Postquam enim ius parochiale *ciuili modo* acquiritur, possidetur & pertractatur, & *proprietatem* quandam inuoluit, adeoque, prout ius parochiale hodie in praxi exercetur & approbatur, in *bonis parochi* esse recte dicitur: necessario quoque *remedia ciuilia* producere debuit.

Cur dimissionem ministrorum ecclesiæ denegent etiam principi?

Inde quoque colligunt, parochum talem sine sufficientissima causa remoueri aut dimitti non posse, adeo vt, qui tale quid suscipere audeat, *sacrilegium*, einen Kirchen-Raub committere dicatur. Prouocant ad *tom. V. Ienens.* LVTHERI *fol. 328.* vbi formulam præscribit cuidam, cui remotio imminebat, pro cathedra sacra pronunciandam: Bedinge hiemit, daß dieſe Pfarre meine ſey, und mir befohlen, das Predigamt zu verſorgen und zu beſtellen, will ſolches Amt auch nicht laſſen, noch übergeben, aber weil es mir mit Gewalt genommen und abgedrungen wird, will ichs leiden, und mir laſſen geraubt und genommen ſeyn, und alſo eine Zeitlang weichen von hinnen, bis mirs GOtt wieder einräumet. Will indeſſen zuſehen, wer ſo dürſtig ſeyn will, der ſich in meine genommene und geraubte Pfarre ſetzen darf, und mit was Gewiſſen er mein Amt beſitzen möge. Equidem non hic locus est, agendi de *dimissione ministrorum ecclesiæ*; interim obiter tantum obseruo, parochis reuera hoc ipso talem *proprietatem* in parochiam assignari, vt ipsi quidem, aliorsum vocati, eam pro lubitu relinquere queant, si modo *diuinæ vocationis* prætextum vel causam allegare queant; sed nemini, nec principi, nec episcopo, vt sat imprudenter quidam sentiunt, integrum sit, eos dimittere, antequam pleniſſime de facinore quodam, processu legitimo interueniente, conuicti sint. Cur? quia deturbantur ex sua parochia, tanquam proprio quodam territorio. Non approbo *iniquas depositiones*, quæ sine vlla iusta causa nonnunquam fieri possunt: possunt hæ esse iniquæ in se, vt tamen, si fiant, *effectum iuris* sortiantur, nec princeps obstrictus sit, vt se cuidam iudicio humano, aut cognitioni, vtrum recte dimissus sit minister ecclesiæ? subiiciat. Hoc tamen merito reprobandum, si dimittendus

tendus se opponit suo principi, si minatur, si *scriptis* & *viua voce* clamat, & si post dimissionem suam adhuc pristinos titulos sibi arrogat, prætenditque, se nec esse dimissum, nec potuisse dimitti; non fuisse in arbitrio principis, ipsum dimittendi. Sane si princeps vel magistratus peccauit in dimittendo, hic multo magis peccat in contumacia, inobedientia & resistentia, quasi parochia ita sit in patrimonio, vt ab ea nullo modo, nisi propria voluntate, diuelli possit. Tales non cogitant; *quod vni iustum, alteri quoque iustum esse debere.* Sibi libertatem adscribunt, vt possint deserere ecclesiam & officium deponere; sed vt princeps, parem libertatem, eos dimittendi, habere debeat, admittere nolunt. In priori casu, non necessariam esse causæ cognitionem & sententiam, aiunt: sibimet ius dicunt, sibi sententiam ferunt, declarantque vocationem esse legitimam, si discedere volunt; posteriori casu autem ad processum, ad legitimam probationem, ad sententiam prouocant, alioquin *furtum parochiæ* fieri credunt, imo cum principe de *sacrilegio commisso* contendere intendunt, quo nihil absurdius dici, vel fingi potest. Sed hæc ὡς ἐν παρόδῳ.

§. LVII. Illud interim certum est, quamuis *causæ parochiales* vulgo ad *consistoria* referantur: vbi tamen de *retinenda* vel *recuperanda possessione* tantum agitur, cognitionem ad *magistratum secularem* etiam spectare, non tantum ad ecclesiasticum. DVARREN. *cit. l.* Ipsum enim possessorium rei alias spiritualis, vt vulgo dicitur, non est spirituale, quia, licet respectu ecclesiæ agatur, non tamen de *iure spirituali* disputatio instituitur, sed tantum super *facta possessionis* quæritur. GAIL. *1. obs. 38. n. 2.* Equidem in contrarias abit partes ALEX. SPERELLVS *decis. for. eccles. 8. n. 25.* motus præcipue ea ratione, quod in iis possessoriis *titulus* sit probandus, & ideo hoc possessorium *spirituale* dici mereatur, cum simul de *iure* quæstio vertatur. Responderi tamen posset, probationem tituli tantum fieri *summariter* & *per accidens*, vt alio modo tantum de *iustitia possessionis* constet: non tamen propterea mutari naturam *possessorii*, nec *petitorium* definiri.

Possessorium de parochiis ad secularem iudicem spectat.

Refutatur Sperellus.

§. LVIII. Vnde illud quoque hic obseruandum, licet inuestitura *possessionem* transferat, & effectum agendi ex interdicto *retinendæ possessionis* producat; non tamen possessorium inde nasci *purum* sed *mixtum*, h. e. non sufficere solam possessionis allegationem, sed etiam illam ipsam *titulatam* esse debere. DVARREN. *cit. l. p. 394.* Quamuis enim alias nemo titulum suæ possessionis edere teneatur, per *l. cogi 11. C. de petit. hæred.* aliud tamen est in *beneficiis ecclesiasticis*, quia hæc absque *legitimo*

Possessorium de parochiis est mixtum.

titulo possideri nequeunt. *c. 1. de R. I. 6. ibique* BRVNNEM. *in not.* GVIL. PAP. *decis. 85.* PVTEVS *decis. 39. lib. 1.* ALEX. SPEREL. *decis. for. eccl. 8. n. 22.* STRYK. *diss. de necessit. edend. titul. possess.* vbi toto *cap. 5.* necessitatem edendi titulum possessionis in *beneficiis ecclesiasticis* erudite examinat & explicat, ad quam B. L. breuitatis studio iam remitto.

Oritur inde necessitas residentiæ.

§. LIX. Denique ex hac per *electionem* & *inuestituram* orta reali coniunctione oritur quoque is effectus, vt parœcianos suos parœcus nec deserere, nec temere a parochia abesse queat. Nam etiam iure canonico diserte prouisum, vt parochi in sua parochia *personaliter* resideant, cum aliter non possint recte fungi proprio officio. BARBOSA *de offic. vel potest. paroch. p. 1. c. 8. n. 1.* Hoc *iure diuino* quoque præcipi & constitutum esse, canonistæ volunt, quorum congeriem adduxit BARBOS. *cit. l.* quod omnino admitto, quia curam gerere debet ouium, sibi commissarum. Neque enim potest parochus absens facere illa, quæ sui sunt officii, hortari, consolari, statum omnium explorare, tentatos erigere, ægrotis adesse &c. Conf. GISB. VOETIVS *polit. eccles. p. 2. l. 2. tr. 3. c. 4. qu. 4.*

An papæ dispensatio hic admittatur?

In eo tamen sibi non constant, vtrum dispensatio hic admitti queat? Quidam papæ eam tribuunt, docentque, præcise voluntatem DEI non esse, vt parochus teneatur residere, quando pontifex eum ab *obligatione residendi* liberet. Verum quilibet facile animaduertit, hanc decisionem redolere vicariatum prætensum CHRISTI, quem non agnoscimus, ne dicam, eam nos proprie non tangere, qui maiestatem papæ reiicimus.

Parochi absque graui causa abesse nequeunt.

Illud interim concedimus, parochum, præsertim si alios non habet collegas in parochia, absque legitima & prægnanti causa a sua parochia abesse non posse. Cum enim parœciani semel se ei addixerint, & plerique se alios adorare Deos existiment superstitiose, si alia in parochia sacris vacent, imo per leges parochiales ne quidem id permissum esse videatur, vti suo loco docebimus, & denique absente parocho rudis plebecula omnem suum cultum diuinum conquiescere conqueratur: *præsentia* parochi omnino est necessaria. Proinde parochorum peregrinationes promiscuæ, solius recreationis causa susceptæ, ansam dare possunt suspensioni vel remotioni ab officio, quippe qui non recte eo ipso funguntur. Ea de causa pronunciatum ab illustri facultate iuridica Hallensi, Mens. Iul. 1700. daß Beklagter die von ihm selbst zugestandene excesse, nach der geschehenen ernstlichen Verwarnung, dennoch abermal eigenmächtig vorgenommenen Reise, und wider die Kläger gebrauchte heftige ärgerliche Predigten, alles Ernstes zu verweisen, und wieder darüber auf

ein

ein halbes Jahr cum effectu und auch in Anſehen des Salarii ab officio billig zu ſuſpendiren, auch iſt er nach Verflieſſung ſolcher Zeit, ehe und bevor er ſeinen Unfug öffentlich erkant, ſelbigen der Gemeine abgebeten, und ins künftige rechtſchaffene Beſſerung zugeſaget, nicht wieder zum Amte zuzulaſſen, ſondern es ergehet ſodenn, im Fall der Wegerung, ſeiner Perſon halber ferner, was recht iſt. V. R. W. Hunc in finem quoque in concilio Sardicenſi *cap. 12.* conſtitutum, ne clerici vltra tres ſeptimanas extra ſuam parochiam degant, ne res propter ipſorum abſentiam aliquid detrimenti patiantur. An autem & quatenus tempore *peſtis* vel *perſecutionis* parochus a ſua parochia recedere poſſit, plenius disquirit BRVNNEM. *in iur. eccleſ. l. 1. c. 6. m. 10. §. 12.* ibique STRYK. *in not.* & ab hoc allegatus BOVVLES in *paſtor. euangel. lib. 3. c. 8.* Ipſemet BARBOSA *c. l. P. 1. c. 8. n. 34.* tria requirit, vt parochus vere reſideat: (1) vt in propria eccleſia, (2) vt perſonaliter, (3) vt continuo, cui addi poteſt (4) vt etiam *cum effectu* reſideat. Quamuis enim parochus *perſonaliter* reſideat, otioſus tamen fit, & ita *materialiter*, vt loquitur BARBOSA *cit. l. n. 40.* reſideat, curam ſuarum ouium mercenariis quibusdam committens: non videtur reſidere. Conqueritur hac de re IO. SANCI *Select. Diſp. 47. n. 7.* cuius verba a BARBOSA *cit. l. n. 41.* adducta ſunt hæc: *Hinc inferas proh dolor! quam male aliqui parochi ſe gerant, Sacramenta* (adde conciones) *nunquam aut fere nunquam adminiſtrantes, & ſuarum ouium curam mercenariis committentes: qui cum vt plurimum Sacerdotes egentes & inopes ſint, timeri non imprudenter poterit, potius rationem habituros, quærendi ab ouibus victum, quam curam medendi infirmitatibus animæ: complacere eis ſtudentes, quando reſpuendæ, & reprehenſionis gladio ſunt feriendæ. Nec ſcio, qua cœcitate dicti parochi hæc non aduertant tam clara & quaſi cœcis nota.* Ceterum non reſidentes, nec ſeruitium debitum facientes, fructibus quoque parochialibus indigni ſunt, vnde & hos recipere non poſſunt; modo aliunde alimenta habeant, ne alias cum dedecore clericatus mendicare teneantur, vt ait ALEX. SPERELL. *deciſ. for. eccleſ. 67. n. 6.* quæ tamen ratio apud nos non attendi ſolet, vt praxis teſtatur.

Quomodo parochus vere reſideat?

§. LX. Supereſt, vt quædam addamus de vltimo huius capitis membro; ſcil. de *qualitatibus* & *proprietatibus* parochorum. Plenius has exhibent & pertractant Canoniſtæ ad tit. *de vita & honeſtate clericorum*, quo etiam referri poteſt DANIEL HANNIBAL FABROTTVS *de vita & honeſt. cleric.* BARBOSA *de offic. & poteſt. paroch. P. 1. c. 2. n. 6. & 7.* vbi plena manu totam hanc materiam ſiſtit, quæ omnia ſub examen reuocare,

Qualitates parochorum.

non lubet. In compendio eas recenſet BRVNNEM. *de iure eccleſ. lib. 1. c. 5. §. 12. ſqq.* vbi & requiſita quædam neceſſario attendenda præmittit. Ego, ne tædioſe omnia Dd. conſarcinata tradita repetere velle videar, quæ quoque ita comparata, vt parocho vnice non ſint propria; vnicam tantum & principalem in parocho quolibet requiro qualitatem, quæ a plurimis tamen, proh dolor! abeſt, videlicet: *Vt ſit Chriſtianus.*

Debet eſſe Chriſtianus; et quidem verus.

§. LXI. Tam hebetis ingenii arbitror fore neminem, qui non intelligat, me non loqui de *Chriſtianis*, prout omnes hoc titulo inſigniuntur, etiam hypocritæ & peſſimi. Illi *vocantur* tantum, ſed non *ſunt* Chriſtiani. Parochus autem debet *vere* eſſe Chriſtianus, ſub qua qualitate omnia illa comprehenduntur, quæ alias in quouis clerico commendari ſolent. Communiter quidem *eruditionem* principaliter requirere, & primo loco nominare ſolent, cuius rei ratio manifeſta eſt, quia plerique *intellectu* tantum credunt, & omne ſuum ſolatium vnice in *orthodoxia*, ſeu in *recta opinione de Deo* quærunt, quæ vtique eruditionem multam requirit, præſertim ſi ſubtili ingenio myſteria ſacra ſecundum formulas præſcriptas indagare, populoque inculcare allaborant. Verum tales ſuo ſenſu abundent. Repono tantum iis illud BRVNNEMANNI *de I. eccleſ. lib. 1. c. 5. §. 9.* vbi ita: *Mundus hodie non opus habet multa eruditione, ſed in pietate informetur, quæ plane videtur mortua. Experientia docet, pios eccleſiæ miniſtros plus ædificare in eccleſia, quam doctos ſemipios. Plus enim poſſunt in eccleſia exempla, quam nuda verba.* Huc quoque reſpexit PETRVS DE ALLIACO Cardinalis Cameracenſis in *Canonibus ſuis reformandi eccleſiam*, in Concilio Conſtantienſi oblatis, vbi *cap. 6. in f.* ita loquitur: *Nihil eſt, quod tam efficaciter poſſit ſiue ad bonum ſiue ad malum Principes & alios laicos inducere, ſicuti facta eccleſiaſticorum exemplaria. Ideo exemplaria eccleſiaſticorum ſunt neceſſaria. Ideo ſuper illud Matth. XXI. intrauit Ieſus in templum &c. dicit Chryſoſtomus. Sicut de templo omne bonum egreditur, ita de templo omne malum procedit. Si enim Sacerdotium integrum fuerit, tota eccleſia floret; ſi autem corruptum fuerit, omnium virtus & fides marcida eſt. Sicut cum videt arborem pallentibus foliis, iutelligas, quod vitium habeat in radice: ſic cum videris populum indiſciplinatum, ſine dubio agnoſce, quod ſacerdotium non ſit ſanum.* Vid. *concil. Conſtant.* ex edit. von der Hard, *t. 1. P. 8.* Quod ſi tamen ad praxin reſpicias, heu in contraria ruunt! *Pietas* ſincera & vera ſtatim ſuſpecta eſt. Qui vero *puritatem doctrinæ* ſimulant, & *ſpiritu perſecutionis* prædíti ſunt, ita vt quotidie pro concione in

An eruditio imprimis in parocho quærenda?

Querela de praxi.

pios

pios eccleſiæ miniſtros detonare poſſint, illi auide quæruntur, expetuntur omnibus votis, modo populi miſeri aures, loco verbi diuini, diebus dominicis rixis & calumniis repleri poſſint. Ita ſub prætextu zeli pii ſæpe parochi ſe & ſuos decipiunt. Rationem huius peruerſi ſtatus, bene explicat ZIEGLER. *de iur. maieſt. lib. 1. c. 14. §. 1.* inquiens: *Nullum fere vnquam ſeculum feracius fuit religionum, pietatis vero ſterilius, vsque adeo, vt non ſolum prouinciæ, ſed etiam ciuitates, & in ſingulis fere ciuitatibus ciuium paræciæ, interdum & ſingulæ domus opinionum diſſidiis inter ſe conflictentur.* Dum itaque *opinionibus* homines tantum vt plurimum ſtudent, facile ipſis *vera pietas* ſuſpecta redditur, quippe quæ non *opinionibus*, ſed ipſa *realitate & veritate* ducitur.

§. LXII. Quod ſi hoc requiſitum *pietatis* recte expendere vellemus, & ab eius prædicato remouere omnes illos, qui *externe* honeſtatem quandam & ſic pietatem quoque præ ſe ferunt, (nam de his, qui aperte *honeſtatem* quoque *externam* impugnant, nemo dubitat) dum interim veteri ſuo Adamo indulgent: plura ſpecialia hic poſſemus addere & excutere requiſita, quæ tamen ad forum theologicum reiicimus. Specialia referuntur a PAVLO *1 ad Timoth. III.* qui etiam *cap. IV, 7.* imprimis *exercitium pietatis* Timotheo inculcat, quæ ad omnia vtilis eſt, & *v. 12.* eum admonet, vt exemplum præbeat reliquis in *verbo, vita amore, ſpiritu, fide & caſtitate.* Pietas vnde æſtimanda?

§. LXIII. Sint ergo parochi exemplar reliquis in VERBO. Non id intendo, vt tantum poſſint eleganter concinnatam, vel ex poſtillis emendicatam & conſarcinatam concionem elaborare; hæc reuera absque omni virtute & efficacia eſſe ſolet; ad minimum enim *ſpiritualiter* non mouet, licet *naturaliter* admirationem animis audientium ingeneret, præſertim ſi exclamationes, interrogationes aliæque figuræ rhetoricæ ambitioſæ concioni inſerantur; *1 Cor. 4, 19.* ſed vt in *ſpiritu & veritate* proferant verbum Dei, & nihil aliud loquantur, niſi quod *experientia propria* ſunt edocti. Qui tantum ex auditu, præceptis homileticis aut naturali aliquo dono vel multa lectione in verbo ſunt potentes, reuera impotentes exiſtunt. Regnum enim Dei non conſiſtit in *verbis*, ſed in *efficacia, 1 Cor. 4, 20.* PAVLVS *1 Cor. 2, 1.* de ſe prædicat, ſe non veniſſe ad Corinthios *verbis magnis*, & *altitudinem ſpirantibus*, prædicando verbum Dei, neque verba ſua in ſermonibus, ex ſola ratione productis, conſtitiſſe; ſed in *demonſtratione Spiritus & virtutis*, id quod docet quoque *1 ad Cor. I, 17.* Ratio additur *2 Petr. I, 16.* quod viderint Parochi quomodo verbo debeant pollere?

ipſi

Defectus concionum.

ipsi Apostoli & experti essent eius virtutem & maiestatem. Quod tam parum proficiant conciones hodiernæ, quæ tamen in tanta copia sunt, vt fere quotidie iis vacare possimus, causa *fere* in ipsis parochis quærenda. Concionantur plurimi, vt saltim suo satis faciant officio. Nimis frigidi sunt ex sententia BRVNNEMANNI *de iur. eccles. lib. 2. c. 1. m. 1. §. vlt.* ex concionibus opus operatum facientes: hos pios & beatos prædicant, qui suis concionibus frequentes intersunt: contra reprehendunt eos, qui concionibus interesse non possunt, cum sæpe vtique e re sit, eis non interesse, & tempus priuatis meditationibus & precibus domesticis consumere, quam talia audire, quæ veram salutem auide spiranti non possunt non displicere. Pluribus hanc materiam excutit SECKENDORF, in dem Christen-Staat *l. 3. c. 10. §. 1. seqq.*

Prælucere debet vita sua.

§. LXIV. Præbeat quoque aliis exemplum VITA SVA. Quomodo enim sequentur ducem, quando ipse dux viam salutis non calcat? Inculcant id ipsum satis bene variæ dispositiones ecclesiasticæ. In *ordin. consist. March. tit. 2.* hæc habentur: Die Pfarrer sollen auch nicht Wucherer, geitzig, noch keine Krämer, Händeler oder Bierschencken seyn, ꝛc. sollen mit ihren Stipendien zufrieden seyn, und da die gleich etwas geringe sind, GOtt um Hülfe und täglich Brodt bitten, ꝛc. So gebühret auch den Pfarrern, ihre Weiber, Kinder und Gesinde in aller Gottesfurcht und ehrbaren Sitten dermassen aufzuziehen, daß sie ja denen andern nachzufolgen Christliche Anleitung geben, und da sie es nicht thun, und hierin säumig und lässig seyn werden, sollen sie ihres Amts hierdurch priuiret seyn. Egregie hoc ipsum etiam iniungit *concil. Trident. sess. 22. de Reform. c. 1.* his verbis: *Nihil est, quod alios magis ad pietatem & Dei cultum assidue instruat, quam eorum vita & exemplum, qui se diuino ministerio dedicarunt. Cum enim a rebus seculi in altiorem sublati locum conspiciantur, in eos tanquam speculum reliqui oculos coniiciunt, ex iisque sumunt, quod imitentur &c.* Pecularia hinc emergentia vitia notarunt BRVNNEM. *iur. eccles. p. 2. lib. 2. tr. 3. c. 3.* BARBOSA *de potestate & offic. paroch. part. cap. 6.* CARPZ. *iurispr. eccles. lib. 1. def. 65. seq.* FABROTTVS *de vita & honestate clericorum*, in genere canonistæ, qui commentati sunt *ad tit. X. de vit. & honest. cleric.* Speciatim vero vitia & ἀταξίαν parochorum peculiari libello persecutus est BALTHAS. KOEPKE *de ἀταξία vitæ parochialis*, vbi plena manu hac de re per dialogum edisserit.

§. LXV.

§. LXV. Caueas vero, ne intelligas hoc tantum de *vita honesta*, politice tali, seu de honestate *externa*: hanc plerique ambiunt. Talis potius est intelligenda, quæ est abscondita in CHRISTO, renouatione Spiritus & induitione noui hominis clara, *Eph. IV, 23. 24.* ita vt quis sit factus *noua creatura*, *Gal. VI, 5.* particeps naturæ diuinæ, *2 Petr. 1, 4.* sanctificans DEVM in corde suo *1 Petr. III, 15.* & fructus Spiritus vbertime edens, scilicet amorem, pacem, patientiam, mansuetudinem, fidem &c. *Gal. V, 22.* in abnegatione sui & mundi confirmatus, & mysterium crucis, probato per tentationes corde, magnificiens *1 Cor. II, 2.* Honestas externa hic non intelligitur.

§. LXVI. Sint porro conspicui in AMORE. Amori maxime opponuntur odia, persecutiones, rixæ, calumniæ &c. Quid igitur magis conuenit parocho, quam talem se gerere, vt ex omnibus eius operibus & factis *amor* eluceat? Longe a se remotum sciat *spiritum persecutionis*, etiamsi vel maxime errantes deprehendat, persuasus, amore tales in rectam viam rectius deduci posse, quam violentia, aut brachio seculari adhibito. Calumniæ, quæ pro concionibus sæpe euomuntur, licet sub prætextu *zeli*, omnium in oculos incurrunt, vt eas pluribus notare non sit opus. Studium *hæretificandi*, (sit venia verbo) ex inueterata clericorum consuetudine plurimis adhuc valde amicum est, delictum, quod pauci *delictum* esse censent. Videant vero tales, qua ratione in amore subsistere possint, cum hoc ipsum adeo affectum impurum prodat, vt recte in nonnullis ordinationibus ecclesiasticis restrictum sit, LINKIVS *de iure episc. c. 8. n. 36.* præsertim cum hæretificationes hodie adeo frequentes sint, vt etiam in innoxios eosque exerceantur, qui studio pietatis ardent, & exercitia pietatis innoxia exercent. Sed Deo sit gratia & laus, quod principum summorum aliorumque politicorum, qui regimini præsunt, oculos aperuerit, vt iniquissimorum machinationes effectu careant. *Rixosos* parochos quoque hic merito notamus, præsertim si publicum documentum rixarum suarum edant, veluti actiones iniuriarum strenue gerendo, vbi tamen magistratus recte suum interponit officium, vt demonstratum in *tr. de iniust. & iniquit. act. iniur. c. pen.* Simili censura sunt digni, qui se totos *disputationibus* dedunt, & in iis enucleandis maximam temporis partem, quæ *curæ animarum* impendenda erat, collocant. Præcauere hoc vitium voluere fratres Bohemi, teste COMENIO *in paranæsi ad eccles. anglic. §. 3.* suosque instruxerunt, vt potius praxi charitatis christianæ, quam subtilibus circa fidem speculationibus exerceantur: *neque*, pergit COMENIVS, *quisquam ad-* Debent esse conspicui in amore; alieni a persecutione; a studio hæretificandi, a rixa.

uersus alium disputando, aut scribendo, insurgit, (cuius rei alibi tristia exempla) quia propter communis ordinis vincula nec audet nec potest.

Debent spiritu abundare.

§. LXVII. Postea abundent SPIRITV, non aëreo aut astrali, qualis est *ambitionis*; sed *diuino*. *Eph. V, 18.* vt sciant orare in spiritu & veritate, *Ioh. IV, 23. 24.* prædicare in demonstratione spiritus & virtutis *1 Cor. II, 4.* talia proferre verba, non quæ *humana arte* addiscuntur, sed ex *Spiritus S.* schola veniunt, diiudicantes spiritualia spiritualiter, *1 Corinth. II, 13.* errantes in viam deducere spiritu mansuetudinis, *Gal. VI, 1.* ambulare in spiritu, *Gal. I, 16.* qui in ipsis habitat, *Rom. VIII, 11.* edere fructus spiritus, *Gal. V, 22.* conseruare vnionem in spiritu per vinculum pacis, *Eph. IV, 3.* pugnare non armis carnalibus, sed spiritus, *ad Eph. VI, 17.* stare cum fidelibus in vno Spiritu, *ad Phil. I, 27.* colere Deum in Spiritu, *Phil. III, 3.* conserurae spiritum efficaciæ, & amoris a Deo datum, *2 ad Tim. I, 7.* esse feruentes in Spiritu; *ad Rom. XII. 11. &c.* Quod si hæ qualitates in quouis parocho deprehenderentur, quanta messis foret exspectanda fidelium & conuertendorum? Sed quia *plurimi* pauperes sunt spiritu diuino, diuites spiritu aëreo, contra præceptum Christi, *Matth. V, 3.* quid mirum, quod tam rara & sterilis subsequatur messis?

Debent esse in fide clari.

§. LXVIII. Porro FIDE præsuceat parochus aliis in sua parochia, non quod velit esse *dominus fidei* suorum parœcianorum; *2 ad Cor. I, 24. 1 Petr. V, 3.* hoc enim dominanti clero relinquat, sed talem foueat fidem, quæ consistit in virtute Dei, *1 Cor. II, 5.* non humana sapientia, formulisque nudis, adeoque credat secundum operationem magnæ *DEI* virtutis, *Eph I, 19.* & fidem non *cerebrinam*, sed talem, quæ sit ὑπόστασις, *ad Ebr. XI, 1.* in corde suo gerat, & quæ per amorem actiua est; *ad Gal. V, 6.*

Parci in controuersiis.

Imprimis vero caueat, ne ad vulgi morem fidem talem auditoribus suis inculcet, quæ nudis controuersiis est immersa. Quid enim disputationes conducunt ad fidem, parochianis inculcandam? Iuste hac de re conqueritur BRVNNEMANNVS *lib. 1. c. 1. §. 7. de iur. eccles. post quam*, inquiens, *in diuersas sectas diuisa est Europa, nostrorum opera præcipua fuit, polemica tractare, quasi tota Theologia & totus Christianismus in disputationibus ac decidendis controuersiis consisteret. Pietatis studium magna ex parte neglectum &c.*

§. LXIX. Tandem CASTITATE parochianis suis exemplum præbeant. Neque vero cum pontificiis illa ad *cœlibatum* est adstringenda, quod a nostris theologis fusius est demonstratum: sed imprimis huc

reuo-

reuoco omnem omnino temperantiam, de qua canoniſtæ plura obſeruant, v. c. quod parochus debeat fugere conuiuia inhoneſta & commeſſationes, non conuerſari cum fœminis ſuſpectis, non ingredi tabernas, choreis, comœdiis & ſaltationibus non intereſſe, nec ludere, aliaque intermittere, quæ fuſius pertractata ſunt a BARBOSA *de poteſt. & offic. paroch. P. 1. 6.* aliisque iuris canonici Dd. Præterea hic conferri meretur IO. RIVII tr. *de officio paſtorali Miniſtrorum eccleſiæ in Pagis*, cui acceſſere BALTHAS. MENZERI *centum capita potiora vitanda miniſtro eccleſiæ.*

CAP. II.
De
Parochianis.

§. I.

Ex quo iure æſtimandum, vtrum quis ſit parochianus?

Cum relatio ſit inter parochos & parochianos, modis conſtituendi parochos enucleatis, proximum eſt, vt quomodo quis *parochianus* fiat, tradam. Vnde autem id potiſſimum euoluam? Certe non aliunde, quam ex eo iure, cui debetur fere omne *ius parochiale*, id eſt, canonico; quanquam cum hoc ad *iuris ciuilis* principia vbiuis hac in materia prouocet, huius quoque iuris placita in ſubſidium adducenda ſunt, obſeruata tamen vbique æquitati & veri Chriſtianismi legum ratione. Cum autem *parochianos* conſidero, prout communiter conſiderari ſolent, deſcribi poſſunt, quod ſint *perſonæ laicæ certo parocho & eccleſiæ addictæ, obligatæ ad hoc, vt in illa eccleſia a parocho ſacra, & quæ huc vulgo referuntur, percipiant, & onera parochialia ſubeant.* Parochiani quid?

§. II. Parochianum aliquem fieri ex *habitatione*, plerique aſſerunt, ſi videlicet intra limites alicuius parochiæ habitat. PETR. DE MVRGA *de benef. eccl. qu. 2. §. 9. Sect. 1.* Plures tamen hic occurrunt dubitandi rationes, quæ Dd. ingenia valde torſerunt, vt hac in materia infinitis modis fluctuauerint. Non ipſum excipio CARPZOVIVM, qui maxime *lib. 2. iurispr. eccl.* de *oneribus parochialibus* ſollicitus, titubat in hac materia, nec certam definitionem *parochianorum* tradit. Cum vero plerique de *domicilio* accuratum ex iure ciuili non habeant conceptum,

An ex habitatione quis fiat parochianus? Fluctus Dd. hac in re.

inde alii ad *originem* respexerunt, & inde *parochianum* æstimare voluerunt. E contrario alii ad *domicilium habitationis* totam hanc materiam restrinxerunt, & sic omnem parochianorum statum exinde iudicarunt. Interim de vagabundis, mercatoribus, studiosis &c. vbinam illi parochiani essent, valde titubarunt, vti in subsequentibus apparebit.

Fundamentum controuersiæ ex origine parochiarum eruitur.

§. III. Tota huius disquisitionis ratio dependet ex accurata cognitione *originis parochiarum*. Iam supra ex antiquitate demonstratum est, secutos esse clericos, imperandi studio addictos, politicorum status rationem, vt sicuti illi diuiserint ciuitates in certas *curias*, ita etiam clerici parochias suas formauerint & ad ductum *ciuilis & politici imperii* regulas & iura inde pendentia construxerint. Vt itaque olim quis *curialis* curiæ huius vel illius euaderet, necesse erat, vt intra illam curiam sedes fixas constitueret, ceu supra dictum. Neque enim probabile, solam ad tempus breue commorandi rationem aliquem *curialem* fecisse; quin potius tunc, quæ in iure ciuili occurrunt de *domicilio*, applicata fuisse, ita vt *curialis* dictus fuerit, qui domicilium, intra curiam constitutum, habuit.

Ex domicilio quis sit parochianus.

§. IV. Nihil ἄτοπον me commissurum esse confido, si ad hunc modum *parochianos* quoque consideraturus sum. Nec aliter eos considerare possum, cum ratio originis me ad hanc meditationem ducat, & doctores plerique principiis iuris de *domicilio* & *habitatione* in hac materia insistant, iure pontificio præeunte. Vt quis ergo parochianus huius vel illius parochiæ fiat, requiritur *domicilium habitationis*.

An detur domicilium originis?

§. V. Communiter Dd. distinguere solent inter *domicilium originis & habitationis*. Minus tamen accurate, si rem ex vero æstimare volumus. Domicilium enim *originis* vel opponitur loco *habitationis*, vt si alibi quis natus, & alibi quis domicilium constituerit; vel non opponitur. Posteriori modo, si in eodem loco quis habitat, vbi natus, admitti potest *domicilium originis*, cum ratio constitutiua domicilii sit *habitatio*. Priori vero secundum ius Romanum domicilium *originis* non recte dicitur, cum *origo* & *domicilium* perpetuo in iure opponantur, *l. 6. §. 2. l. 27. pr. ff. ad munic.* Conf. THOMAS. *dissert. de vagabundo*.

Origo an faciat parochianum?

§. VI. Cum itaque communiter hæc duo non accurate inter se distinguantur, aliter fieri non potuit, quin in hac materia etiam Dd. misere lapsi fuerint. Primo enim dubitare inceperunt, vtrumne *locus ori-*

originis, domicilio oppositus, sufficiat ad constituendum aliquem parochianum? Mouit plerosque, vt in hanc secederent sententiam, *l. u. ff. de Senator.* vbi dicitur, Senatores, licet in vrbe *domicilium* habere videantur, tamen & ibi, vnde oriundi sunt, domicilium habere. Hæc tamen lex non loquitur de Senatore, Romæ habitante, sed in *loco originis*, qui tamen Senatoris *honorarii* priuilegia ab Imperatore acceperat. Vid. *cit. disput.* THOMASII. Quid quod locum *originis* potentiorem esse quolibet alio, cum deperdi nunquam possit, & sic a potiori debere fieri denominationem, asserant. Accedit, quod locus *originis* sit *naturalis*, domicilium autem tantum *accidentale*. Vid. PANORM. *in c. proposuisti de for. compet. n.* 7. SANCHEL. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 23. *n.* 6.

§. VII. Verum enim vero nec ipse SANCHEZIVS *cit. l. n.* 2. nec alii hanc sententiam approbant, quoniam, vt quis *parochianus* alicuius parochiæ fiat, requiritur *domicilium*, quo nomine non venit locus originis, vt §. *V.* assertum, cum *domicilium* in iure vbique *actualem* inuoluat *habitationem*. In dubio autem verba in propria accipienda sunt significatione; *l. non aliter D. de leg.* 2. Et sicuti loco originis mutato, & alibi domicilio constituto quoad iurisdictionem quoque mutatio saltim hodie fit; ita non dubium, quin de *parochianis* idem asserendum sit, quippe secundum principia iuris canonici in parochianos parocho quædam *iurisdictio* saltim *fori interni* adscribitur. *AFFLICT. dec.* 384. *n.* 7. BARBOSA *de appell. verb. signif. voc. domicilium n.* 7. PETR. DE MVRGA *tom.* 1. *tract.* 8. *dis. uis.* 2. *de parochia dub.* 1. *sect* 1. *n.* 10 IDEM *de benef. eccles. quæst.* 2. §. 9. *sect.* 1. *n.* 670. Hæc quæstio hodie apud nos eo minus dubii habet, cum constet, consuetudine Germaniæ vniuersali, alibi domicilium constituentem, forum *originis* amplius quoad iurisdictionem non habere, STRYK. *vs. modern tit. de iudic.* §. 17. STRVV. *ex.* 9. *th.* 19. FRANZK. *tit. de iudic. th.* 16. *fori* autem rationem quoad constituendos parochianos exacte sequuntur mores. Non sola origo hic sufficit.

§. VIII. Sicuti vero in dubio, si de *domicilii translatione* non constat, locum *originis* quis retinuisse censetur, cum res potius in eodem statu, in quo antea fuit, non vero mutatio præsumatur, COTHMAN. *V.* 2. *consil.* 73. *n.* 38. ideoque quis potius habere præsumatur domicilium in loco originis: PAVL. CHRISTIN. *Vol.* 5. *decis.* 31. *n.* 12. & 13. ita idem de *parochiarum mutatione* asseri posse secundum principia, hactenus recepta, non ambigendum est, ita scilicet vt, quoties non constat de actuali habitatione, alibi translata, censeatur retinuisse parochiam in eo loco, vbi natus In dubio quis parochianus ex origine æstimatur.

eſt. Inde etiam liberi adhuc infantes, cum proprium conſtituere non poſſint domicilium, nec ſe declarare, an alibi illud velint transferre, quoad iura parochialia parochiani eſſe dicuntur in loco originis. Vid. SCHVLZ. diſſ. *de eo, quod iuſt. eſt circ. paroch. c. 2. §. 20.*

Duo requiruntur ad conſtituendum domicilium.

§. IX. Sicuti vero porro ad *domicilium conſtituendum* duo requiruntur: (1) *actualis habitatio* & (2) *animus perpetuo ibi remanendi*, atque duo ita coniunctim deſiderantur, vt nec ſola *animi conteſtatio*, nec *ſola habitatio* domicilium conſtituat; *l. 20. l. 27. §. 2. in f. ad munic. l. 17. §. 5. & 13. eod. l. 27. §. 2. eod.* PAVL. CHRIST. *Vol. 5. deciſ. 38. n. 6.* FRANC. DE AMAYA *ad l. 7. C. de incol. n. 99.* MENOCH. *l. 6. præſ. 42. caſ. 86.* SANCHEZ. *de matrim. lib. 3. diſp. 23. n. 1.* ita quoque exinde parochianum conſtitui, communiter arbitrantur. Hoc ipſum quidem facile concedi poteſt, ſi vna tantum in *ciuitate vel pago* eccleſia parochialis adeſt, ad quam omnes, inibi degentes, colliguntur, qualis in alma Salana, alibique habetur. Sed maior oritur difficultas, pluribus in loco quodam conſtitutis parochiis, vbi quidem quis in illo loco habitare, & animum habere poteſt, perpetuo ibi manendi, vt tamen conſtantes non habeat ædes in ipſa ciuitate, ſed mox has, mox illas inhabitet. Hoc itaque caſu euidens eſt, ad hoc principium recurri non poſſe: retinere enim poteſt animum, perpetuo domicilium ibi habendi, mutatis licet ſæpe ædibus.

An illa etiam neceſſaria in parochiano?

Si vna eſt parochia in ciuitate, an tunc ſola habitatio faciat parochianos?

§. X. Diſtinctius ergo procedamus, conſiderantes primo loco caſum, vbi *vna* tantum eſt *parochia* in ciuitate vel pago. Duæ hic occurrunt ſententiæ, relatæ a SANCHEZIO *de matrim. lib. 3. diſp. 23. n. 11. ſeqq.* Prima contendit, vt aliquis dicatur *parochianus*, exigi animum, *domicilium* ibi conſtituendi. Ex quo infertur, quod, ſi quis habet domicilium in loco certo, transfertque ſe in alium, non tamen animo ibi permanendi, ſed ex cauſa limitata ad tempus, qua finita, rediturus eſt ad proprium, non cenſeatur illius loci, in quo *ad tempus* eſt, parochianus, ſed loci domicilii permanentis. Qui hanc ſententiam ſuſtinent, prouocant (1) *ad c. is qui de ſepult. in 6.* vbi ratio decidendi poſita videtur in eo, quod animum redeundi habeat, nec velit in villa perpetuo remanere: (2) *ad l. 1. §. hæc autem verba. D. de his qui deiec.* vbi hoſpes *peregrinanti* æquiparatur, vt ita habitator non ſit is, qui ſaltim ad tempus aliquo in loco eſt; (3) quod alioquin parochia duplex alicui aſſignari debeat,

Rationes negantium.

debeat, altera domicilii, altera *habitationis*, quod tamen falsum, cum ad hoc, vt quis duplicem *parochiam* habeat, requiratur, vt in vtraque æqualiter se collocet. Conf. ALEX. SPERELL. in *decis. for. eccles. dec. 87. n. 4.*

§. XI. Altera sententia pugnat pro sola *habitatione*, dummodo ea breuis temporis non sit futura, nec requirit animum perpetuo ibi remanendi: quam etiam tanquam veriorem eligit SANCHEZIVS (1) quia in c. *nostra de sepult. c. f. de paroch.* solius *habitationis* mentio fit; (2) In c. *cum nullus de tempor. ordin. in 6.* speciale quid videtur statutum in casu *ordinationis*. Ergo *regulariter* habitatio non requiri videtur: (3) quia in eo loco quis habitare videtur, vbi maiori anni parte habitat &c. Rationes affirmantium.

§. XII. Si definitionem *parochianorum* consideramus, prior sententia regulariter præferri debet, partim ex rationibus, §. 10. allatis, partim etiam ex hoc fundamento, quod ius parochialitatis imitetur rationem *iurisdictionis forensis*, adeoque sicuti ad *forum domicilii* constituendum animus perpetuo ibi permanendi, ita idem ad ius parochialitatis adipiscendum requiritur. Sola habitatio, sicuti *forum competens in quibuscunque causis & negotiis* non facit, ita nec sola commoratio facit *parochianum plene talem*, qualis nobis descriptus est. Approbatur sententia prior.

§. XIII. Si itaque habitatio non breuis temporis supponi debet, vix est, vt parochus ius aliquod in talem *temporalem habitatorem* acquirere possit. Ponamus, peregrinantem in loco quodam morbo diuturno conflictari, vt per tempus non breue ibi commorari necesse habeat, an propterea ibi parochianus, ein Eingepfarreter, dici potest? Imo ponamus casum, quem communiter fingere solent, ob pestem vel bellum aliquem alio se transtulisse, per tempus non breue ibi subsistere, an propterea hunc statim subiiciemus oneribus parochialibus? Hoc facilius concedi potest, posse ex spatio temporis non breuis induci præsumtionem pro *constitutione domi ibi*, & sic etiam pro *parochialitate*; admittitur tamen probatio in contrarium. Ex sola habitatione non fit aliquis parochianus.

§. XIV. Dixi autem, hanc sententiam *regulariter* præferendam esse. Nam aliquot adhuc obseruationes hic adiiciendæ. Obseruaui supra, parochianum per hoc, quod sit parochianus, addici certæ alicui ecclesiæ, quoad duplicem obligationem: (1) ad percipienda ibi sacra, (2) ad onera parochialia subeunda. Priorem quod concernit, ipsa domicilii constitutio ad hanc non sufficit, sed præterea etiam requi- Domicilium non sufficit, si non inhabitans sit religionis eiusdem.

requiritur necessario, vt, quoniam scissa est in varias sectas religio christiana, *ipse domicilium in parochia constituens eiusdem quoque religionis sit.* SCHILT. *instit. iur. can. lib. 1. tit. 20. §. 4.* Fieri enim quam facillime potest, vt, quoniam legibus publicis in Romano-Germanico imperio tres illæ religiones approbatæ sunt, in vna ciuitate commorentur hisce tribus religionibus addicti ciues, quo casu catholicæ religioni addictus non potest dici parochianus ecclesiæ illius, in qua protestantes rem diuinam faciunt, nec cogi, vt ibi sacris suis vtatur; cum libertas, religionem exercendi, legibus publicis hisce sit stabilita. Fiunt enim *receptione in certum cœtum ecclesiasticum* parochiani, h. e. sodales eiusdem parochiæ; at tales recipi nec potuerunt nec voluere, quam diu adhuc diuersæ religioni adhærent. Diserte hoc prouisum in *instr. P. art. V. §. 34.* vbi simul data est libertas, in *vicinia* publico religionis exercitio interesse.

Dissentientes in religione parochiani non sunt, ne quidem quoad onera.

§. XV. Quod ad alterum membrum attinet, an inhabitatores, qui diuersæ religioni sunt addicti, hoc effectu parochianis ad minimum sint accensendi, vt sint obligati ad *onera* subeunda *parochialia*, v. c. ad conferendum ad reparationem ecclesiæ parochialis, aut alia onera consueta, parochis præstanda ab his, qui in illa parochia sunt? *Regulariter* & *generaliter* id asseri non posse puto, cum onus hoc incumbat parochianis, qua talibus, & quia sacris huius vel illius ecclesiæ vtuntur, seu propter sacrorum administrationem, quæ eorum gratia fit. Multum tamen hic dandum moribus locorum, præsertim, cum plurimis in locis receptum, vt *ius parochialitatis* quoad *certa onera* inhæreat ædibus ipsis, ex destinatione vel diuisione ad certam parochiam spectantibus, quo casu inhabitatores harum ædium, diuersæ licet sint religionis, ad onera illa, cum sint *realia*, omnino tenentur. Interim per horum præstationem illius ecclesiæ *parochiani* proprie non fiunt, sed onera hæc præstant, intuitu rerum, quas possident, cum parochiani habeant respectum ad parochum. At vero tales non subsunt curæ & inspectioni parochi diuersæ religionis.

Nisi onera inhæreant ædibus.

Illustratur rescripto Augusti Administratoris Ducatus Magd.

§. XVI. Confirmabo hanc obseruationem notabili rescripto AVGVSTI glorioſæ memoriæ, postulati Administratoris in Ducatu Magdeburgensi: qui, cum hac de re dubium incideret, ad senatum amplissimum Hallensem ita rescripsit:

Von GOttes Gnaden Augustus ꝛc. V. G. Z. Ehrsame liebe getreue. Demnach bey unterschiedenen Visitationen der Kirchen alhier zu Halle

Halle, Zweifel vorgefallen: Ob das Opfer-Geld (certa pecunia danda pro vino in S. Cœna adhibendo) von denen Häusern oder Personen zu entrichten; so auf unsere resolution gestellet worden, und wir nach eingenommener Erkundigung befunden, daß bemeldtes Opfer-Geld iederzeit von den Häusern gleichförmig eingebracht, so ist unser gnädigster Befehlig, daß dasselbe, wie es bisanhero von denen Häusern gefordert, noch weiter von denen Eigenthums-Herren, oder so dieselbe die Häuser andern vermiethet, von denen Miethleuten, die es am Hauszinse wieder zu kürtzen haben, gefordert, und ohne Unterschied eingebracht werden solle. Begehren darauf hiermit gnädigst, ihr wollet es denen Vorstehern der Kirchen also andeuten, und, daß deme nachgelebet werde, ihnen auf ihr Suchen gebührlich die Hand biethen. Daran ꝛc. Und sind ꝛc. Halle den 28. August. 1650. Hac de causa etiam iudæi, intra parochiam habitantes, ad onera parochialia *realia* tenentur. Quin non iniquum foret, eos *in genere* ad hæc onera adstringere, cum sufficiat, quod inhabitent ædes, ex quibus alias parochus *iura stolæ*, & ecclesia parochialis *subsidia varia* sperare poterat. Ita olim censuerunt patres concilii Viennensis apud LAMBECIVM *Lib. II. de biblioth. p. 66. adiicientes, vt iudæi sacerdoti parochiali, intra cuius parochiæ terminos manserint, pro eo, quod loca, in quibus Christiani manere deberent, occupant, iuxta quantitatem damni, quod ei ex hoc referunt, ad arbitrium diœcesani omnes prouentus loci, quos, si ibidem manerent Christiani, sacerdos perciperet, refundere compellantur.*

§. XVII. Ex hisce facile quoque iudicium fieri potest de iis, qui ad *certum tempus* prædia rustica conduxere, alibi tamen domicilium retinent, nec animum habent, ibi quoque *domicilium* erigendi, vbi prædia conduxere. Hoc quidem non est dubium, eos ad onera, prædio inhærentia, teneri: per hoc vnicum tamen non fiunt parochiani. Ergo ex *sola* illa *habitatione temporaria* non possunt adigi, vt quoque se ecclesiæ rurali eius loci addicant, sacra ibi percipiant, & reliqua præstent parochis, quæ parochianis, qua talibus, sunt præstanda. Potest talis conductor adhuc in propria parochia sacris vacare, quo facto parochianus ibi manet. Certe si consuetudine vel statutis ecclesiasticis, quæ variant, introductum est, vt *sola habitatio* hoc effectu parochianos constituat, vt ad consueta præstanda obstricti sint; ad hoc quidem tenentur: sed parochiani tamen per hoc *in vniuersum* non efficiuntur, cum potior ratio, vt quis parochianus certæ alicuius ecclesiæ fiat, inde desumi debeat; quod receptus in certam ecclesiam, eique addictus sit quoad

Conductores prædiorum an fiant parochiani?

ſacra, ibi percipienda, id quod regulariter diiudicatur *ex domicilio*, non ex *temporaria* eius *habitatione*, vel conductione, quæ ne quidem habitationem ſemper coniunctam habet. Sunt enim conductores, qui plura prædia in diuerſis locis conducunt, qui ſane vbique ſimul habitare non poſſunt, quamuis famulitium eius ruſticum ad parochiam illam ſpectet, quamdiu in prædio tali commorantur.

Cur ſola habitatio non faciat parochianum?

§. XVIII. Sicuti itaque nec ſolum domicilium aliquem parochianum, *plene talem*, facit; ita quoque, vt dictum, nec ſola *habitatio*. Hoc vltimum etiam non diffitentur canones, aſſerentes, eum, qui habet domicilium in alio loco, ſeque in villam ruralem pro breui tempore confert, vel recreationis gratia, vel vt ibi ruralia exerceat, non cenſeri parochianum illius eccleſiæ ruralis, ſed eius, in qua domicilium habet, *c. is qui 3. X. de ſepult.* ABBAS *in c. in noſtra. de ſepult. n. 10.* PETR. DE MVRGA *tr. de benef. eccleſ. qu. 2. §. 9. ſ. 1. n. 679.* SANCHEZ. *cit. l.* MENOCH. *lib. 4. conſ. 398. n. 5. 7. 37.*

Reiicitur diſtinctio inter modicam & non-modicam habitationem.

Quamuis vero communiter hunc textum reſtringere ſoleant ad *habitationem modicam*, quæ ſe non extendit per maiorem anni partem, vti SANCHEZ. *cit. l. n. 19.* ad hunc textum reſpondet: non video tamen, quid reſponſurus ſit ad dubia, ſupra propoſita, veluti, quando quis vltra anni ſpatium certo in loco morbo detinetur? Sic quoque qui ruralia exercet, non vno alteroue anno tantum illa exercet, ſed per plures annos, quo rus illud colit. Quid ſi itaque per *æſtatem* ſemper ruri degat?

Quomodo ex ſola habitatione aliquando quis poſſit fieri parochianus.

§. XIX. Vt itaque hoc caſu *ſola habitatio* parochianum faciat, puto reſpiciendum eſſe ad inhabitantis *animum* & *voluntatem*, an huic eccleſiæ, in qua per non-modicum temporis ſpatium habitare debuit, ſeſe addicere interim vere voluerit, nec ne? Antequam enim ſeſe ei addixerit, minime pro parochiano *in vniuerſum* haberi poteſt. Colligi vero *animus* ex circumſtantiis poteſt, veluti ex propoſito, diutius in aliquo loco commorandi, quod accidere ſolet in iis, qui, ob belli calamitates, proprias deſerere ſedes coguntur, alibi ſe conferentes. Dum enim alibi degentes, ſacris eius loci interim vtuntur, nec ſpem habent mox redeundi, & ita ipſo facto in illam eccleſiam ſeu cœtum parochialem ſeſe receperunt, (expreſſa enim declaratio nec neceſſaria nec vſitata eſt) interim pro parochianis haberi poſſunt. Et quamuis *domicilium* non ſit mutatum, diuerſa tamen ratio eſt in *parochialitate* quoad perceptionem ſacrorum. Illud enim ſolo animo retineri poteſt; aſt ſacris hoc applicari nequit, quibus interim vacare debet, adeoque neceſſitas rei facit, vt dum certæ eccleſiæ ſe addicit, interim pro parochia-

no

no habeatur, ſicuti quoque *ciuis* illius loci *temporarius* talis recte dici poteſt. Hinc quoque MVRGA *cit. l. n. 679.* dicit, acquiri parochiam quoad *ſacramenta* & *ſepulturam* absque *domicilii habitationis* acquiſitione per ſolam *habitationem* per *tempus* notabile.

§. XX. Dixi, hoc ex eius arbitrio dependere, vtrum ſe huic eccleſiæ, quoad percipienda ibi ſacra, ita addicere velit, vt ſit parochianus: nam ſi in vicina forſan eccleſia ſe commodius ſacris vacare poſſe autumat, quod ipſius arbitrio relictum eſt, habitatio ipſum non facit illius loci eccleſiæ parochianum. Vnde aliud eſſe puto in *ſtudioſis*, ſtudiorum gratia ad aliquod temporis ſpatium in Academiis degentibus, vel *mercatoribus*, in exteris regionibus commercii gratia commorantibus, qui, licet in illis ſacra hactenus percipiant, non recte tamen tales parochianis, *proprie talibus*, accenſentur, cum non præſumi debeat ex *temporali* hac *habitatione*, tales ſe voluiſſe eccleſiæ huic *conſtanter* addicere, ſcientes, ſe mox redituros eſſe. Idem quoque dicendum de his, qui *tempore peſtis* alibi ſe conferunt, cum ſpes mox redeundi excludat animum, ſeſe illius loci eccleſiæ *in perpetuum* addicendi. Quod ſi tamen hic gloſſatores conſulimus, vel communem Dd. opinionem inſpicimus, de qua teſtatur MENOCH. *cit. conſ. 398. n. 26. & 31.* ei parocho ſtudioſi & mercatores ſubiiciuntur, vbi commorantur, & ſic ex *ſola commoratione* illi fierent parochiani. Aperte quoque hanc tuetur ſententiam ALEX. SPERELLVS *in deciſ. for. eccleſ. deciſ. 87. n. 5.* inquiens: *In parochia agnoſcenda conſiderandum non eſt domicilium, ſed præſens ſtatus, ita vt vbi quis ad præſens habitat, & animum habet ad aliquod notabile tempus permanendi, licet non conſtituendi domicilium, ibi dicatur habere parochiam, vt contingit in officialibus, in ſcholaribus, famulis, nutricibus, & ſimilibus in conducentibus domum ad annum, tametſi morte præuenti illum non compleuerint.* Decepti ſine dubio ſunt hi, quotquot ſunt, qui hanc ſententiam fouent, *ex effectibus quibusdam*, qui alias ex *parochialitate* deſcendunt, & in talibus perſonis quoque locum habere poſſunt, v. c. ratione *ſepulturæ*, de qua ſuo loco agendum: inde enim ſtatim eos *parochianos* eſſe voluerunt, cum tamen ex *vnico effectu* non poſſit concludi, hunc vel illum huius loci eſſe *proprie dictum parochianum*, h. e. cœtui huic parochiali inſertum, ſicuti ex temporali habitatione & commoratione peregrinantes etiam interim ſubiiciuntur iurisdictioni loci, vbi commorantur, licet *domicilium* ibidem non conſtituant. Præterea hæc quoqoe adhuc ſubeſt differentia, quod domicilium in certo habentes loco, parochiam quoque neceſſario *in vniuerſum* ibi habere de-

poteſt tamen quis alibi parochum eligere.

Vbinam ſtudioſi & mercatores parochiani?

Sententia diſſentientium.

Refutatio.

beant, peregrinantes autem ad certam in plerisque ſacris haud alligentur eccleſiam, ſed in quacunque velint, plerisque ſacris frui queant. Quid ergo, ſi peregrinans nunquam ſacris eccleſiæ illius loci, vbi iam commoratur, vocauit, cum ad hoc iure compelli non poſſit? An poteſt dici, receptus eſſe in hanc eccleſiam? Imo quamuis per breuius tempus ſacris huius eccleſiæ vacauerit; attamen hoc non *ex neceſſitate* factum, adeoque non recte *parochianus* illius loci dici poteſt, ſicuti qui in alienis terris ad tempus viuit, ciuis temporaneus a GROTIO dicitur; non quod ciuis vere talis fiat. Poſſent ergo quidem ita dici abuſiue *parochiani*, ſed reuera tamen non ſunt.

An hic reſpiciendum ſit ad habitationem per maiorem anni partem.

§. XXI. Quod vero MVRGA & SANCHEZIVS *cit. l.*, *ille* quidem *n. 681. ſeqq.*, *hic* vero *n. 12.* vt & MENOCH. *l. 5. conſ. 446. n. 13. & 14.* præciſe reſpiciendum eſſe putent ad hoc, vtrum peregrinantes maiorem anni partem ibi ſint commoraturi, & inde inferant, parochum, qui *ſolius habitationis* per *maiorem partem anni* intuitu talis eſt, poſſe matrimonio illorum, qui in ipſius territorio domicilium non habent, aſſiſtere, & non opus eſſe exſpectare, vt maiori anni parte hi in parochia habitent, ſed ſtatim hos, ac animum talem habent, effici parochianos, &c. illi itidem decepti eſſe videntur ex male intellecto *c. quæſt. 46. C. 16. q. 1.* vbi Pontifex aſſerit, dari ibi debere decimas, vbi infantes eorum baptizantur, & *vbi per totum anni circulum miſſas audiunt.* Non enim videtur fuiſſe intentio pontificis, determinandi, quod parochiani præciſe exinde diiudicari debeant: ſed quod ex his actibus, h. e. *habitatione per integrum annum*, & *perceptione ſacrorum* in certa eccleſia, præſumtio vrgens *in dubio* oriatur, hunc parochiam agnouiſſe pro ſua, ex qua agnitione onera quoque parochialia ipſi adiudicantur. At ſolam *annalem habitationem*, absque *vſu ſacrorum*, in illo loco, vbi quis hactenus commoratus eſt, eum parochiæ illi addicere, inde non euincitur. Saltem in noſtris eccleſiis hæc pontificiorum ſententia obtineri non debet, cum Chriſtiana libertas peregrinis hanc facultatem concedere debeat, vt præterito loci parocho alibi ſacris vacare poſſint.

Vagabundi vbinam parochiani?

§. XXII. Cum vero *vagabundi* domicilio careant, licet forum *originis* retineant, hinc quoque quæri ſolet, vbinam illi parochiani ſint? Ego ex iisdem principiis aſſererem: nullibi. Neque enim in foro *originis* amplius parochiani eſſe poſſunt, cum domicilio illius loci renunciauerint, & ſic quoque parochiæ; nec alibi etiam nouum domicilium conſtituerint. Huc referri poſſunt, qui in itinere ſunt, & nouas ſedes quærunt, relicto in totum priori domicilio, *l. is qui manumiſit*

27. §.

27. §. *Celsus D. ad munic.* SANCHEZ. *de matrim. lib. 3. disp. 23. n. 2.* Interim in locis, per quæ iter suum instituunt, sacris vti non prohibentur, quibus intersunt ex *libera voluntate & electione*, non *necessitate*, quæ alias parochiano incumbit, quamuis quidam effectus *parochialitatis*, in quibus sola præsens commoratio attenditur, in eos cadere possint, veluti ratione *sepulturæ*, *matrimonii &c.* de quibus suo loco. Agnoscere id ipsum videtur SANCHEZIVS *cit. l. n. 4.* inquiens: *Qui relicta parochia nondum statuit, ad quam migraturus sit, sed quærens domum interim in aliqua parochia hospitatur ad breue tempus, dicitur vagus, respectu parochiarum illius oppidi.* Et paucis interiectis: *Hic sine parochia est, priorem enim amisit, & non aliam acquisiuit.* Maiori ergo libertate præditi sunt *vagabundi* & *peregrinantes*, quam qui *domicilium* constituerunt: dum hi certæ alligantur parochiæ ex *necessitate iuris;* illi vero neutiquam, adeoque iura parochialia proprie in eos exerceri nequeunt quoad plerosque effectus, vt suis locis videbimus, non diffitentibus SANCHEZIO *cit. l.* & PETRO DE MVRGA *cit. n. 695.*

§. XXIII. Solet etiam illa moueri quæstio: *vtrum duplicem quis possit habere parochiam, sicuti quis potest duobus in locis domicilium constituere?* Quod communiter affirmant, requirentes tamen, vt parochianus *æqualiter* in vtraque habitet, videlicet hyeme in vna, æstate in altera. SANCHEZ. *cit. l. disp. 24. n. 2.* SPERELLVS *decis. for. eccles. decis. 87. n. 10.* vel vt ait PALVDANVS citatus a MENOCHIO *consil. 308. n. 28. Si in vtraque parochia habet domum, in vna manerium hyemale, in alia æstiuale, vtriusque sortitur forum, non simul, sed successiue, secundum quod habitat hic & ibi, vt tunc hic recipiat Sacramenta, quando hic habitat, alias ibi.* Conf. PETR. DE MVRGA *cit. l. n. 692.* vbi addit. *vbi vero inæqualitas habitationis datur, maior temporis pars eum facit proprium parochianum, in quo habitatio sit.* Conf. PETRVS DE VBALDIS *de canon. episc. & paroch. c. 7. n. 12.* Fundant vero se, qui hoc requisitum exigunt, in *l. 6. §. 2. & l. 27. §. 2. D. ad municip. & c. 2. X. de sepult. n. 6.* vbi dicitur, quod quia duobus in locis possit domicilium habere, si quis sit instructus in duobus locis *æqualiter*, vt neque minus hic neque minus illic frequenter commoretur, ex quibus textibus iuris ciuilis pontifex decisionem suam quoad *parochialitatem* formasse videtur. Sed hoc requisitum non nisi ex captatione verborum inde elicitur. Proponebat enim ita casum ICtus in *l. 27. cit.* & quærebat, an in tali casu quis duplici domicilio instructus dici possit? Respondet, posse hoc admitti, si vtrobique sit destinato animo; hoc est, non præcise respiciendum est ad hoc, vt æqua-

Quomodo quis duplicem habere parochiam possit. An æqualis in vtraque parochia habitatio requiratur?

Fundamentum huius sententiæ excutitur.

liter in vtroque loco habitet, ſed ſufficit, ſi vtrobique domicilium habere, animo deſtinauerit. Ergo idem quoque de *parochialitate* dicendum eſſe arbitror, vt ſcilicet vtrobique parochianus ſit, quoad onera & commoda, parochis inde redundantia, quamuis, vt vtrobique quoque æque ſacris interſit, cogi non poſſit, vt ſuo loco indicabo.

Quid iuris, ſi plures ſint parochiæ in aliqua ciuitate.

§. XXIV. Atque ita expeditum eſt, qua ratione quis *parochianus* dici poſſit, ſi in loco quodam *vna* tantum adeſt *parochia*. Si plures ſunt, quod frequentius accidere ſolet, certum eſt, eo caſu reſpici non poſſe ad qualitatem *domicilii*. Illa enim conſideratur quoad totam *ciuitatem* & *inrisdictionem forenſem*, non quoad partem eius ſingularem. Poteſt itaque quis domicilium, h. e. *habitationem* cum *animo* perpetuo in ea ciuitate permanendi, conſtituere, vt tamen adhuc dubitetur, cuiusnam parochiæ in ea ciuitate parochianus ſit? Hoc itaque caſu dicendum eſſe puto, ex *habitatione* quemlibet parochianum cenſeri illius eccleſiæ, cui domus, in qua habitat, eſt addicta. Neque enim aliter hoc determinari poſſe arbitror, præſertim ſi ita diuiſæ fuerint ædes, quemadmodum hoc in caſu fieri ſolet, vt ad certam eccleſiam parochialem relata ſint. Verum hic rurſus mores noſtri diſtinguere ſolent, vtrum poſſideat tales ædes, vt *proprias*; an vero ſaltim iure *conductionis*. Priori caſu hactenus dicta locum habent; poſteriori non item, ſed conductores quoad *ſacra pleraque*, quæ non ſimpliciter ad *habitatiouem præſentem* alligata ſunt, liberam habent facultatem, eligendi parochiam, quam velint, ſaluo interim iure *parochialitatis*, ædibus inhærente. Hoc videtur itidem ex moribus Romanorum promanaſſe; cum conſtat, apud Romanos Prætores iurisdictionem exercuiſſe quoad certam loci portionem, ſeu curiam. Vnde regula: extra territorium ius dicenti impune non paretur, *l. vlt. D. de iurisd.* & quod Prætor tutores creauerit *ſecundum ſuam iurisdictionem*, *§. 4. I. de Attil. Tut.* h. e. ſecundum terminos ſuæ iurisdictionis, ſeu intra ſuum territorium. HOPPIVS *ad cit. l.* Probabile autem omnino eſt, ad *habitationem* imprimis prætores reſpicere debuiſſe, an ſcilicet pupillus intra ſuum territorium domicilium habuerit, nec ne?

Sola habitatio ibi facit parochianum;

modo poſſideat ædes iure proprio.

Quid dicendum de his, qui ad tempus in tali loco morantur.

§. XXV. De his vero, qui plane in ciuitate tali non conſtituere domicilium, ſed ad tempus ibi morantur, ita ſtatuendum eſſe exiſtimo, vt in iis caſibus quidem, in quibus *ſola habitatio* parochiæ quemlibet ſubiicit, veluti quoad *ſepulturam*, interim quoad *commoda parochorum* illi eccleſiæ parochiali addicantur, cui domus, in qua *interim* habitant,

tant, eſt addicta. Et ſic pluribus in locis receptum eſſe memini, vt etiam peregrini, commorantes in diuerſoriis, & ibi decedentes, præſtare *funeralia* teneantur parochis, in quorum parochia diuerſorium ſitum eſt. Sed hi rurſus proprie dicti parochiani non ſunt, ſed tantum quoad hunc & ſimilem effectum pro talibus habentur. Vnde nec hoc caſu ſtudioſos proprie parochianis adſcribere poſſum, vt ſcilicet ex loco *habitationis* teneantur eccleſiam parochialem eligere, & percipere ibidem ſacra, cum ſtudioſorum habitationes ſint incertæ, vagæ, ſæpeque mutabiles, vnde quoque eueniret, vt ita mutabilis eſſet parochia.

§. XXVI. Cum itaque ex hactenus dictis conſtet, parochianum quidem aliquem fieri *de iuris neceſſitate* ex *domicilii conſtitutione*, STRVV. *ex. 9. th. 39. ſecundum quid* etiam & *quoad quosdam effectus* ex *ſola habitatione;* adhuc breuibus addendum cenſui, vtrum reliqua iura, quæ de *domicilii conſtitutione* traduntur, huc etiam applicari poſſint? Ad domicilii conſtitutionem vulgo duo requirunt; *habitationem* & *animum* perpetuo ibi commorandi. Inde inferre ſolent, infantes proprium ſibi domicilium conſtituere non poſſe. Quod ſi tamen alibi ſe confert, & maiorem rerum ſuarum partem transfert, videtur ibi *re ipſa* & *facto* nouum conſtituiſſe domicilium, vel vt BALDVS loquitur *lib. 4. conſ. 134. n. 1. lex eis conſtituit hoc caſu domicilium.* Hoc ſenſu quoque infantem alii parochiæ ſe ſubiicere poſſe exiſtimant, quamuis etiam hoc caſu non ad ſolius *domicilii* conſtitutionem reſpiciendum eſſe exiſtimet ALEX. SPERELL. *in deciſ. for. eccleſ. deciſ. 87. n. 11. Licet infans*, inquiens, *qui a matre vel tutore ad aliquam parochiam translatus, nec animum habeat mutandi proprium domicilium, nec habere poſſit, nihilominus, quia in dignoſcenda parochia non attenditur domicilium, ſed locus præſentis habitationis ad tempus conſiderabile, ideo parochus huius infantis erit is, in cuius parochia moratur.* Verum deciſio SPERELLI in eo ſe fundat, quod infans non poſſit ſibi domicilium conſtituere, quod quidem de *vera conſtitutione* concedimus: ſed ſi ex doctrina communi ſupponimus, leges infanti, facto tutorum interueniente, aliquando domicilium conſtituere; facilior erit deciſio, vt parochianus eius loci fiat, vbi lex ei videtur domicilium conſtituiſſe. Quod ſi tamen maiorem ſuarum fortunarum partem ibi non habuerit, vbi moratur, vix admitti poteſt ſententia SPERELLI ex eis, quæ dicta ſunt §. VIII. niſi forſan ex *ſepultura* velimus quemlibet parochiæ ſubiicere, quod tamen fieri nequit. Hoc caſu

An infantes ſibi conſtituere poſſint parochiam?

Sententia Sperelli examinatur.

Quando infans retineat priſtinam parochiam?

casu ergo censetur retinuisse propriam parochiam in loco domicilii, quod hactenus non mutatum est. Et vix infantis *sui iuris actus parochiales* exercere potuerunt, nisi forte, vt diximus, casum *sepulturæ* supponamus.

Vxor sequitur parochiam mariti.

§. XXVI. Sicuti porro vxor per *matrimonium* transit in domicilium mariti; *l. f. §. 3. ad municip. l. vlt. C. de incol.* ita *regulariter* quoque parochiæ mariti subiicitur, modo matrimonium sit consummatum. Sola *desponsatio*, sicuti domicilium non mutat; ita nec parochiam, *l. 32. ad munic.* Et sicuti vidua facta domicilium mariti retinet, ita & parochiam, *cit. l. §. 1.* Ex quo infert SANCHEZ. *de matrim. lib. 3. disp. 23. n. 15.* aitque: *Si mulier coram parocho suæ parochiæ nubat viro, & constante matrimonio eodem die se transferat ad viri parochiam, si matrimonium forte fuit nullum, sitque iterandum; quamuis eadem die coram parocho: non posse iam assistere priorem illum fœminæ parochum, quia mutatione illa statim desiit esse parochiana illius, nouamque parochiam acquisiuit. Quare interesse debet parochus domus, ad quam cum viro se transtulit.* Sed hæc sententia non cohæret. Ponamus enim, matrimonium ita esse nullum, vt reiterari non possit, an eo casu domicilium transtulisse, & parochiam mariti elegisse, censeri potest? Matrimonium enim nullum nullos potest producere effectus, & maxime tales, qui huic proprie cohærent, qualis est constitutio domicilii in foro mariti. Nec obstat, quod semel habuerit *animum*, transferendi domicilium & parochiam: habuit enim voluntatem mutandi *domicilium* & *parochiam secundum quid*, seu *propter matrimonium*, adeoque eius intentio fuit limitata & intelligi debet sub clausula vulgata: *rebus sic stantibus*, si scilicet matrimonium constiterit, quo cessante, parochiam non censetur transtulisse. Supponendi tamen hoc casu sunt semper termini habiles. Si enim vxor sit *diuersæ* a marito *religionis*, non potest dici parochiana facta parochiæ mariti, sed hoc casu retinebit priorem suam parochiam. Quod vero actus alios parochiales, qui vxoris personam non tangunt, concernit, varie de iis a principe statui potest, & solet non raro hic ratio haberi ad *caput familiæ* seu ad *maritum*, ita vt cuius ille religionis sit, etiam parochus eiusdem religionis actus parochiales, quatenus vxoris religioni vim non inferunt, in illis ædibus exercere queat, qua de re adducere lubet sereniſſimi electoris in Palatinatu IOANNIS WILHELMI mandatum: Demnach uns vorkommt, daß, obschon unser in GOtt ruhenden Herrn Vaters Churfürstl. Durchl. Hochseel. Gedächtniß mit des Hrn. Bischoffen zu Würtzburg Liebd. veranlasset, daß um Abwendung aller zwi-

An ex matrimonio nullo transferatur parochia?

Limitatio.

schen

schen denen Catholischen und Reformirten Pfarrern besorgenden collusion der Catholische Pfarrer die actus parochiales bey unsern Chur-Pfältzischen Unterthanen zu verrichten, wo das caput familiæ, nemlich der Mann im Hause Catholisch, und also vice versa der Reformirte Pfarrer, wo das caput familiæ Reformirter Religion ist, sothane beyderseits beliebte Abrede gleichwol nicht allein bishero gebührend nicht observiret, sondern so gar auch unserm Kirchen-Rath und von diesem den Reformirten Pfarrern zur schuldigsten Gelobung nicht einmal intimiret worden, als habt ihr nur, woher solche Veranlassung gerühret, gehorsamst zu berichten, und gedachtem unserm Kirchen-Rath alsobalden gemäß zu befehlen, angeregter Abrede gemäß sich zu verhalten, und in geringsten dargegen nichts zu handeln, denen Reformirten Pfarrern ernstlich aufzutragen, und Wir ꝛc. Benroth. den 28 Junii 1694.

Johann Wilhelm, Churfürst.

Renouata est hæc constitutio anno *1705. d. 21. Nov.* simulque pactis dotalibus, hanc rem determinandi, potestas subditis facta his verbis: In matrimoniis mixtis stehet denen Eltern frey, ihre Kinder in der Religion taufen zu lassen, und zu erziehen, wie es die Gerichtsordnungsmäßige Ehe-Pacta oder ihre stante matrimonio authentische Abrede mit sich bringet. Wo aber weder Ehe-Pacta, noch dergleichen Abrede, so viel diesen Punct angehet, befindlich; da folgen die Kinder dem capiti familiæ, iedoch bleibet denen Kindern die vollkommene Gewissens-Freyheit, wenn sie ad annos discretionis kommen, auch dem letztlebenden Vater oder Mutter bevor, die Kinder nach Belieben in ihrer Religion zu erziehen. Integram constitutionem habet ANTONIVS FABER in der Staats-Canzley *tom. X. p. 803.*

§. XXVIII. Quid vero, si vxor nolit mutare suam parochiam, sed desideret, vt in priori parochia eiusdem loci possit parochiana manere, vtrum sit audienda, quæritur? Quid enim si parochus mariti de hoc protestetur? Nescio sane, an moribus nostris absque speciali concessione parochi mariti hoc impetratura sit, cum eius interesse ratione *iurium stolæ* hic simul versetur. Quod si tamen ex veris principiis iuris ecclesiastici, quæ *monopolium tale* reprobant, nec parochorum interesse ex solo lucro æstimandum esse censent, res foret decidenda, putarem, vxorem cogi non posse, vt præcise mariti parocho se subiiciat, maxime si parochum mariti indemnem præstare velit, h. e. præstare omnia illa, quæ alias a parochianis exiguntur. Sic enim ex-

An vxor audienda, parochiam priorem retinere desiderans?

ceptio: *tua non interest*, repellit omnem agentem. Neque enim quoad *curam animæ* quis videtur cogi posse, vt inuitus se alteri subiiciat, cum ita omnis *fiducia* cesset, atque natura ecclesiarum tali *coactioni* resistat, quæ vnice *iuri parochiali*, seu *bannario* debetur. Primario vsus huius quæstionis se se exserit, si confessionarium priorem vxor mutare nollet, quamvis per matrimonium ex vna parochia in alteram eiusdem ciuitatis transiisset. Securius certe agit, si id a principe impetret.

Quomodo parochia mutetur?

§. XXIX. Sicuti porro domicilium pro lubitu *regulariter* mutari potest: ita etiam parochia mutatur, mutato domicilio vel habitatione. *c. vlt. X. de paroch.* IO. KOEPPEN. *dec. 1 enucl. 2. n. 18.* Hoc vltimum ideo addo, quia aliquando ex sola *cohabitatione* parochia constituitur, vt supra dictum. Potest enim *habitatio* mutari, vt non mutetur *domicilium*.

Mutatio debet fieri b. f.

Hoc tamen casu requirunt Dd. vt talis mutatio habitationis non fiat *fraude*. Nam habitatio fraudulenter in præiudicium parochi proprii vel alterius parochi mutata, ad effectum acquirendi nouum parochum non sufficit, quod fraus & dolus nemini patrocinari debeat, & quod malitiis hominum non sit indulgendum. FRANCISCVS MARIA SAMVELLIVS *in Prax. de sepult. tr. 1. disp. 8. controu. 8. concl. 4.* NAVARRVS *tom. 1. consil. tit. de paroch. cons. 1.* Sed vnde de tali constabit fraude? Imo quamuis, si constaret de fraudandi animo, hoc admitti posset, vt non possit talis se subducere oneribus parochialibus iam *instantibus*, & mox præstandis; illud tamen expeditum est, mutata habitatione, eum non amplius in parochia priori habitare, & sic quoad onera parochialia *futura* amplius pro tali haberi non posse, nisi forsan simulet mutationem *habitationis*, & saltim *ad tempus* se alio transferat, vt modo a certo onere se liberet; nam tunc talis mutatio foret dolosa & intempestiua.

Argumentum a iurisdictione ad parochiam non stringit.

§. XXX. Quamuis vero parochiani communiter, vt dictum, æstimari soleant ex *domicilii constitutione* & *habitatione*, & ita sequi videantur normam iurisdictionum: hoc tamen non perpetuum est, quin potius contingere potest, vt quis *parochianus* huius loci esse queat, & tamen alius in eum vsurpet iurisdictionem, non ordinarius iudex loci, veluti, si iurisdictione eiusdem exemtus sit. Vnde ab *exemtione iurisdictionis* ad *exemtionem a parochia* non valet consequentia, sicuti non sequitur: huic iudici subiectus est: ergo quoque parochianus est illius loci, cuius iudicem agnoscit, *c. 5. X. de parochiis*, ibique BARBOSA *n. 2. & 3.* Vnde noui, in certo aliquo casu, vbi parochus ideo prætendebat ius parochiale in quosdam homines exercere, quod iurisdictioni loci illius

lius, vbi parochia est, essent subiecti, licet vel maxime intra parochiam suam non habitarent, contra parochum fuisse responsum.

§. XXXI. Vltimo demum quæritur, vtrum etiam reges & principes proprie *parochiani* dici possint? Quæstio hæc forsan Domitiana quibusdam videri posset, cum illi habeant proprios sacerdotes, Hof-Prediger, adeoque ad nullam parochiam referri possint. Enim vero & aulici sacerdotes sibi hodie ius quoddam parochiale vindicare solent, præsertim cum pluribus in locis ministri aulici sint parochiani ecclesiæ, ad aulam spectantis, der Schloß-Kirche Eingepfarrte, adeoque ibi sacris interesse teneantur; hinc non mirum, si in his ecclesiis quoque quandoque parochiani reperiantur. Sed de ipso summo *principe* iam quæstio instituitur, non de eius *ministris*. MENOCHIVS *consil. 389. n. 30.* EX GABRIELE BIELE de rege Galliæ ita loquitur: *Rex Francorum etiamsi assidue vagetur & nunquam Parisiis moretur; quia tamen in Metropolitana ciuitate præcipuum habitaculum habere præsumitur, eius ciuitatis archiepiscopo tanquam proprio sacerdoti subiicitur.* Ergo ex mente MENOCHII Rex Galliæ est parochianus Archiepiscopi Parisiensis. Similiter de rege Angliæ EADMERVS *lib. VI. histor. pr.* hæc refert: *Comprobatum ab aliis est, magis ad Archiepiscopum Cantuariensem id pertinere, ea ratione, quod rex & regina speciales ac domestici parochiani sunt ipsius, nec diœcesin cuiusuis episcopi ei posse præcipere; quod sui iuris dignoscitur esse, cum tota terra, lege primatus Cantuariæ, parochia sua sit, & omnes episcopi totius insulæ parochias, quas habent, non nisi ab ipso & per ipsum habeant.* Inter protestantes quoque ministros ecclesiæ aulicos idem ius parochiale in principem, Augustam, & principalem domum prætendere, aliquoties ex actis, obseruaui, adeo vt nec principi integrum esse velint, confessionarium sibi eligere, quem velit, sed potius ex proprio aulæ clero eum eligendum esse contendant. Ast, si dicendum, quod res est, non quidem inficias ire possum, principes habere suos proprios sacerdotes aulicos, & eorum sacris interesse. Sed, vt puto, id non fit ex aliqua *necessitate*, ex qua ceteri parochiani suis parochis subsunt, sed ex *mero arbitrio*, cum *leges parochiales* ipsimet constituant, has vero non sibi sed subditis suis ferant. Adeoque si princeps proprium sacerdotem habere nolit, in eius arbitrio erit, huius vel illius ecclesiæ sacris vacare, non obstante, quod Rex Galliæ sit *quasi-parochianus*: huius enim instituta nostros principes non obligant. Vnde etiam ædes principum rurales, die Fürstl. Amt-Häuser, parochiis non esse subiectas, certum est;

An reges & principes sint parochiani?

præsertim si inhabitans simul nomine principis easdem ædes inhabitet, & iura principis ibidem exerceat. Et ita ipse potentissimus Rex Borussiæ FRIDERICVS glorioſæ memoriæ in rescripto quodam, in materia *de iure parochiali circa sacra* adducendo, rescripsit.

CAP. III.

De

Parochiis & terminis parochialibus.

§. I.

Anacephaleosis de origine parochiarum.

De *origine parochiarum*, ni fallor, satis *sect. II.* dictum puto. Ostendi ibidem, parochias demum introductas fuisse, postquam clericorum *potentia* & *dominatus* sacer ad ἀκμήν suam peruenit, cum antiquitus sub primitiua ecclesia tales non essent, fatente ipso AVGVST. BARBOSA *tr. de offic. & potest. paroch. P. 1. c. 1. n. 17.* vbi *n. 18.* addit, postea tamen fuisse constitutum sub DIONYSIO, (quod tamen *ibidem* reiectum) vt singulæ ecclesiæ singulis sacerdotibus assignarentur, *vt vnus quisque proprium haberet territorium, nec vnus alterius fines ingrederetur.*

Parochiæ dicuntur territoria.

Vnde parochiæ sæpius *territoria episcoporum* dicuntur, *c. 19. Synod. Arelianens. 1. & c. 18. concil. Aurel. 3. c. 3. concil. Vacens. 1. it. in capitul. Carol. M. lib. 1. c. 9. 40. & 66. in LL. Allemann. tit. 11. §. 11. tit. 13. §. 2.*

Parochiæ lata acceptio.

§. II. Accipitur vero parochia vel *late*, pro tota diœcesi, vt apud AVGVSTIN. *epist. 261.* & hac significatione apud Christianos sequioris ævi denotabat *territorium* & *regionem episcopi.* LINCKIVS *ad Decretal. tit. de paroch. §. 1.* & in *tr. de iure episc. c. 6. n. 28.* GONZALEZ. TELLEZ. *ad c. 2. 10. de paroch.* FRANC. DE ROYE *instit. iur. can. cit. 1.*

Stricta.

§. 1. vel *stricte* pro districtu ecclesiarum quarumuis *particularium*; quæ significatio eo inualuit tempore, postquam nomen diœceseos, regionibus episcopis assignatis, tribui cœpit. LINCK. *cit. l.*

Parochia pro districtu sumta quid?

Hoc sensu quoque hic accipimus *parochiam*, eamque ita delineamus, quod sit *certus districtus limitibus suis seu terminis distinctus, & parochis tanquam proprium ter-*

territorium assignatus, continens in se ecclesiam parochialem, populumque illi ecclesiæ addictum, vt & ædes finibus parochialibus inclusas. Germ. ein Kirchspiel, Pfarre. Alio sensu *parochia* quoque denotat *societatem parochialem*, de qua *sect. II. c. 1.* abunde dictum puto. Vt vero ordine procedam, singula requisita *parochiarum* excutienda sunt.

§. III. Primo requiro *certum districtum.* Natales huius rei iam supra excussi in *sect. II. c. 2.* vnde constabit, ad modum *regiminis ciuilis* tales districtus parochiis fuisse assignatos. Ea ita opponitur *diœcesi*, quæ, notante ZIEGLER. *de iur. maiest. lib. 1. c. 15. §. 24.* phrasi ecclesiastica plures alicuius regni prouincias metropolitanas seu ἐπαρχίας complectebatur, quarum singulis erat suus metropolitanus, velut ἐπαρχία plures ἐνορίας aut παροικίας, quæ sub episcopo ciuitatis erant. Ostendit porro idem ZIEGLERVS, hæc omnia ita introducta fuisse *ad exemplum regiminis ciuilis*, vti *diœcesis* seculo CONSTANTINI multarum erat prouinciarum complexus, quæ in vnum coactæ, per præfectos prætorio & eorum vicinos regebantur, *l. vn. C. vt omn. iudic. l. 3. C. Theod. de equor. collat. l. 9. C. Theod. de legat. & decret. legat.*

Requiritur certus districtus.

Ad modum iurisdictionis ciuilis.

§. IV. Eiusmodi certos districtus præsertim ex ciuitatibus earumque magnitudine & amplitudine fuisse constitutos, antiquitatum studio dediti non ignorant. Postea inualuit, vt *parochiarum* nomen primario attribueretur *pagis*, & sic parochiæ ciuitatum ecclesiis opponerentur. IAC. SYRMONDVS *de Acymo c. 5.* CAROL. DV FRESNE *in glossario, voce parochia.* Optime id explicat GONZALEZ. TELLEZ. *ad c. 2. X. de paroch. n. 9.* inquiens: *Primis ecclesiæ temporibus, antequam adeo numerosa seges extaret sementis euangelicæ, primi illi ecclesiarum conditores bifariam operam suam, & operæ ministros partiti fuerunt, in vrbem & vrbi adiunctum territorium: atque intra muros quidem vna sufficiebat ecclesia ad synaxes & sacros conuentus habendos, vbi præerant episcopi; extra vrbem in pagis & locis rusticis aliæ ecclesiæ construebantur, quas Græci paræcias, latini parochias dixere, & in eis presbyteri seu Chorepiscopi constituebantur. Postea tamen, aucto fidelium numero, etiam in vrbe constitutæ fuerunt diuersæ parochiæ.* Addit porro ibidem, necessitatem & populi frequentiam parochias tales in ciuitatibus exstruxisse. *Nam cum*, pergit, *insignes ciuitates vnus prælatus regere non posset, neque magnum populum vnius sedis spatio includere, visum est episcopis, in legiones & centurias populum diuidere & regiones ciuitatis certis limitibus describere, vt vnicuique eorum suus sacerdos & Curio præficeretur &c.* Quamuis ergo olim

Origo horum districtuum.

Ecclesiæ rurales olim parochiæ dicebantur.

incognita fuerit distinctio parochiarum in *rusticas* & *vrbanas*: postea tamen satis nota fieri cœpit.

Parochia rustica.

§. V. Est itaque *parochia rustica* districtus ille, in pagis seu ruri constitutus, in quo degunt rustici, ad certam ecclesiam parochialem deputati. Neque enim hodie quilibet pagus habet suam *ecclesiam parochialem*, propriumque parochum; sed plures pagi sæpe vni ecclesiæ deputati

Ecclesia filialis & mater.

sunt, vt adeoque talis parochia latius se extendat. Hoc vero duplici modo accidit, vt aut aliqua vniuersitas habeat ædes sacras, absque proprio tamen parocho, & ita vocatur *filialis*, opposita ecclesiæ *matri*, quæ sub se alias ecclesias habet, BARBOS. *de iure eccles. lib. 2. c. 3. n. 20.* vt tamen ibi parochus residentiam suam habeat, quamuis ecclesiæ quoque filiali prospicere teneatur, ibique sacra administrare: aut vero pagus nullas ædes sacras habet, sed in alterius loci ædibus sacris cultui diuino interesse tenetur, & hinc eius inhabitatores vocantur simpliciter *parochiani*, Eingepfarrete. SCHILT. *instit. iur. can. lib. 1. tit. 3. §. 12. inf.* HERTIVS

Filialis & mater ecclesia vnam constituunt parochiam.

de ecclesia filiali. Priori casu plures quidem videntur esse parochiæ, cum filialistæ suum proprium templum habeant: vnio tamen & incorporatio harum ecclesiarum facit, vt, dum vni parocho subsunt, illeque omnibus prospicere teneatur de sacris, certo respectu pro vna parochia reputentur: respectu scilicet *parochi*, qui in toto illo districtu tanquam in suo proprio territorio, (vt cum canonistis & vulgato sermone loquar) ius parochiale suum exercet: extra hunc respectum adhuc filialis & mater quoad onera, ecclesias ipsas respicientia, pro diuersis cœtibus reputantur, vt suo loco dicetur. HARPRECHT. *consil. XII. n. 51.* Potest tamen aliquando parochi, in matre ecclesia habitantis, potestas restringi, si filia in diuerso territorio sita, & filia ecclesia diuersæ religioni addicta est, vt plenius ostendunt HARPRECHT. *cit. l. n. 53.* KNIPSCHILD. *de iur. ciuit. imper. lib. II. c. 3. n. 177.* BESOLD. *cons. 298. n. 53. seqq.* Posteriori casu res clarior & euidentior est, & non adeo multum difficultatis occurrit circa iura parochialia, cum propriis destituantur ecclesiis seu ædibus sacris.

Parochiæ vrbanæ duplicis generis.

§. VI. Parochias *vrbanas* districtus certos in ciuitatibus denotare, facile patet. Sunt autem duplicis generis; vel enim, quod potissimum & principaliter accidit, hic supponuntur plures ecclesiæ parochiales, in vna ciuitate, ita vt vnicuiuis certus ciuitatis districtus sit assignatus, & in vnaquauis ecclesia proprius parochus, qui intra illum districtum sibi assignatum, ius suum parochiale exercet: vel vna tantum

adest

adeſt eccleſia parochialis, & ſic diſtrictus quoque ipſius parochiæ non adeo in obſcuro eſt, ſed ipſius ciuitatis terminus incluſus, adeo vt per totam ciuitatem parochia ſeſe diffundat, neque *certum* & *diſtinctum diſtrictum* habeat. Accidere tamen poteſt, vt talis ciuitas *ſuburbia* habeat, & ita forſan de *diſtrictu* quæſtio moueri poſſet, quousque ſe extendat, vtrum ſolis mœnibus contineatur, an vero etiam *ſuburbia* contineat? id quod ex loci cuiuslibet natura & conſuetudine diiudicandum. In dubio tamen in ſuburbiis degentes, ad parochiam ciuitatis referendi ſunt, quia ſuburbia ſunt pars ciuitatis, etſi non vrbis, & ſic vrbano iure iudicantur, *l. Pupillus 239. §. 2. d. V. S.* MEV. *P. 3. deciſ. 165. n. 4.* niſi forſan ſuburbia ædes ſacras proprias habeant, & ita euidenter a ciuitatenſi parochia diſtinguantur.

§. VII. Deinde requiro *diſtinctos fines & limites parochiarum.* Requiruntur (2) fines diſtincti. De his diſerte diſponit concilium Tridentinum *ſeſſ. 24. de Reformat. cap. 13. inf. In iis ciuitatibus aut locis, vbi parochiales eccleſiæ certos non habent fines, nec eorum rectores proprium populum, quem regant, ſed promiſcue petentibus ſacramenta adminiſtrant: mandat ſancta ſynodus epiſcopis, pro tutiori animarum eis commiſſarum ſalute, vt diſtincto populo in certas proprias que parochias, vnicuique ſuum perpetuum peculiaremque parochum aſſignent, qui eos cognoſcere valeat, & a quo ſolo licite ſacramenta ſuſcipiant: aut alio vtiliori modo, prout loci qualitas exegerit, prouideant. Idemque in iis ciuitatibus ac locis, vbi nullæ ſunt parochiales, quam primum fieri curent, non obſtantibus quibuscunque priuilegiis & conſuetudinibus etiam immemorialibus.* Poſtquam enim ad formam ciuilis *iurisdictionis* vel *imperii ciuilis* parochiarum diuiſio facta, non potuere non *diſtincti fines* cuiuis attribui parochiæ.

§. VIII. Proinde non mirandum eſt, quod ſæpe querelæ de *finibus turbatis* parochiarum fuerint motæ, cum multoties in conciliis inculcatum conſtet, ne quis alterius parochiæ fines turbet, ſed ſuis ſe limitibus contineat; id quod ex ratione *iuris parochialis* fluit, quod in iure *cogendi* & *prohibendi* conſiſtit, vti aliquoties iam dixi. Querelæ ſæpe motæ de finibus. Quodſi enim alterius parochiæ ſacerdos actum quendam ſacrum in alterius parochia exercere conaretur, ſtatim inde ſubnaſcuntur querelæ de *turbatis finibus*: ſi intra limites eius parochiæ alia exſtruenda videatur eccleſia, mox *ius prohibendi* parochiæ huic largiuntur, licet, vel maxime *ſalus populi* hoc vrgeat. Iam olim certarunt ſæpe acriter epiſcopi propter fines ſuarum diœceſium turbatos. *In concil. Conſtantinop. c. 2.* diſerte prohibentur epiſcopi, vltra diœceſin in eccleſias extra ſuos terminos ac-

Varia conciliorum decreta de finibus non turbandis.

accedere, nec ecclesias confundere. *In concilio sexto in Trullo c. 20.* disponitur, ne episcopo liceat in alia, quæ ad se non pertinet, publice docere. Maxime autem respiciendum esse canones volunt in finibus determinandis ad *quietam possessionem* 30. annorum, *concil. eod. c. 25.* vt & ad fines ciuilis iurisdictionis. Ita enim in *c. 38. cit. concil.* expresse dicitur: *Si qua ciuitas ab imperatoria potestate innouata sit vel post hac innouanda, ciuiles ac publicos typos & ecclesiasticarum quoque rerum ordo consequatur*, id quod iam antea quoque constitutum erat *in concil. Chalcedonensi c. 17. In concil. Antiocheno c. 10.* hi, qui sunt in vicis vel regionibus, admonentur, vt suum modum sciant, & sibi subiectas ecclesias administrent, earumque cura & sollicitudine gerenda contenti sint. *Conf. c. 18. concil. Ancyran.* Inde quoque cauetur, ne quis actum aliquem vltra fines sibi præscriptos faciat, vt in *c. 22. concil. Antioch.* vbi prohibentur episcopi extra suam regionem, quæ ad ipsos non pertinet, ordinationi vacare. Conf. *c. 15. concil. Sardic.* item ne in causa finium ius sibi ipsis dicant, alioquin ius suum perdant, *c. 121. concil. Carthag.*

Constitutio finium parochialium.

§. IX. Quæ cum ita sint, ante omnia videndum est, qua ratione *fines parochiales* constituantur, & probentur. Quoad *constituendos* fines illud certum est, parochias non semper limitari & distingui secundum distinctionem territoriorum, quamuis in conciliis quibusdam id disertim cautum legamus, quo iure non amplius vtimur, quia vna parochia aliquando se extendit ad partes multorum territoriorum. HIERON. DE MONTE *de finib. reg. c. 13. n. 3.* Vnde licet vel maxime hodie contingat, vt territoria quoad iurisdictionem mutentur, & diuersis dominis territorialibus subiiciantur, parochiarum fines tamen inde non mutantur, quo pertinet NICOLAI Papæ assertum *in c. 1. D. 10. non visum est, ad mobilitatem necessitatum mundanarum* DEI *ecclesiam commutari.* BARBOS. *de iur. eccles. lib. 1. c. 20. n. 41. & de offic. & potest. episc. P. 1. tit. 1. c. 7. n. 15.*

Autoritate episcopi fines constituuntur.

Constituuntur autem secundum ius pontificium fines *autoritate episcopi*, etiam inuitis parochis in ipsorum diœcesibus, cum illi in tota diœcesi præsint parochis, vid. concil. Trident. *sess. 21. de reform. c. 4.* BARBOSA *de offic. & potest. episc. p. 3. alleg. 68.*

In dismembratione parochiarum requiritur iusta causa.

Hoc tum maxime fit, quando plane nulli fines parochiales sunt determinati: tum etiam, vbi noua parochia per *dismembrationem* (vulgo Auspfarrung) quandam exstruitur, vt ex vna parochia fiant duæ, & sic fines veteris parochiæ coarctentur. Hoc casu tamen merito requiritur *iusta causa*, ne scilicet erigatur noua parochia in præiudicium veteris parochi, & illi absque casu populus subtrahatur; vel si pa-

parochorum intereſſe non adeo attendendum eſſe videatur, ex alia ratione tamen ad *dismembrationem* non eſt deueniendum, quia hæc quandam *alienationem* continet, quæ ſine iuſta cauſa ſuſcipi nequit. IO. BAPTISTA TVRRICELLIVS *de benefic. vnione c. 7. n. 8. ſqq.* LEVRENIVS *de for. benef. P. III. q. 949.* *Cardin.* DE LVCA *tom. III. theatr. verit. & iuſtit. de regular. diſc. 5. n. 4.* Imo quia regulariter prohibita eſt, hinc abſque iuſta cauſa ſuſcipi nequit, *c. 3. X. de eccleſ. ædif.* LEVRENIVS *cit. l. qu. 947.* Ad ſufficientem cauſam refert BARBOS. *in collect. ad cit. c. 4. Concil. Trid. n. 7.* ſi aliqua pars veteris parochiæ ſit in ſuburbio extra portas vrbis, quæ de nocte firmiter claudi, & non niſi cum magna difficultate aperiri ſolent. Quid enim ſi parochiani ægrotent, & ita parochi ſui auxilio deſtituantur? Hanc quidem cauſam omnino ſufficientem eſſe puto. Huc etiam refero diſtantiam loci: quamuis enim BARBOSA hanc cauſam iuſtam haud exiſtimet in *tract. de off. & poteſt. epiſc. cit. l. n. 1.* contrarium tamen ſtatuit *in tr. de iure eccleſ. l. 1. c. 20. n. 23.* cum itinerum incommoditas & difficultas ſæpe cauſa ſit, vt ægrotantes absque parochi ſolatio relinquantur. ANTON. GRANNANIETO *ad C. vn. X. vt eccl. benef. ſine dimin. confer. n. 9.* de qua re notabile præiudicium occurrit apud FINCKELTH. *de iure patron. c. 5. n. 63.* Quam vero *in ſeq.* BARBOSA addit, magis ridicula eſt, quam ſufficiens. Videlicet ſi parochiani, ruri commorantes, coguntur venire ad parochiam, in vrbe ſitam: quia enim, ait, id decenter facere non poſſunt, cum mulieribus & familia, communiter indutis ruſtico habitu, præſertim diebus ſolennioribus, nec ſe commiſcere honeſtioribus ac ditioribus, idonea inde eſſe cauſa videtur, erigendi nouam parochiam, ne ob diſparitatem conditionis, fortunæ & morum, riſui & ludibrio exponantur, & ſic retrahantur ab audiendis diuinis. Generaliter *cauſa* debet eſſe *rationabilis*; alias non facile admittitur, BRVNNEM. *de iur. eccleſ. lib. 2. c. 4. §. 11.* & quia quandam alienationem inuoluit, hinc eædem in hac dismembratione requiruntur ſolennitates, quæ alias in alienatione rerum eccleſiæ; BARBOS. *de offic. & poteſt. epiſc. P. 3. alleg. 67. n. 16.* TVRRICELLIVS *cit. l. n. 9.* imo & parochi conſenſus neceſſarius, quatenus de eius agitur præiudicio. Quod ſi tamen ille inique diſſentiat, & tamen *iuſta cauſa* adſit, fines parochiales reſtringendi, nihilominus ad *dismembrationem* procedi poteſt. BARBOSA *cit. l. n. 20.* In noſtris eccleſiis, ſicuti *vniones* eccleſiarum autoritate principum fiunt, quibus iura parochialia competunt; ita eodem modo autoritate eorum *dismembrationes* eccleſiarum ſunt ſuſcipiendæ, quicquid etiam contradicat incaſſum pontifex per ſuas bullas. Vid. LIN-

Quando non attendatur diſſenſus parochi.

In eccleſiis euang. conſenſus principis requiritur.

LINK. *de iure episc. vlt. n. 28.* dummodo parocho veteri, in cuius præiudicium talis *dismembratio* tendit, satisfiat, quod commode fieri potest, si ei reditus ad vitam suam relinquuntur, cum nouo parocho non alii debeantur, quam qui ipsi in introitu officii assignantur. Quod si enim ecclesia antiqua plures reditus habet, certa portio ex antiqua ecclesia nouæ ecclesiæ deputari potest. *Concil. Trid. Sess. 21. de reform. c. 4.* GRANNARITTO *ad c. vn. vt benef. eccl. sine dimin. conf. n. 9.* Hoc ipso veteri ecclesiæ ius patronatus in nouam parochiam, quæ instar coloniæ cuiusdam censenda est, acquiritur, quo intuitu etiam non raro *filia* dici solet, sed non eodem, quo supra dictum est, significatu

Ex veteri ecclesia quandoque nouæ, prospiciendum.

§. X. Quod vero dixi, *dismembrationem* parochiarum fieri ex *autoritate principis*, vel apud pontificios autoritate episcopi, hoc restringi debet, ne talis dismembratio fiat contra Instrumentum Pacis. Neque enim parochiani euangelici, qui anno 1624. d. 1 Ian. parochiæ euangelicæ subfuerunt, ibique decimas præstiterunt, addici ecclesiæ, catholicæ religioni addictæ, possunt, vt ibi sint parochiani, ibique soluant decimas, aliaque onera præstent. Diserte enim prouisum est in *Instrum. P. art. V. §. 47.* vbi ita: *Reditus etiam, nec non decimæ, canones & pensiones Augustanæ confessionis statibus, fundationibus iam destructis & collapsis, ex alienis territoriis debitæ, iis exsoluantur, qui anno 1624. d. 1. Ian. in possessione perceptionis vel quasi fuerunt.* Similiter in *§. 48. ad consequendos reditus, census decimas & pensiones in iis A. C. statuum ditionibus, vbi catholici anno 1624. notorie in possessione vel quasi exercitii iuris dictionis ecclesiasticæ fuerunt, vt tantur eadem post ac quoque, sed non nisi in exigendis hisce pensionibus, nec procedatur ad excommunicationem, nisi post tertiam demum denunciationem.* Alioquin enim exercitium religionis mutaretur, & publicum religionis exercitium impediretur, contra *Instr. P. art. V. §. placuit 34.* ex quo ipso fundamento *ius* illud *simultanei*, quod in publicis imperii comitiis tam acriter in controuersiam vocatum est, destrui potest, Idem quoque ad Ducatum Silesiæ applicari posse autumo. Quamuis enim *iuris dictio ecclesiastica* non videatur suspensa respectu Silesiæ: quia tamen imperator inuictissimus Silesiæ principibus A. C. *art. V. §. 38. Instr. P.* liberum exercitium Augustanæ confessionis indulsit, reliquisque subditis *art. 39.* idem exercitium permisit: episcopi catholici non possunt parochianos A. C. addicere parocho catholico, sed iure tantum suo ita vti, ne contra inuictissimi imperatoris placita veniant, & liberum exercitium A. C. addictis auferatur; quod necessario fieret, si parochiæ catholicæ subiicerentur.

Dismembratio non debet fieri contra I. P.

Applicatur ad Ducatum Silesiæ.

§. XI.

§. XI. Sicuti vero per *dismembrationem* coarctantur fines parochiales, ita per *vnionem* sæpius extenduntur, de qua vnione ecclesiarum cum PHILIPPVS SLEVOGTIVS & ante eum IO. BAPTISTA TVRRICELLIVS, & LEVRENIVS *de for. benef. P. III. Sect. 2.* aliique fusius egerint, binis verbis saltim fundamenta huius vnionis hic delineabo, B.L. quoad specialiores conclusiones ad cit. Autores ablegans. Varia genera *vnionis* vulgo habentur, ex quibus duo tantum ad scopum meum faciunt, quando vel ecclesia vna cum altera confunditur: vel quando ecclesiæ ita vniuntur, vt quidem suum statum non prorsus amittant, sed tantum vni parocho subiiciantur, id quod ex iis, quæ dicta sunt *§. V. huius cap.* intelligi potest. Vt tamen talis vnio legitime fiat, præsupponenda sunt certa requisita. Nam (1) in nostris ecclesiis consensu & autoritate *principis* fieri debet, cum huius autoritate, vt dictum *§. antec.*, constituantur fines parochiales. Auctoritas *consistorii* vix sufficit, cum status ecclesiarum ita mutetur, & præterea inter ipsos pontificios *vicariorum* autoritas haud sufficiat, sed episcopi accedere debeat, LEVRENIVS *de vicario episc. qu. 609.* ad quorum instituta consistoria nostra sunt composita. (2) Accedere debet *causæ cognitio*, vt inquiratur, vtrum *necessitas* vel *vtilitas* ecclesiarum postulet, vt vniantur. (3) Adhibendus est *consensus* tum *patroni*, quoniam eius interest propter ius præsentationis: tum *parochianorum*, quoniam & horum conditio potest fieri deterior, si, proprio relicto templo, remotiorem ecclesiam frequentare debeant. Parochorum consensum non adeo hic supponimus, quoniam rarius vniones fiunt, viuente adhuc parocho, sed tum demum, cum ecclesia vacans est.

Extenduntur fines per vnionem parochiarum.

Requisita vnionis.

§. XII. Quod si contentio de *finibus parochialibus* confusis inciderit, per finium regundorum iudicium fines dirigendi, vbi tota res in *probatione* finium parochialium consistit. Possunt autem probari hi fines per libros antiquos, testes senes, & famam *c. 13. de probat.* In antiquis enim testibus senibus multum creditur. Equidem in *c. plures 54. C. 16. q. 1.* disponitur, vt si contentio fuerit de terminatione duarum matricum, plebs vtrarumque discernere debeat, & si non conuenerint, *Dei iudicio* discernendum sit. Ex hoc textu ANTON. GRANNANIETO *ad c. 4. X. de paroch. n. 4.* putat, concludi posse, libris antiquis fines parochiales probari non posse. Quamuis vero duplici ratione ad textum respondeat, non tamen videtur ei satisfeciisse. Equidem videre non possum, quomodo ille textus possit adduci pro contraria sententia. Scilicet populus vtriusque parochiæ omnino de finibus discernere, h. e. legi-

Probatio finium parochialium quomodo suscipienda?

An ex libris antiquis?

timo proceſſu contendere debet. Sed quomodo? Per *legitimas probationes*, quæ hic non excluduntur. Quod præterea additur in textu, *Dei iudicio* contentionem de finibus in ſubſidium eſſe dirimendam, *de ſorte* explicat *cit.* GRANNANIETO, quia dicitur *in c. 1. C. 6. qu. 2. Sors non aliquid mali eſt, ſed res, in dubitatione humana diuinam indicans voluntatem*, quæ explicatio adhuc admitti poteſt. Vtrum vero voluntas diuina ex ſorte ſemper haberi poſſit, alia quæſtio eſt. Ceterum gloſſæ explicatio, qua *iudicium* DEI credit *iudicium eccleſiaſticum*, nimis ſuperſtitioſa, ne dicam, abſurda eſt Cum vero in probandis finibus maxime in obſcuro verſemur, hinc exacta probatio non adeo requiritur, ſed admittuntur etiam *leues*, propter difficultatem, HIERON. DE MONTE BRIXIANO *de finibus regund. cap. 1.* adeo vt *teſtes de auditu* non excludantur, deponentes ſcilicet, ſe ſemper audiuiſſe a ſuis maioribus, (quorum aliquos nominare debent) limites eousque porrigi, MASCARD. *de probat. concl. 395. n. 7.* In *antiquis* enim probatio per viſum dicitur impoſſibilis IDEM *52. c. 7.* Porro etiam admittunt *libros* antiquos *hiſtoriarum & chronicorum*, BARBOS. *de iur. eccleſ. lib. 1. c. 20. n. 31.* dummodo illis a maioribus fides fuerit adhibita, MASCARD. *de probat. concl. 396. n. 6.* Imprimis vero *inſtrumenta*, pro confinibus facta, probant, BARBOS. *cit. l. n. 35.* & in genere ſicuti in probandis antiquis confinibus admittuntur plures probationes imperfectæ; ita idem dicendum puto in finibus parochialibus. BARB. *cit. l. n. 39.*

Sufficit probatio qualis qualis.

Teſtes de auditu admittuntur.

Libri antiqui hiſtorici.

Inſtrumenta.

§. XIII. De *præſcriptione* finium parochialium diſponit *c. 4. X. de paroch.* vbi pontifex diſtinguit, vtrum conſtet, fines legitima probatione vel alias indubitata fide eſſe ſtatutos eccleſiaſtica ordinatione, nec ne? Priori caſu nulla admittitur præſcriptio: bene tamen poſteriori. Cum enim *publica autoritate* conſtituti ſint fines in vtilitatem publicam, & ita immutabiles ſint, vt priuato auſu immutari nequeant, præſcriptio quoque hic locum non habet. ANTON. GRANNANIETO *ad cit. c. 4. n. 2.* Vnde & fines parochiales, *quatenus tales*, dicuntur eſſe *iuris publici*, ſecus ac priuatorum prædia, quorum fines propria conſtituuntur autoritate. BARBOSA *de offic. & poteſtate epiſc P. 3. alleg. 131. n. 5.* & in *collectan. ad c. 4. n. 1. 2.* Quod ſi non ſint certi parochiarum fines, tunc præſcribuntur ſpatio 30. annorum per *c. 6. C. 16. q. 6.* vbi Papa INNOCENTIVS hanc eandem admittit diſtinctionem. BARBOS. *iur. eccleſ. lib 1. c. 20. n. 29.* Sed tunc vere non præſcribuntur fines; & proinde citati textus ratio ceſſat. GRANNANIETO *cit. l. n. 4.* Aliud vero omnino

Quomodo fines præſcribantur?

Incerti 30. an præſcribuntur.

no eſt, vtrum *fines parochiales* poſſint præſcribi, an vero *fines prædiorum eccleſiaſticorum?* Poſterius omnino admitto, cum ibi fines priuata autoritate ſint conſtituti, & huc ſpectat *c. 9. de præſcript.* vbi quadraginta annorum præſcriptio admittitur. Conf. GONZALEZ TELLEZ. ad *cit. c.* GRANNANIETO *cit. l. n. 5.* Hoc præterea palam eſt, hanc aſſertionem tantum intelligendam eſſe de finibus, quatenus *fines parochiales* ſunt: ſi conſiderantur, non in quantum *fines* ſunt, ſed reſpectu *ſoli*, quoad *dominium*, tunc vtique admittenda præſcriptio. BARBOS. *de offic. & pot. epiſc. cit. l. n. 11.* Denique inde recte colligitur, ius parochiale, prout hodie exercetur, inter res *meræ facultatis* non poſſe referri, hoc effectu, vt præſcriptione acquiri nequeat. Totum enim, quantum eſt, conſiſtit in iure quodam *bannario*, quod limites ſuos habet, adeoque hi quoque præſcriptione acquiri poſſunt, etiam extra diſtrictum domini territorii, quod notabili reſponſo, *Menſ. Iun. 1708.* Facultatis nomine concepto, illuſtrabo.

Fines eccleſiaſticorum prædiorum præſcribuntur.

Haben die Gevetter und Brüder von R. in ihrem Gebieth von etlichen Seculis her, drey uhralte Pfarr-Kirchen mit dem iure patronatus & epiſcopali, nemlich zu Lüeß, Schmöltz und Bürckersdorf beſeſſen, wohin nebſt andern Hoch-Fürſtl. Bamberg- und Sachſen-Coburg- und Brandenburg-Bareutiſchen, auch mehrern Adelichen die R. N. Unterthanen, zu N. Ober- und Unterlagenſtadt, Tüſchnitz, Münchfeld eingepfarret geweſen, auch der Hr. von R. und ſeine Hrn. Brüder und Geſchwiſter ſelbſt, nebſt ihrem Geſinde des Gottesdienſtes, quoad omnes actus parochiales zu Schmöltz ſich bedienet, und ihre Kirchen-Stände daſelbſt gehabt, auch im geringſten deswegen keine Neuerung vorgenommen, bis wegen der Kirchen Stühle, der Hr. von N. und einer von den Hrn. R. in groſſen Zwietracht gerathen. Hat hierauf der Herr von N. in ſeinem Ritter-Sitze eine neue Kirche gebauet, ſolche dotiret, mit einem Evangeliſchen Pfarrer beſetzet, und ſeinen Unterthanen anbefohlen, ſolche nunmehro an ſtatt der R. Kirche zu beſuchen, doch die R. Familie ſich ſo fort darwider geſetzet, und bey dem Ritter Ort, Orts-Gebürg, eine Klage erhoben, und in poſſeſſorio ſich zu ſchützen begehret, darauf zwar der Hr. von N. exceptionem ſuſpecti iudicis opponiret, dennoch, hac non obſtante, ein widerlichs Urtheil erhalten, des Inhalts, daß er ſeine Unterthanen in die R. Kirche ſchicken, alle Unkoſten bezahlen, und die iura ſtolæ dem R. Geiſtlichen vergnügen ſolle, davon der Herr von N. an Ihro Käyſerl. Maj. appelliret, doch auf geſchehenen Bericht der Appellation nicht deferi-

Facti ſpecies.

ret werden wollen. Hat nun ferner der Herr von N. in ipso executionis termino an die Röm. Käyserl. Maj. prouociret, durch Notarium und Zeugen gegen die execution protestiret, und hierdurch dieselbe zu hemmen gesuchet, und zu dem Ende unterschiedliche fauorable responsa für sich in den Druck gehen lassen. Demnach gefraget wird: **Ob nicht die Herren von *N.* in ihrer Klage gegen die Herren von *R. fundi*ret, und also die *N.* Unterthanen in ihrer Kirche zu zwingen befugt sind?** Wann nun gleich hierbey eingewandt werden möchte, daß der Ort Nagel ein freyer immediater Ritter-Sitz sey, so unmittelbar Sr. Käyserl. Maj. unterworfen, mithin sich aller derjenigen Rechten bedienen könne, welche andere Fürsten in ihren territoriis haben, zumal in instr. pac. *art. V. §. 28.* die iura Sacrorum denen immediatis nobilibus gleichfalls mitgetheilet, his verbis: quod libera & immediata imperii nobilitas omniaque & singula eius membra vna cum subditis & bonis suis feudalibus & allodialibus, vigore pacis religiosæ & præsentis conuentionis in iuribus religionem concernentibus, & beneficiis inde promanantibus idem ius habeant, quod electoribus, principibus & statibus competit, nec in iis, sub quocunque prætextu, impediri vel turbari debeant, turbati vero omnes omnino in integrum restituantur. Und da nun die Anrichtung neuer Pfarrer und Erbauung der Kirchen von dem iure circa sacra dependiret, und ein connexum iuris territorialis ist, so möchte daraus inferiret werden können, daß auch die Herren von R. bey ihren Unterthanen eben diese Anordnung zu machen, wohl befugt wären, und dieses um so vielmehr; da (2) bekannt, daß wenn gleich ein filial und matrix ecclesia in unterschiedenen territoriis gelegen, ein Landes-Herr wohl befugt sey, das filial von der matrice abzusondern, und eine Haupt-Pfarre daraus zu machen, und seinen Unterthanen einen eigenen Pfarrer vorzusetzen. Und obgleich (3) des Herrn von R. Unterthanen lange Zeit des Herrn von R. Kirchen sich bedienet, und die sacra daselbst sich administriren lassen, doch dagegen bekannt wäre, quod tempus, sua natura, non sit modus inducendi ius & obligationem & nullam vim efficricem habeat.

Quæstio.

Rationes dubitandi.

GROTIVS *de I. B. & P. lib. II. c. 4. pr.*

Bevorab da (4) sich dieses oder jenes Gottesdienstes zu gebrauchen, eine res facultatis meræ sey, welche nicht könne præscribiret werden, quam diu non accesserit prohibitio & alterius acquiescentia, dergleichen prohibitio doch hier nicht vorhanden, indem nicht zu befinden, daß die Her-

Herren von R. denen Unterthanen zu Nagel iemals zugemuthet, daß sie ihre Kirchr besuchen solten, diese hergegen dazu stille geschwiegen und pariret. Wie denn auch (5) nicht beygebracht worden, daß eine vnio ecclesiarum solenniter geschehen sey, ohne welche doch kein ius prohibendi statt finden könne, einfolglich (6) aus demjenigen, was die Nagelschen Unterthanen ex liberrimo arbitrio gethan, keine possessio manutenibilis zu erzwingen.

LVDOVICVS POSTIVS *obs. 53. n. 1. 2. 7.*

Zugeschweigen, daß (7) solche vniones pro odiosis zu achten, und also in dubio gegen dieselbe zu sprechen, es auch besser sey, daß eine jede Gemeine, so fern es seyn kan, seinen eigenen Priester habe, wie INNOCENTIVS III. solches nachdrücklich bezeuget *lib. I. epist. 51. c. singula D 81. l. u. C. de episc. & cler.* und (8) nicht zu befinden, daß durch einiges pactum, Vertrag, Recess oder sonsten auf einige Art und Weise die Herren von R sich verbindlich gemacht, in der Hrn. von N. Pfarr-Kirchen alleine ihre Sacra abzuwarten, wodurch also denen Herren von R. ein titulus legitimus possessionis ermangelte. Und obgleich (9) dem Prediger deter R. Pfarr-Kirchen etwas abgehen solte, doch solches alhier nicht geachtet werden könte, zumal solche lucra aus keiner Verbindlichkeit, sondern blossen Willkühr der Herren von N. ihnen angewachsen; und da sie inskünftige keine Mühe mehr haben dürfen, also über den Abgang der accidentien sich zu beschweren nicht befugt wären, neque ob solam lucri decrescentiam vllum ius prohibendi nascitur, RICHTER *l. cons. 55. n. 29.* und endlich so wäre (10) ad parochialitatem ostendendam nicht genug, daß bishero die Nagelsche Unterthanen daselbst den Gottesdienst abgewartet, sed ostendendum etiam est, quod ex necessitate hoc factum sit. AVGVST. BARBOSA *de offic. & pot. parochi P. 1. c. 1. n. 28.* Hinc testes, deponentes de sola sacramentorum administratione, nec deponentes de potestate & necessitate cogendi, non concludunt parochialitatem, *gl. in clem. dudum verb. impediant. de sepult.*

Dieweil aber dennoch die Verfassung und Anstalten der Kirchen von allen Zeiten deutlich weisen, daß (1) alle Gemeinden in gewisse Pfarren abgetheilet, und nachgehends einer jedweden Gemeinde ein besonderer Prediger, qui curam animarum haberet, vorgesetzet worden, wovon die alten concilia, und die darauf folgende praxis offenbare Zeugnisse zur Gnüge an den Tag legen. Nam cuique congruit ecclesiæ, proprium habere presbyterum, secundum *concil. Aquisgr. II. ann. 830.* habi- Rationes decidendi.

tum

tum, welches die Alten vornemlich aus dieser Absicht gethan, damit die dazu bestellete Prediger ihre gewisse anvertrauete Gemeinde hätten, welcher sie mit aller Sorgfalt vorstehen, gleichwie auch die Gemeinde an ihren gewissen Seelsorger iederzeit ist verwiesen gewesen, daß sie sich zu demselben halten müssen, *c. 2. X. de paroch. c. 4. C. 9. q. 3.* BARBOSA *cit. l. lib. 1, c. 11.* und da also (2) in der gantzen Christenheit gewisse Gemeinden angerichtet, denenselben gewisse Gräntzen gesetzet, und also allmählig daraus gewisse districtus parochiales erwachsen, mit Bestand Rechtens nicht behauptet werden mag, daß eine Gemeinde an keinen gewissen Prediger gebunden sey, und also nach ihrem Gefallen sich trennen, und eine absonderlich anrichten könne, so daß die Bischöfe selbst solches nicht ohne erhebliche Ursache thun mögen, LVDOVICVS THOMASSINVS *P. 1. de vet. & nou. eccles. discipl. lib. II. c. 25. §. 10. seq.* iure enim optimo distinctæ fuerunt diœceses & parochiæ, ac vnicuique gregi proprii attributi pastores, & inferiorum ecclesiarum rectores, qui suarum quisque ouium curam habeant, vt ordo ecclesiasticus non confundatur. *Concil. Trident. sess. XIV. de reform. c. 9.* Deswegen auch aus eben dieser Absicht vorgemeldtes Concilium folgendes decerniret und gesetzet hat, in iis ciuitatibus, aut locis, vbi parochiales ecclesiæ certos non habent fines, nec eorum rectores proprium populum, quem regunt, sed promiscue petentibus sacramenta administrant, mandat sancta synodus episcopis, pro tutiori animarum iis commissarum salute, vt distincto populo in certas propriasque parochias, vnicuique suum perpetuum peculiaremque parochum assignent, qui eos cognoscere valeat &c. *Concil. Trident. XXIV. de reform. c. 13. in f.* Wobey denn (3) dieses mit in consideration zu ziehen, daß auf dem Lande anfänglich solche Pfarren aus gewissen Dorfschaften sind constituiret worden, weil in Städten es unnöthig war, da eine iedwede Stadt anfänglich eine Gemeinde ausgemachet, und also der Unterscheid der Pfarren vornemlich auf dem Lande sich mercklich geäussert, da es nicht practicabel schiene, daß ein jedwedes Dorf auch eine eigene Gemeinde ausmachen könte, GONZALEZ. *ad c. 2. X. de paroch.* absonderlich, wenn nicht viel Christen daselbst befindlich, und also aus unterschiedlichen Dörfern eine Gemeinde zusammen geschlagen würde, welches nachgehends in Teutschland (4) einen grossen Fortgang genommen, da die Edelleute auf ihren Häusern anfänglich für sich oratoria gebauet, und pedetentim ihre Unterthanen auf dem Lande dahin gezogen, woraus die meisten rurales parochiæ entstanden, LVDOVICVS THOMASSINVS *cit. tr. P. I.*

P. I. l. 2. c. 94. §. 4. und die Edelleute das ius patronatus über ſolche Pfarr-Kirchen acquiriret, es alſo ihnen gar leicht geweſen, die ihnen untergebene Dorfſchaften in gewiſſe Pfarr-Gemeinden einzuſchlieſſen. Aus welchen Umſtänden denn (5) von ſelbſten folget, daß es in der Unterthanen und gantzen Dorfſchaften ſchlechten Willkühr nicht beruhe, zu welcher Gemeinde und Kirche ſie ſich halten wollen, vielweniger ein actus meræ facultatis genannt werden mag, wenn ſie von vielen Zeiten her zu einer gewiſſen Gemeinde beſtändig, als Eingepfarrete, ſind gerechnet worden; ſunt enim res meræ facultatis, quæ ſine conuentione, ſine obligatione vlla cuiusvis libero arbitrio, quandocunque illis vtendi, easque exercendi, relinquuntur, adeoque eorum exercitio nulli fines, nulli termini, nec a lege nec ab homine præſcripti ſunt: BERLICH. *P. 2. concl. 3. n. 8.* welches ſich auf die Gemeinde auf dem Lande gar nicht ſchicket, abſonderlich wenn von etlichen Seculis her die Dorfſchaften in gewiſſe Pfarren eingetheilet geweſen, wie in præſenti caſu zu befinden, da der Hn. von N. Unterthanen nicht erſt vor 30. oder 40. Jahren ſich zu der Kirchen der Herren von R. gehalten, und daſelbſten als eingepfarret conſideriret worden, ſondern auch (6) primordialiter & a prima origine die Verfaſſung dieſer Pfarren ſo gemacht ſind, daß die Nageliſche Unterthanen an die drey R. Pfarr-Kirchen ſind verwieſen worden, anerwogen das Ritter-Gut Nagel ſelbſt, wie auch Tüſchnitz uhralte R. Geſchlechts-Güter ſind, und erſt im vorigen Seculo von denen Herren von R. an die Herren von N. verkaufet worden, wie ſolches in actis deutlich und pleniſſime erwieſen, einfolglich, weil die Nageliſche Unterthanen anfänglich der Herren von R. Unterthanen geweſen, daraus nothwendig folgen muß, daß ſie nicht ex libera voluntate, ſondern ex neceſſitate, primordialiter zu denen R. Pfarr-Kirchen gehöret; und obgleich (7) nachgehends dieſe Unterthanen anderer Herrſchaft unterworfen ſind, ſo mag doch nicht daraus geſchloſſen werden, daß ſie dadurch qualitatem parochialem verloren, theils weil die nachfolgende beſtändige obſeruantz das contrarium bezeuget, theils weil ſolche dismembratio nicht wohl geſchehen könne, da denen Predigern einmal ab initio & prima fundatione gewiſſe reuenüen und accidentia, welche in actis ſpecificiret ſind, zu ihrer ſuſtentation aus denen Nageliſchen Dorfſchaften ſind aſſigniret worden, die ihnen nicht ſo leicht haben wieder entzogen werden können, cum etiam præterea diuiſiones parochiarum ſpeciem alienationis habeant, quæ in eccleſiaſticis rebus maximopere prohibetur. SLEVOGT. *de vnione eccleſ. diſſ. IV. c. I. §. 2.* und alſo ſine vrgentiſſima & prægnanti cauſa dergleichen dismembratio nicht vorgenom-

men werden kan, FINCKELTH. *de iur. patron. c. 8. n. 63.* sondern plenissima causæ cognitio vorgehen muß, SLEVOGT. *cit. l. §. 13.* und da nun (8) nicht zu befinden, daß solche dismembratio bey denen Nagelischen Unterthanen jemals geschehen sey, solche auch in facto beruhet, und also nicht præsumiret wird, vielmehr erwiesen und deswegen das decretum & instrumentum dissolutionis produciret werden muß, SLEVOGT. *cit. l. diss. 2. c. 1. §. 23.* so doch niemals von Seiten der Hn. von N. geschehen kan, welche vielmehr dadurch, daß ihre Unterthanen nach wie vor zu denen R. Pfarren sich gehalten, gnugsam bekannt, daß solche dissolutio niemals geschehen sey, so ist abermals daraus zu schliessen, daß die bisherige actus parochiales keine res meræ facultatis gewesen, und obgleich (9) die iurisdictio über die Nagelsche Unterthanen verändert worden, so kan doch hieraus keine mutatio ratione parochiarum inferiret werden, licet enim contingat, vt territoria quoad iurisdictionem mutentur, parochiarum fines tamen inde non statim *mutantur, c. 1. D. 10.* BARBOS. *de iur. eccles. lib. I. c. 20. n. 41.* IDEM *de offic. & potest. episc. P. I. tit. 1. c. 7. n. 5.* Worzu noch kommt (10) die vnanimis depositio tot testium, die in actis angeführet sind, welche alle einmüthig deponiren, daß die N. Unterthanen in die R. Pfarren eingepfarret sind, auch die uhralten Kirchen-Register und Bücher über dem zur Gnüge darthun, daß die R. Pfarrer die actus parochiales über die Nagelschen Unterthanen von vielen Seculis her exerciret haben, welches nicht allein in possessorio denen Hn. von R. zu gute kömmt, sondern überdem ihr Pfarr-Recht über die Nagelschen Unterthanen völlig bestärcket, cum etiam status parochialitatis præscriptione triginta vel quadraginta annorum constituatur & acquiratur, *c. cum beneficio de præb. in 6.* PAVLVS VBEVS *decis. 143. n. 3.* und ist (11) solchen Zeugen, die de parochialitate attestiren, um destomehr allhier zu glauben, weil sie auch so gar die Grentzen der dreyen Pfarren, und deren dahin gehörenden Dorfschaften anzeigen können, und also nicht allein attestiren, daß die Nagelschen Unterthanen den Gottesdienst bishero in denen R. Pfarren besuchet, sondern solchen auch als Eingepfarrete besuchen müssen; vid. *test. ad art. 10. sqq.* Worzu denn noch (12) ferner kommt, daß so gar die N. Unterthanen der iurisdictioni ecclesiasticæ der Hn. von R. unterwürfig gewesen, vor die Kirchen-Gerichte erschienen, und die ihnen aufgelegte Kirchen-Busse præstiren, auch sonsten in Ehe-Sachen und andern geistlichen Fällen Erkäntniß und Strafe daselbst annehmen müssen, vid *testes ad art. 15. sqq.* welcher geistliche Zwang ein gewisses indicium iuris in parochianos competentis an-

gie-

giebet, und alſo pro re meræ facultatis naturalis nicht gehalten werden mag, als welche keinem Zwang de ſua natura unterworfen, zu geſchweigen, daß (13) die Zehenden von denen nach Schmölß Gepfarreten und ſonſten alle andere iura ſtolæ, welche abermal ein indicium parochialitatis ausmachen, von denen N. Unterthanen præſtiret werden müſſen, anderer in denen Acten angeführten Gründe zu geſchweigen.

Und hindert hiewider nichts, was in rationibus dubitandi angeführet worden, zumal quoad primam der angezogene locus inſtrumenti pacis denen Hrn. von N. kein Recht giebt ius alienum zu infringiren, ſondern derſelbe vielmehr das contrarium anweiſet, ne ſub quocunque prætextu impediantur aut turbentur, turbati autem omnes in integrum reſtituantur, *I. P. art. V. §. 28.* welche Worte nothwendig von demjenigen müſſen verſtanden werden, qui ius quæſitum habet, ille enim turbari & impediri poteſt; welches alhier die Hrn. von R. ſind, als welche durch die Herren von N. in iure ſacro turbiret ſind, und alſo ſecundum literam I. P. reſtituiret werden müſſen. Und ob zwar vi iuris circa ſacra ein jeder in ſeinem Land und diſtrict eine und andere Veränderung in denen Parochien machen kan, modo dominus territorii non mutet religionem; *I. P. art. VII. §. 1.* ſo iſt doch alhier nicht die Frage inter dominum & ſubditos, ſondern unter zweyen Reichs-Freyen von Adel, da einer den andern in iure quæſito circa ſacra turbiren will, welches obgedachter locus I. P. nicht zuläſt. Bey der andern dubit. ratione iſt ſonſt bekant, quod diſſolutio vnionis non fieri poſſit, niſi vocatis iis, quorum intereſt, und da ſo gar des patroni conſenſus darzu genommen werden muß, ſo iſt leicht zu erachten, daß ſolche Zergliederung der Pfarr-Grentzen und Gemeinden mit Conſens desjenigen auch nothwendig geſchehen muß, qui ab antiquo ius habuit, wie ſich alhier bey denen Herren von R. befindet. SLEVOGT. *de vnion. eccleſ. diſſ. IV. c. 1. §. 7.* Die dritte ratio iſt gleichfalls von keiner Wichtigkeit, da die Rechte zur Gnüge anzeigen, quantum efficaciæ ſit in tempore. SIMON. CRAVETTA *de antiquit. tempor. per tot.* Gleichwie auch die quarta alhier gar nicht hergehöret, zumal, wie erwieſen, alhier nicht gehandelt wird de acquirendo iure parochiali, ſondern de eo, quod legitime primordialiter acquiſitum eſt, conſeruando, wie denn auch allerdings nicht mag zugelaſſen werden, daß es eine res meræ facultatis ſey, ſich dieſes oder jenes Gottesdienſtes zu gebrauchen, wie hauptſächlich in rat. decid. iſt ausgeführet worden, nächſtdem auch die quinta ratio alhier impertinent

Reſponſio ad rationes dubitandi.

tinent iſt, weil alhier wieder nicht die Frage de eccleſiarum vnione, als welche præſupponiret, daß vor dem unterſchiedene Gemeinden geweſen, ſo nach der Zeit in eins geſchlagen, ſo alhier nicht zu finden, quando enim pagus nullas hactenus ædes ſacras habuit, ſed alterius loci ædibus cultui diuino intereſſe tenetur, tunc tales vocantur ſimpliciter die Eingepfarrete, SCHILTER. *in inſtit. iur. Canon. lib. 1. tit. 3. §. 12. in f.* ſondern vielmehr einmal ab initio die Pfarr-Grentzen ſo geſetzet ſind, daß zu denen drey R. Pfarren die quæſt. Dörfer iederzeit gehöret, einfolglich anietzo de dismembratione eccleſiæ die Frage iſt, ſo nicht kan erwieſen werden, und fallen aus dieſen præſuppoſitis die ſechſte und ſiebende rationes von ſelbſten weg, gleichwie auch die achte ratio offenbar contra acta iſt, wie denn bereits gezeiget worden, daß, weil die Nagelſchen Güter primordialiter denen Herren von R. zugehöret, alſo auch von denenſelben die Eintheilung der Pfarren gemacht worden, und bis dahero immer geblieben, und gründet ſich die neunte ebenfalls in einem falſchen præſuppoſito, als wenn die iura ſtolæ ex ſola liberalitate, non tanquam ex debito, gegeben worden, deſſen contrarium aus dem, was in rationibus decid. angeführet, hervor leuchtet; und ſo viel die decimam rat. dubit. betrifft, iſt dieſelbe ſo wol durch der Zeugen Auſſage, als andern fundamentis bereits abgethan, und zur Gnüge erwieſen worden, daß die Nagelſchen Unterthanen ex neceſſitate in die R. Kirchen gehen müſſen.

Deciſio. So ſind dahero die Herren von R. in ihrer Klage wohl fundiret, und die N. Unterthanen in ihre Kirche zu zwingen wohl befuget. V. R. W.

Effectus finium eſt, ne parochus vltra fines quid agat.

§. XIV. Effectus *finium conſtitutorum* maxime in hoc ſeſe exſerit, vt quisque parochus proprium ius propriumque *territorium* habeat, in quo reſideat, & iura ſua parochialia exerceat, ita vt nemo alterius parochiæ terminos aut ius inuadere poſſit; ſed vnusquisque ſuis contentus eſſe debeat terminis. GRANNANIETO *d. c. 4. X. de paroch. n. 2.* Neque aliud dicere poſſum, ſi faciem noſtrarum parochiarum inſpicio, cum & hic fines alterius alter ingredi non debeat, ſeu falcem in alterius meſſem mittere, adeo vt vix ac ne vix quidem admittatur, vt parochus alterius parochiæ ſubditum poſſit inuiſere, & preces cum eo ad Deum fundere. Cur? terminos ſeu limites parochiales transgreditur. Sed de hoc alibi. Vnde & quæ in iure ciuili de *finibus regundis*, item de *termi-*

mino modo disposita sunt, hic quoque applicari solent, quæ tamen hic latius exequi mei instituti esse non reor.

§. XV. Continet autem districtus ille parochialis in se *ecclesiam parochialem*. Variæ alias species ecclesiarum a canonistis tradi solent. *Parochialis* dicitur, quæ habet ius, consistens in cura animarum ipsorum parochianorum, certis limitibus constans, ipsis sacramenta ministrans, & proprium habens parochum, BARBOSA *de offic. & pot. paroch. P. 1. c. 1. n. 26.* HERC. MARESCOTTVS *var. resolut. lib. 2. c. 95. n. 1.* sine prælatione tamen & prærogatiua seu dignitate; nam *personatum* tantum gerunt parochi. IDEM *de iur. eccles. lib. 1. c. 20. n. 17.* Vnde vulgo ad eam requirunt: (1) vt in ea sit sacerdos, habens potestatem ligandi, quæ potestas *fori pœnitentialis* dicitur: (2) vt habeat certos fines, intra quos populus, ecclesiæ illi deputatus, viuat: (3) vt parochus ibi curam exerceat *suo nomine*: nam nonnunquam extra ordinem *commendas*, vt vocant, parochi habent, quibus interim, tanquam *fiduciarii pastores*, præsunt, in quibus tamen non sunt instituti, seu, vt loquuntur, *incardinati*, seu *intitulati*, cum tantum *ad tempus* curam animi ibi gerant, donec *proprius* constitutus sit: (4) vt solus & non cum aliis administret, CAMILL. BORELL. *decis. 2. n. 17.* BARBOS. *de offic. paroch. cit. l. n. 27.* & *de iure eccles. c. l. n. 18.* non exclusis tamen Diaconis. ZIEGLER. *ad Lancell. lib. 2. tit. 18. §. 3.* Verum hodie in nostris parochialibus ecclesiis plures parochi esse possunt, vt adeoque hoc vltimum requisitum non attendatur. Alii adhuc tres notas ecclesiæ parochialis constituunt: (1) vt *suo iure* habeat baptisterium: (2) vt *suo iure* decimas capiat in suo territorio, non etiam si ex aliena concessione: (3) vt habeat sepulturam. FRANC. DE ROYE *instit. iur. can. lib 2. tit. 14. §. 3. 4. 5.* Verum enim vero hæc *præsumtionem* non leuem inducunt pro ecclesia parochiali, sed tamen non necessario ex iis infertur ad curam parochialem, BARBOS. *de iur. eccl. lib. 2. c. 1. n. 26.* adeoque exinde vnice *ecclesia parochialis* probari nequit. Imo & si vel maxime hæc requisita tria desint, non tamen necessario inde inferri potest, eam non esse parochialem. ZIEGLER. *ad Francisc. de Roye instit. iur. can. cit. l. §. 3.* BARBOS. *de offic. & potest. paroch. P. 1. c. 2. n. 29. seqq.* Sic porro *parochialitas* non probatur ex campanis, ex cœmeterio &c. BARBOS. *cit. l. n. 34.* Quæ cum ita sint, in probatione *parochialitatis* prioribus requisitis adductis insistendum esse arbitror.

Requiritur ecclesia parochialis.

Ecclesia parochialis quid?

Requisita parochialis ecclesiæ.

Cathedralis ecclesia.

§. XVI. Huic opponitur ecclesia *cathedralis & collegiata.* Illa dicitur, in qua episcopus ipse cum capitulo residet, sic dicta a *cathedra*: quia episcopi, quorum munus proprium & præcipuum est, docere, *c. inter cetera de offic. ordin.* sedentes olim in solio & cathedra docebant, & quoties episcopi creabantur, collocari in eo solio atque throno solebant, velut possessionis cuiusdam apprehendendæ gratia. FRANC. DVARREN. *de sacr. eccl. ministr. lib. 7. c. 5. n. 1.* STRYK. *ad ius eccl. Brunnem. lib. 2. c. 2. §. 2. verb. cathedralis.* ZIEGL. *ad instit. iur. canon. Franc. de Roye lib. 2. c. 14. §. 2.* Vnde quoque notum est *cathedraticum*, quod in honorem cathedræ soluitur, LINCK. *de iure episc. c. 10. n. 65.* DVARREN. *cit. l.* de cuius taxa videri potest BARBOSA *de iure eccles. lib. 3. c. 20. n. 10.* & alias *Synodaticum* appellatur; *c. vlt. de caus. poss. & propr.* Fusius de *ecclesia cathedrali* agit BARBOS. *de iure eccles. lib. 2.*

Ecclesia collegiata.

Ecclesia *collegiata canonicorum* est, quæ collegium seu capitulum, das Unterstift, quidem habet, nullum tamen apud se episcopum, interim episcopo ecclesiæ cathedralis subest, quippe qui plures collegiatas ecclesias, tanquam *filias*, sub se habere potest. ZIEGL. *ad Lancell. lib. 2. tit. 18. §. 3. verb. & parochialibus.* Requirunt canonistæ ad minimum numerum trium canonicorum ad constituendam ecclesiam collegiatam, quia tres dicuntur facere collegium, inter quos primus *decani* vices gerit, & *capitulo* seu *collegio* præsidet. STRYK. *ad ius eccles. Brunnem. lib. 2. c. 2. §. 3. verb. collegiata.* Quæ autem sint indicia & notæ huius ecclesiæ collegiatæ, fusius expendit BARBOSA *de iure eccl. lib. 2. c. 6.*

Differentia harum ecclesiarum a parochiali.

Differunt hæ ecclesiæ, CATHEDRALIS & COLLEGIATA, a parochiali, quod in illis omnes clerici sint in *dignitate* constituti, eæque annexam habeant dignitatem, quod secus in PAROCHIALI, vt supra dictum, ZIEGL. *cit. l.*

Distinctio hæc etiam apud euangelicos retinetur.

Neque hæc distinctio post reformationem est sublata, sed pluribus in locis adhuc ecclesiæ cathedrales & collegiatæ reperiuntur, iuribus episcopalibus *per instr. pac. art. V. §. 12.* penes principes territorii residentibus; LINCKIVS *de iure episc. c. 9. n. 59.* ita tamen, vt curam animarum supremam hi ipsi per Superintendentes exerceant, qui particulam quandam iuris episcopalis concessam habent. LINCK. *cit. l. n. 63.*

Parochiales ecclesiæ exstruuntur autoritate principis.

Quando autem nouæ ædificantur ecclesiæ, illæ plerumque sunt *parochiales*: nec enim *cathedrales* aut *collegiatæ* inter protestantes de nouo eriguntur, vt adeoque de ecclesiis parochialibus, apud nos erigendis, & de *modo* non adeo debeamus esse solliciti. Illud vel binis verbis addere sufficit, autoritate principis in nostris terris exstrui templa, adeoque

&

& parochiales ecclesias eadem autoritate constituí. LINCK. *de iur. templ. c. 5. n. 28.*

§. XVII. Continent porro districtus parochiales in se *populum* illi ecclesiæ, tanquam glebæ suæ addictum, adeo vt ad parochiæ constitutionem non minus quam decem distinctæ domus & familiæ requirantur, iuxta ius canonicum, *vid. c. vnic. 3. C. 10. Q. 3.* PACIAN. *de probat. lib. 2. c. 31. n. 23.* LINCK. *de iure episc. c. 6. n. 30.* HERCVL. MARESCOTT. *var. resol. lib. 2. c. 95. n. 2.* Sufficit autem, si populum sufficientem ab initio habuerit. Si enim propter temporum discrimen forte populus aufugiat, parochia nihilominus adhuc est, vt ecclesia parochialis manet talis *in habitu*, vt loquuntur, licet non in *exercitio*, PELAEZ A MERES *de maior. Hispan. P. 1. qu. 23. n. 109.* & illo reuerso rursus dicitur parochialis *actu.* HERC. MARESCOTT. *cit. l. n. 2.* Recuperat enim statum iure quasi postliminii, h. e. vt ego intelligo: manet ius parochialitatis tam in *ecclesia*, quam *parochiali districtu*, quamuis propter temporum discrimen illud ius *interim* quasi quiescat, exerceri nequeat, & ita forsan distinctio metaphysica inter *actum primum* & *secundum* hic suum habet vsum. Vnde inferunt canonistæ ex principiis doctrinæ suæ, parochum ibi amplius residere non teneri, cum populus, intuitu cuius primario *residentia* desideratur, deficiat, ANTON. RICCIVL. *de iur. person. extr. eccl. grem. existent. lib. 1. c. 14.* nec talem parochiam impedire pluralitatem beneficiorum: PELAEZ A MERES *cit. l.* quod eatenus quidem admitti potest, quatenus proprio populo interim destituitur. Verum pontificii hoc prætextu abutuntur, & perpetuam pluralitatem inde constituunt, licet parochia, antea desolata, postea populum proprium recipiat.

Requiritur (4) populus.

Quatenus parochia possit esse absque populo.

§. XVIII. Quod si remanserint parochiani, dictum est, ecclesiam parochialem manere talem *actu*. Hoc extendunt, etiamsi vel maxime parochiani ex aliqua causa vel culpa ibi non percipiant diuina, ita vt parochus nullum sustineat laborem, quia *ad effectum*, vt ait MARESCOTTVS *cit. l. n. 2. vt parochus consequatur iura parochialia, sufficit, quod per eum non stet, quod non ministret ecclesiastica sacramenta*, quem tamen casum vix dabilem puto, in nostris præsertim ecclesiis. Necessario enim culpa supponenda in parochianis, qui si recusarent ecclesiæ suæ sacris interesse, mox ad hoc cogerentur, vti exempla testantur. Quod si supponamus casum in imperio nostro, vbi A. C. addicti anno 1624. adhuc fuerunt parochiani ecclesiæ catholicæ, quod in pagis facile fieri potuit, vbi plures vni ecclesiæ sunt deputati: tunc qui-

Parochia manet, licet vel maxime populus ibi non percipiat sacramenta.

Negligentia parochi non mutat ſtatum parochiæ.

quidem quoad *reditus* & *decimas* nulla mutatio oritur, *I. P. art. V. §. 47. & 48.* interim quoad exercitium religionis non amplius poſſunt dici parochiani, adeoque vix hic caſus huc pertinet. Quod ſi tamen parochus neglexerit, ſacra adminiſtrare, vt parochiani ea ratione cogantur accedere ad alia loca, ad ea percipienda, hæc negligentia non poteſt mutare ſtatum eccleſiæ, MARESCOTTVS *cit. l. n. 6.* præſertim ſi conſtet, parochiam habere certos limites, intra quos adſint habitatores. Et ſicuti fines parochiales ſunt inpræſcriptibiles: ita & hoc caſu populus, licet per longiſſimum tempus, ſuam propriam deſerens eccleſiam, ad aliam eccleſiam acceſſerit, ſe præſcriptione contra propriam eccleſiam non poſſet tueri, prout ſupra iam dictum eſt.

Requiruntur (5) ædes in parochia exiſtentes.

§. XIX. Denique & *ædes, finibus parochialibus incluſas*, continet. Ad quem effectum autem ædes huc referamus, ſuo loco, vbi de oneribus parochialibus agendum erit, patebit. Breuibus: ius parochialitatis diuidi poteſt, quod ſit vel *perſonale* vel *reale*, inſtar ſeruitutum. Illud potiſſimum perſonas concernit, intra parochiam habitantes, quamdiu ibi habitant; mutatione enim habitationis facta, exſpirat. Hoc vero *prædiis* & *ædibus* inhæret, quoad onera, commoda, & iura alia parochialia, quæ ſimpliciter a poſſeſſoribus præſtantur, cuiuscunque ſint religionis. Hoc intuitu etiam prædia & ædes ſpectant ad illam parochiam, intra cuius fines ſitæ, vt ita hic applicari poſſit vulgatum illud: *Quicquid eſt in parochia, eſt etiam de parochia.* Hinc quæſtio exſurgit, quid iuris, ſi domus aliqua in medio duarum parochiarum ſit conſtituta, cuiusnam parochiæ cenſeri debeat? BARTOLVS & qui eum ſequuntur, argumentum deducere ſolent *ex l. prædiis 89. §. pen. D. de leg. 3.* vbi ex *aditu* iudicatur, an hortus cedat legato domus? Ex quo inferunt, ædes illas eius parochiæ eſſe, per quam habet aditum. IOAN. BAPTIST. SAMINIATO *controu. 40. n. 11.* Quod ſi ab vtraque parte aditum habeat, attendi debet, per quam partem ſit aditus *principalis* & *frequentior*. IAC. CANCERIVS *var. reſol. P. 3. c. 20. n. 147.* PETR. DE MVRGA *de benef. eccl. quæſt. 2. §. 9. Sect. 1. n. 693.* Ex *aditu* nimirum iudicatur, an hortus ſit *acceſſorium* domus, ſic quoque ex *aditu ædium*, tanquam parte potiſſima earum, iudicari debet, cuiusnam parochiæ ſint ædes? Verum neſcio, an hoc argumentum ſit ſtringens. Non enim hic quæſtio eſt de aliquo acceſſorio ædium, quod ex *aditu* iudicari poteſt; ſed de ipſis ædibus, ad quam parochiam ſpectent? neque aditum ædium pro *parte principaliori* earundem re-

Domus in finibus parochiarum poſita cuiusnam cenſeatur parochiæ eſſe?

Iudicium de doctorum in hac quæſtione ſententia.

reputare possum; præsertim in hoc casu, vbi ædes intra fines vtriusque parochiæ sunt positæ. Hioc rectius videtur sentire BARBOSA *adc. 1. X. de paroch. n. 9.* in dubio ædes vtrique parochiæ adiudicans, vt iura inde dependentia inter parochos alternis vicibus diuidi debeant.

§. XX. Dixi ædes, in parochiali districtu positas, *regulariter* censeri de parochia esse, quod ad hoc proficit: (1) vt quilibet parochus habeat intentionem fundatam contra omnes ædes, in sua parochia positas; sicuti episcopus contra omnes, in sua diœcesi existentes; (2) vt, qui in *exceptione* se fundant, *priuilegium* exhibere, vel de *præscriptione* fidem facere teneantur. ENGEL. in *colleg. iur. can. lib. 5. tit. 33 n. 27.* Nam exemtionem, vel per *priuilegium*, vel per *præscriptionem 40. annorum* acquiri posse, communiter probant *C. tum olim 18. de præscript.* PANORMIT. *in C. tum non liceat. 12. in f. de præscript.* Quod si de *exemtione ædium* constat, non censentur esse de illa parochia, adeo, vt tales ædes inhabitantes pro parochianis haberi nequeant, sed plane pro extraneis. BARBOS. *de offic. & potest. episcopi P. 3. alleg. 89. n. 27.* Sic in hac celeberrima vrbe Hallensi ædes quædam, residentiam proxime tangentes, sunt exemtæ, quæ vulgo vocantur Frey-Häuser, quia ipsius *residentiæ principalis* accessorium sunt, adeoque eius exemtione fruuntur. Proinde hæ nulli certæ parochiæ addictæ sunt, vt interim inhabitantes eius parochiæ esse censeantur, in cuius ecclesia sacris interfuerunt; id quod optime obseruauit illustre *Consistorium* huius Ducatus, in casu quodam eiusmodi decretum dando: Demnach N. N. Ehefrau in der Churfürstl. Brandenburgischen Residentz alhier ohnlängst verstorben, und denn zwischen dem Ministerio der hiesigen Kirchen zur Lieben Frauen und dem Ministerio auf dem Neu-Marckte, wegen des Begräbniß-actus Streit entstanden, wobey sich der Churfl. Brandenb. Hof-Prediger alhier protestando gemeldet; so ist bey dem heutiges Tages gehaltenem Consistorio geschlossen worden, daß weil besagte Residentz zu keiner gewissen parochie gehöre, die bisher geschehene actus zu keiner Consequentz gezogen, in Zukunft aber es damit also gehalten werden solle, daß, wenn jemand in der Residentz oder den dazu gehörigen Häusern versterben und der Verstorbene sein Begräbniß bestellet haben würde, derselbe an den Ort, wohin er beerdiget zu seyn verlanget, gebracht; wo aber nichts verordnet, in die Parochie, zu welcher er sich bey seinem Leben gehalten, begraben, und da-

Parochus habet fundatam intentionem contra ædes, in parochia positas.

Exemtio ædes parochiis subtrahit.

durch der Churfl. Schloß-Kirchen in ihren Rechten nichts benommen werden solte, welches zur Nachricht anhero registriret, und Abschrift davon jedweder Kirchen zu ertheilen befohlen worden. Actum Halle den 9. Junii 1698.

Parochialis ecclesia possessione constituta contra exemtos manutenenda.

§. XXI. Quod si de tali exemtione non constat, parochialis ecclesia, in *possessione vel quasi* iuris parochialis constituta, manutenenda, quæ quasi-possessio parochialis constituta in summariissimo possessorio acquisita censetur per exercitium curæ animarum & actuum parochialium, cum scientia & patientia exemtorum effectuatum. HEROLD. *in obs. forens. obs. 23.* Hoc tamen ad illum casum minime applicari posse puto, vbi ecclesiæ alicui ius parochialitatis in controuersiam vocatur, ab alia, quæ ex sola possessione in *ordinario* quasi manutenentiam prætendit. Supra enim *c. 1. de parochiis §. 4* ostensum est, possessorium tale de parochiis non esse nudum, sed *mixtum*, adeoque requiri *possessionem titulatam*: h. e. ecclesia, quæ se in possessione parochialitatis fundat, simul titulum allegare debet, quod præsertim tunc obtinebit, si ecclesia incorporationem quandam seu vnionem prætendat.

(o)

SE-

SECTIO IV.
DE
IVRE PAROCHIALI
CIRCA
ADMINISTRATIONEM SACRORVM.

CAP. I.
De
Iure parochiali circa cultum diuinum, confessiones & sacram cœnam.

§. I.

Quamuis *cultus diuinus principaliter* ita sit comparatus, vt præcipue in *spiritu & veritate* consistere debeat, & hunc in finem internam cordis deuotionem, inclinationemque mentis ad summum Numen desideret, adeoque secundum indolem euangelii magis *spiritu spontaneo & desiderio sincero* expediri debeat, quam frenis & compulsionibus legum externis: pleraque tamen circa *cultum externum* legibus coactiuis iure pontificio sunt determinata, hominibus metu pœnæ externæ proposita, & proh dolor! *quodammodo* etiam inter protestantes recepta. Nec enim aliter fieri potuit, postquam iura parochialia ex iure pontificio retinuimus, vnde *ius coactiuum* & *prohibitiuum* circa cultum diuinum quoad maximam partem dependet. Examinandum ergo hac sectione ius illud parochiale circa *cultum diuinum*, adeoque non tam ad *internum*, quam ad *externum exercitium* respiciendum erit.

Cultus diuinus in quonam internam consistat?

Sanctificatio Sabbathi vnde dependeat?

§. II. Exserit autem *cultus externus* se imprimis in *sanctificatione SABBATHI & CONCIONIBVS* publicis. De necessitate sanctificationis huius, apud Christianos seruanda, varie disputatur inter Theologos, plerisque ad legem *moralem* eam referentibus; aliis ad *ceremonialem*, quod IOANNES SPENCER, Theologus Anglus in *tr. de LL. Hebræor. Ritual.* operose contendit speciali dissert. *de Sabbatho*, quam prædicto tractatui adiecit. Non euoluam argumenta, quæ in vtramque partem adferuntur, nec regustabo, quæ *in dissert. iur. eccles. antiq. ad Plin. II. & Tertull. diss. I. & in tr. iur. eccles. protestant. tit. de feriis*, hac de materia obseruaui, sed hic tantummodo referam, quid maiores nostri hac de re senserint; vt inde *ius parochiale circa cultum diuinum* quodammodo temperare possim. Ita autem in *Catechismo maiori ad præceptum 3. p. m. 424.* hac de re censuere: *Nos dies festos celebramus, non propter intelligentes & eruditos Christianos: hi enim nihil opus habent feriis, verum primo etiam corporalis cuiusdam causæ & necessitatis gratia, quam & natura docet & exigit, nimirum COMMVNIS MVLTITVDINIS GRATIA, seruorum, ancillarum, qui per totam hebdomadem laboribus seruierunt, vt & ipsi diem habeant, qua ab operibus respirantes semet ex labore reficiant, & corpora fessa quiete formare queant. Deinde eam ob rem potissimum, vt die Sabbathi, quando alias ei rei vacare non licet, otium & tempus sumatur cultui diuino seruiendi, ita vt conueniamus ad audiendum & tractandum Dei verbum, & deinceps Deum, hymnis, psalmis, canticis & precibus laudemus, sed hoc, inquam apud nos NB. NON PERINDE CERTIS TEMPORIBVS, SICVTI APVD IVDAEOS ALLIGATVM EST, vt ei rei hic aut ille dies dictus aut præstitutus sit: NVLLVS ENIM DIES ALTERO MELIOR ET PRAESTANTIOR: verum hæc quidem quotidie fieri debebant, sed quando MVLTITVDO, præpedita negotiis, interesse nequeat, ad minimum vnus aliquis dies per hebdomadem huic rei seruiendæ eligendus est &c.* Ex hac maiorum confessione, ni fallor, quilibet cognoscere potest, sanctificationem illam externam imprimis & præcipue propter *multitudinem*, h. e. prpter *rudiores* esse institutam, non vero propter eos, qui iam exercitatos habent sensus, quales sunt omnes veri christiani: illi enim quotidie Deum sanctificant in cordibus suis. Rectius tamen eos facturos esse omnino persuasissimum habeo, si etiam negotiis profanis abstineant, & ita, quia ecclesia vnanimiter Deum colit, hunc diem præcipue cultui diuino *in totum*, quamuis non Ἰουδαϊκῶς, destinent. Et huc maxime respexisse videtur *Magnus* FRIDERICVS WILHELMVS, glorioſæ memoriæ, elector Brandenburgicus, in speciali edi-

Maiorum nostrorum sententia de Sabbatho.

Propter rudes apud nos retinetur Sabbathum.

edicto; quod contra profanationem diei Dominicæ *anno 1672. d. 22. Febr.* publice in terris ſuis propoſuit, quodque refertur a STRYK. *in not. ad Brunnem. ius eccl. lib. 2. c. 1. membr. 1. §. 8.* cuius vdrba proœmialia ita ſe habent: Nachdem wir nicht ohne ſonderbares Leidweſen mehr und mehr vernehmen müſſen, welcher Geſtalt der Tag des HErrn auf vielfältige Art und Weiſe entheiliget, und es faſt dahin kommen, daß aus dem Sonntag ein Sünden Tag worden.

§. III. Ceterum, quas hic CARPZOVIVS *lib. 2. tit. 15. def. 251. ſeqq.* limitationes adiicit, ſpeciatim vero, quod per artem ſagittariam, palæſtram, luſum comœdiarum &c. non putet profanari Sabbathum, o-peroſe non refutabo, cum talia ſint, quæ a vero Chriſtiano *hoc die* merito aliena eſſe debeant. Progreſſurus ergo ad *ius parochiale* circa *ſanctificationem Sabbathi*, conſtitutum inuenio in *concilio Nanetano*, vt dominicis vel feſtiuis diebus, presbyteri, antequam miſſam celebrent, plebem interrogent, ſi alterius parochiæ parœcianus in eccleſia ſit, qui, proprio contemto presbytero, ibi velit miſſam audire? hac addita comminatione, vt ſi talem inuenirent, ſtatim eccleſia eiicerent, & ad ſuam parochiam redire compellerent. Vid. *c. 2. X. de paroch. c. 4. C. 9. q. 2.* Ratio huius conſtitutionis non adeo in obſcuro eſt poſita, ſi ſaltim originem parochiarum & earundem determinationem per *limites* certos nobis ob oculos ponimus, vnde hoc *ius cogendi* oues ad propria ſua ſtabula propulſulauit. FRANCISCVS DE ROYE *inſtit. iur. canon. lib. 2. t. 14. §. 8.* duplicem allegat cauſam: (1) *Quia fideles ea die Deo* (i. e. clericis) *aliquid offerunt*: (2) *vt paſtor ſuas oues cognoſcat & doceat, quid vere & ſincere credendum, quomodo viuendum iuxta regulas euangelii.* Priorem quodammodo admitto: ſi enim liceret ſacris alterius parochiæ intereſſe, detraheretur proprio parocho, quod ei offerendum erat; cum olim moris fuerit, vt ſingulis diebus dominicis *oblationes* fierent, quæ quidem apud nos ceſſant vtplurimum, non tamen ceſſant alii reſpectus, propter quos parochi ægre ferunt, ſi parochiani cultui diuino in aliena parochia interſunt, cum potius ſibi dictum putent: *compelle intrare.* Poſteriorem vanam reputo: rariſſime parochi omnes, qui ſunt de parochia, cognoſcunt, licet ſemper hoc argumento pro iure ſuo tuendo incedant. Ita enim Großgebauer in der Wächter-Stimme *c. 5.* inquit: Ach leider! wir haben acht auf die gantze Heerde, wir haben nicht auf die halbe, ja nicht auf den zehnten Theil der Heerde acht, wie ſich gebühret, da doch GOtt die gantze Heerde und ein iegli-

Limitationes Carpz. circa ſanctificationem Sabbathi reiiciuntur.

Concilii Nanetani conſtitutio.

Cur parochiani præciſe ſacris eccleſiæ parochialis intereſſe teneantur?

Parochi raro cognoſcunt parochianos.

ches Schäflein mit seinem Blut erkauft hat. Je grösser die Gemeinen sind, ie grösser ist die Unwissenheit der Prediger an ihren Pfarr-Kindern ꝛc. Et si vel maxime aliquando alterius parochiæ sacris intersunt, non tamen ab eius cognitione propterea remouentur, & denique, quid vere & sincere credendum, etiam in alterius parochia audire possunt. Ex quo *primum ius parochiale* oritur, scilicet ius *cogendi* parochianos, vt non alibi, quam in *propria parochia*, sacra audiant & percipiant, quod, sicuti natales ex iure canonico habet, ita etiam repetitum est *in Concil. Trident. sess. 24 de Reform. c. 4.* vbi ita: *Moneat episcopus populum diligenter, teneri vnumquemque parochiæ suæ interesse, vbi commode id fieri potest, ad audiendum verbum Dei.*

Ius cogendi circa cultum diuinum.

§. IV. Nec a nostris ecclesiis putes hoc alienum esse: siquidem in plerisque ordinationibus ecclesiasticis id diserte cautum legimus. Sic *in ordin. eccles. Magdeb. c. 6. §. 2.* vom Gottesdienst diserte iniungitur, daß ein ieder zum Gehör Göttl. Worts, vornemlich in der Kirchen, darin Er gepfarret, sich unausbleiblich einfinden solle. Idem etiam ICti protestantes passim inculcant, quamuis negari nequeat, quod hoc sæpe sine iudicio fiat, vid. IO. COPPEN. *dec. 1. enucl. 2. n. 19. 20.* SPEIDEL. *in spec. voce* Pfarr-Kind. HARPRECHT. *consil. 5. n. 298.* Verum cum huiusmodi sat prouidæ constitutiones ecclesiasticæ a parochis plerumque in abusum trahuntur, penitius de sensu earundem ero sollicitus. Scilicet sicuti in doctrina *de sanctificatione Sabbathi* respexerunt maiores nostri ad plebem seu multitudinem rudem, contra vero Christianos eruditos huc trahere noluerunt; ita non putandum, mentem legislatorum eousque extendendam esse, vt & , exercitatos qui habent in fide sensus, comprehendat. Quoad illos conducit; si parochiæ suæ sacris frequenter intersunt, vt eo rectius in *viam veritatis* reduci queant. Deinde quoque parochi in exercendo iure tali non minus stricti esse debent, quod sereniſſimus legislator *in dict. ordin. eccles.* verb. vornemlich intendere voluit; quo ipso tamen non negatur, parochianos etiam in alterius parochia sacris quandoque vacare posse. *Consilia* magis & *monita paterna* eiusmodi constitutiones denotant, non *absolutam necessitatem*, si secundum *libertatem euangelicam* rem æstimare velimus, quam euangelici potissimum contra pontificios defendunt. Et quamuis *ius* illud *bannarium* ex iure pontificio retinuerimus: ita tamen temperandum est, ne in idem iugum, quod per Dei gratiam excussimus, incidamus. Proinde omnibus parochis magnopere commendo monitum sincerum STRYKII *ad ius eccles.*

Adducitur harmonia nostrarum ecclesiarum.

Sensus ordinationum ecclesiasticarum circa hanc materiam eruitur.

Brun-

Brunnem. lib. 2. c. 1. membr. §. 1. 7. inquientis: *Minime ægre ferendum eccleſiæ miniſtris, ſi auditores ſuos aliorum quoque conciones viſitare viderint, præſertim, ſi inde ab ordinariis concionibus ſe non ſubtrahant.* Et quamvis alias Pontificii ſat rigidi ſint in exercitio ſui iuris parochialis; ſaniores tamen fatentur, Concilium Tridentinum *loc. cit.* non loqui de *obligatione*, quæ deſcendit ex *præcepto eccleſiæ*, ſed ex *lege charitatis*, vid. BARBOSA *ad concil. Trid. c. l. n. 15.* Quod ſi etiam conſtitutiones circa hanc materiam cum SCHVLTZIO *diſp. de eo, quod iuſt. eſt circ. paroch. c. 5. §. 5.* reſtringere velis ad parochias *ruſticas*: me quidem non adeo habebis diſſentientem, cum ratio Chriſtianiſmi vix videatur admittere, vt ad parochias *in ciuitate*, vbi plura inueniuntur templa, id extendi debeat. *Imo potius*, ſunt verba SCHVLTZII *c. l. credo, hoc ipſum aduerſari libertati Chriſtianæ, cum nunquam S. Scriptura præcepit, vt promiſcue & abſque iudicio ac delectu quiduis ex quouis audiant, ſed velit potius, vt iudicium diſcretiuum adhibeant parochiani, agnoſcantque optima dona in parocho; add. Luc. 8, 18. 1 Theſſ. 5, 21. Ergo*, concludit denique cit. Autor, *modo abſit reliquorum parochorum contemtus, neſcio quid amplius obſtet, quo minus parochiani, quibus ea contigit felicitas, vt viuere poſſint in loco, vbi plures inueniuntur parochi, quorum vnus alterum quoad prædicandi donum antecellit, eo in caſu illius parochi conciones, ex quibus probiores ac perfectiores ſe reddere poſſent, diligentius frequentent, quam iſtius, qui propriæ præeſt parochiæ.* Porro parochis eiusmodi, qui vbique brachio ſeculari in parochia erga nos vtuntur, iudicandum relinquo, vtrum ita, iure ſuo vtentes, verum ſcopum ſibi propoſitum obtinere poſſint, i. e. promouere ſalutem ſuorum? Preces, admonitiones, & amoris declarationes plus efficient. Qui *coactus* & tantum ex *legis neceſſitate* ſacris intereſt, quomodo is Deo cultum poteſt acceptabilem præſtare? Videtur huc reſpexiſſe LVTHERVS *tom. I. Ien. Lat. fol. 134. a.* vbi ita: *Cogitur populus ad parochiam & non obedit, quia coguntur ſacerdotes euangelizare, & non faciunt.* Deinde non infrequens eſt, dari in aliqua parochia parochos, qui vel concionibus ſuis plane populum non ædificant, vel ob alios defectus naturales parum proficiunt in parochiis: cum contra in proximiori pabulum animæ efficacius deprehendant, & inde ſe rectius inſtrui & emendari poſſe autument. Hiſce in caſibus puto ex *interpretatione reſtrictiua* legem parochialem eſſe limitandam. Quamuis enim diſpoſitum ſit, daß einer in der Kirche, in welcher er eingepfarret, das Wort GOttes hören ſolle; ex Chriſtianiſmi tamen regulis, ad quas *legislator Chriſtianus* in dubio ſe conformaſſe præſumitur, ſubintelligi de-

Male agunt parochi, ſi brachio ſeculari hic vtuntur.

Coactus cultus nullus cultus.

Lex parochialis de frequentanda eccleſia parochiali reſtringenda, modo inde emendari poſſit parochianus.

debet: (1) modo verbum Dei eo modo proferatur, vt inde animæ parochianorum ædificari possint. Si enim parochi volunt, vt parochiani suis interſint concionibus, facere vtique debent ea, quæ ſunt ſui officii, & ita conciones ſuas inſtituere, ne contra ordinationes eccleſiaſticas ipſimet peccent, ad quas alias ſat rigide prouocare ſolent. Quod ſi autem negligant illa, quæ ſui ſunt officii, quomodo poſſunt implorare auxilium legis, aduerſus quam ipſimet peccant? Audiant modo, quæſo, quæ leges ab ipſis requirunt, & ſecundum ea examinent ſuas conciones; quo facto ſine dubio ſe plerumque in culpa eſſe, cur parochiani ſuis concionibus non interſint, animaduertent. Producam hic ſolummodo elegantem locum ex *ordin. Magd. eccleſ. c. 17. §. 4.* quem omnibus parochis commendo: Alle Lehren und Vermahnungen in den Predigten ſollen ſie dahin richten, wie ſie vermercken werden, daß es dem Volcke zur rechtſchaffenen Beſſerung am nöthigſten ſey, und dienen möge zu GOttes Ehren, zur Erbauung der Gemeine Chriſti, zu Chriſtlicher Zucht und Ehrbarkeit und zu der GOtt wohlgefälligen Einigkeit. (Sed hic vbique peccatur) §. 5. Sollen inſonderheit mit Fleiß treiben NB. die Lehre von der Rechtfertigung der Sünder vor GOtt, von der wahrhaftigen Buſſe und Bekehrung, vom rechten Chriſtenthum, (loco ſcil. fabularum & hiſtoriarum) von dem wahren Erkenntniß unſers einigen Erlöſers und Seligmachers JEſu Chriſti, von denen Sacramenten der Taufe und Nachtmals, und NB. vom lebendigen und durch die Liebe thätigen Glauben, damit der falſche Wahn und ſehr gemeine Irrthum, als ob der wahre lebendige ſeligmachende Glaube ohne die Früchte guter Wercke ſeyn könne, denen Leuten ausgeredet, und das wahre innerliche Chriſtenthum recht gepflantzet, JEſu Chriſti völliges Verdienſt aber für der gantzen Welt Sünde denen Eingepfarreten zu Troſt fleißig eingebildet werde ꝛc. Antequam igitur parochi conquerantur, quod parochiani ſuas deſerant conciones, prius doceant, ſe in ſuis concionibus hæc omnia, quæ hic in compendio referuntur, eo quo par eſt modo, obſeruaſſe, nec inutilibus poetarum & ethnicorum dictis tempus conſumſiſſe. Deinde quoque hoc intelligi debet, modo (2) alias iuſtas & legitimas cauſas non habeant, propter quas intereſſe ſacris ſuæ parochiæ nequeant. Denique (3) hic quoque reſpiciendum eſt ad praxin primæuam, quæ, introductis licet parochiis, populo

tamen

tamen *libertatem* non *in totum* ademit, sed magis omnia *ex lege charitatis* temperauit. Cogitandum est, hinc non agi de opificio quodam clauso, de *monopolio ecclesiastico*, sed de salute hominum, vbi alteri manus adiutrices præbere, neutiquam vero inuidere alteri debet, si quidam concionibus eius intersint, cum sufficiat, si modo animæ hominum ad veram salutem reducantur.

§. V. Quæritur vero, quid iuris, si parochiani concionibus vllis plane interesse nolint, an ad hoc possint cogi per pœnas? Quod si CARPZOVIO. decisionem committeremus, res esset clara. Ita enim ille *in iurispr. consist. lib. 2. t. 16. d. 255. n. 3. seqq. Cum parochiani sæpe de feruore pietatis quid remittant, & cultum negligant, officium magistratus requirit, eos ad hunc adigere & hortari.* Coniungit hic quidem τὸ *adigere & hortari*, sed mox addit, qualem admonitionem intelligat, scilicet talem, qualem imperatores intelligunt *in l. 3. pr. C. de SS. Trinit.* vno verbo: *armatam.* Pergit enim: *Quin & nolentes & inobedientes pius magistratus cogit & compellit indictione certæ saltim arbitrariæ alicuius mulctæ*, quam pœnam putat esse substitutam lapidationi, qua transgressores Sabbathi in V. T. afficiebantur. Sed plura dubia hic supersunt, quæ, antequam mihi eximantur, non permittunt, vt CARPZOVII sententiæ possim subscribere. Nam (1) auditio verbi diuini supponitur esse cultus diuinus: coactus Deo est abominationi. Colendus est *in spiritu & veritate.* (2) Oderunt peccare mali formidine pœnæ. (3) Deficit finis ipsius cultus Dei, imo (4) magis profanatur nomen Dei, quam vt glorificetur. (5) Lapidationis exemplum minus conueniens est. Num enim putamus, sanctificari Sabbathum, quando quis coactus *formidine pœnæ* intrat ecclesiam? Cur ergo non eodem modo a magistratu punitur, qui ex frequentatione templorum facit *opus operatum*, & ita eodem modo sanctificationem Sabbathi violat? Nemo tam ieiunus erit, vt putet, ex frequentatione externa ecclesiarum Sabbathum sanctificari, sicut contra non statim violatur Sabbathum, quoties quis templa plane non frequentat. Id enim licet concludere ex verbis *Catechismi maioris*, supra adductis §. 2. Accedit (6) quod magistratus, qua talis, circa ea, quæ *conscientias & salutem æternam* tangunt, non possit procedere *vt magistratus*, h. e. per *vim coactiuam*, sed potius admonitionibus, non pœnis. At tamen, vrges, ita magistratus est in causa, vt semper talis homo in perpetuo peccato viuat. Respondeo: quid si iam magistratus eum cogat, vt interfit sacris, num propterea emendatur? quid quod in causa esse videtur, vt magis profanet nomen Dei. Idem foret, acsi Iudæos vellemus

An quis remediis ciuilibus cogi possit ad audiendam concionem? Sententia Carpzouii affirmans.

Reiicitur sententia Carpzouii.

Obiectio de lapidatione in violatores Sabbathi remouetur.

An ita magistratus non cogens sit causa moralis peccati alterius?

mus cogere, vt noſtris intereſſent ſacris, & ita eos conuertere. Iniuſtum certe foret, ſi rigido hoc iure vellemus ſuperare ipſos pontificios, quippe qui negant, poſſe *pœnis* aut *mulctis* cogi populum, vt eat ad audiendam concionem in eccleſia parochiali; vid. BARBOSA *ad concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. 4. n. 12.* GONZALEZ TELLEZ. *ad c. 2. X. de paroch. n. 2.* Ergo, pergis, ſi non brachio ſeculari, tamen cenſuris eccleſiaſticis ad hoc adigendi ſunt. Ego vero neſcio, qualem tu cenſuram eccleſiaſticam intelligas. Meo iudicio illa conſiſtit in excluſione a cœtu fidelium. At talis ſe ipſum iam excludit. Potius ergo eiusmodi contemtor ſacrorum a cœtu fidelium repellendus eſſet, quam cogendus ad cultum ſacrum peragendum. Caueas tamen, ne putes, me talem excluſionem hic ſupponere, qualem pontificii & rigidiores orthodoxi, vt infamiam & capitis diminutionem ſecum afferat: hanc ſcriptura ſacra ignorat, & praxis primitiuæ eccleſiæ quoque reſpuit.

An quis ad audiendum verbum Dei cenſuris eccleſiaſt. cogi poſſit?

§. VI. Sicuti vero parochiani non poſſunt intereſſe alterius parochiæ ſacris, ita & parochus ſuis ſe continere debet terminis, nec in alterius parochia concionem habere, inuito illius loci miniſtro. STRYK. *in not. ad ius eccleſ. Brunnem. lib. 2. c. 1. m. 1. §. 7.* Hoc ſi fieret, facile inde *turbationis ſacrorum crimen* alteri imputari poſſet, quod vt recte diiudicemus, præmittendum breuibus, quid clerici intelligant per hoc crimen. CARPZOVIVS magis hic exempla ponit, quam vt definitionem quandam tradat. Scilicet tunc committi hoc crimen dicit, quando v. c. in concione recte notati, alioue modo irretiti, verbis iniuriosis eccleſiæ miniſtris, vel palam in ſuggeſtu ſtantibus, vel alias ſacra tractantibus, ſeſe opponunt, iisque contradicunt; aut ſacra iſta & operas alio modo turbant, aut impediunt, *iurispr. eccl. lib. 3. def. 95 n. 1.* Equidem fundamentum illud habet in iure ciuili, vt patet ex *authent. ſed nouo iure C. de epiſc. & cler. & ex l. ſi quis 10. C. eod.* vbi ad crimina publica refertur, &, ſi *ſano ſenſu* accipitur, vtique delictum erit. Sed quia hoc crimen certos non habet limites, quibus includatur, facile fieri poteſt, vt in abuſum rapiatur. Sic ex CARPZOVII verbis ſi definitio quædam eſſet ſtruenda, talis foret: *TVRBATIO SACRORVM eſt delictum, quo quis ſacra & omnia illa, quæ vulgo huc referuntur, vt & operas clericorum, quouis modo turbat aut impedit.*

An parochus in aliena parochia conciones habere poſſit? An ita turbatio ſacrorum fiat? Quomodo committitur hoc crimen?

Fundamentum huius criminis.

Definitio huius delicti.

§. VII. Illud *quouis modo* tam late patet, vt omnia fere huc referri poſſint, quando vel *leuiter* ſaltim clerici offenduntur, vel ſacra vix *per indirectum* turbantur. Quis crederet, turbari ſacra, quando is, qui

Crimen hoc vulgo nullos habet limites.

qui ab altero iniuriarum conuentus, quærit in templo ſeſe reconciliare cum eo, eo tempore, quo actor S. Synaxi vti deſiderat? & tamen hoc aliquando ad *turbationem ſacrorum* relatum fuiſſe, memini. Faciles proinde ſine dubio erunt parochi in effingendo nouo turbationis ſacrorum crimine, quando alter parochus fines ſuos transgreditur, & forſan preces cum parochiano non ſuo miſcet, præſertim ſi prarochus proprius præſens ſit. Qui enim, ex CARPZOVII mente, operas parochorum quouis modo impedit, huius criminis reus eſt. Atqui talis parochus extraneus per ſuas preces, quas fundit, facit, vt alter non poſſit facere officium. Ergo. Certe e re reipublicæ Chriſtianæ foret, huic crimini, adeo late patenti, certos limites præfigere, vt turbatoribus veris non daretur occaſio, omnia ad *turbationem ſacrorum* referendi.

An committatur turbatio ſacrorum, quoties Parochus in aliena parochia conciones habet?

§. VIII. Si dicendum, quod res eſt, non puto, committi turbationem ſacrorum in quæſtione, §. VI. propoſita, niſi forſan alia turbatio acceſſerit. Nam licet forſan inuito proprio parocho in parochia aliena quis exerceat actum parochialem; ille tamen ita comparatus eſſe poteſt, vt nulla vera turbatio inde oriatur. Et quamuis forſan fines turbari dicantur, fines tamen nihil ſacri in ſe continent. Deinde quoque diiudicandum, vtrum actus, qui alteri in dubium vocatur a parocho alieno, ſit parochialis ſtricte ſic dictus, an vero etiam non parochis communis? Hoc caſu ne quidem vlla culpa imputari ei poteſt, quo refero, quando parochus alienus inuiſit ægrotum amicum, in parochia non ſua conſtitutum, & ea occaſione precibus ac conſolatione ipſi præſto eſt. Nam hoc officium non facit qua *parochus*, ſed qua *Chriſtianus* & amicus; male proinde ex hoc turbatio finium vel ſacrorum deduceretur, vt *cap. vlt. in f.* pluribus docebitur.

An eccleſiæ parochiali competat ius prohibendi, ne in eccleſia parochiali habeantur conciones?

§. IX. Ex hoc iure, eccleſiæ parochiali circa conciones competente, deducunt ius *prohibendi*, ſeu excludendi alias eccleſias non parochiales ab hoc exercitio concionatorio, ſi ſcilicet hactenus nullæ aliæ conciones habitæ fuerint, quam in eccleſiis parochialibus, & ciuitas ita diuiſa, vt quilibet diſtrictus ſuam *parochialem eccleſiam* habeat. Veluti ſi templum monaſterio olim addictum adeſſet, & in eo conciones nouæ, ſine vllo iuris parochialis reſpectu, ſolius gloriæ Dei gratia, inſtituerentur, rigidiores parochi ſibi inde iniuriam fieri cenſent, non quæ Chriſti, ſed quæ ſua ſunt, qrærentes. Solent proinde ſe eccleſiæ parochiales fundare in poſſeſſione vel quaſi *ſolitarii exercitii* circa conciones, diebus dominicis habendas, &, vt in illa *quaſi-poſſeſſione* manuteneantur, pete-

re. Rationes, quibus hoc *ius parochiale excluſiuum* incruſtant, peti inde ſolent, quod tota ciuitas iam in certos diſtrictus ſit diuiſa, & eccleſiæ ſuum populum deputatum habeant, quibus ille ſubtrahi per nouum exercitium concionatorium non debeat. Nam ſecundum principia papizantia, vt hactenus dictum, populus non aliis poteſt intereſſe concionibus, quam quæ in parochiali ſua eccleſia habentur. Sicuti itaque *molendina bannaria* eodem iure prohibendi exſtructionem molendinorum vtuntur; ita etiam eccleſiæ parochiales. Iam vero in cuius præiudicium quid intentatur, ille *ius prohibendi* ſeu contradicendi habet. Præterea, vt prætextu quodam pio vtantur, periculum animarum ibi concurrere putant, dum proprius parochus, cuius curæ commiſſi ſunt parochiani, ita deſeritur, vt non amplius pro eorum animis poſſit vigilare. Porro, aiunt, eſſe actum parochialem, conciones habere, quod eccleſiis non-parochialibus non concedendum. Equidem non diſſimulo, eiusmodi concluſiones ex *iure parochiali papizante* ſecundum rigorem ſuum poſſe deduci, quæ tamen in noſtris non ſunt tolerandæ eccleſiis, niſi cultum diuinum ſecundum regulas & leges *opificum*, der Zwang-Zünfte, qui *ius excludendi & prohibeudi* pro more ſuo ſeueriſſime exercent, velimus diiudicare, & inſtar *monopolii* cuiusdam pietatem exercere. Promouendus potius eſt quouis modo cultus diuinus, nec ita per eiusmodi infauſtas iuris parochialis concluſiones reſtringendus. Deinde quoque ſicuti epiſcopi, vi iuris ſibi competentis, poſſunt parochiales eccleſias *dismembrare* & *vnire*, vti dictum ſuo loco, ita nihil obſtat, quo minus etiam eccleſiis non-parochialibus, quales ſunt conuentuales & Academicæ, parochialitatem poſſint tribuere, vel ſaltim diſponere de cultu externo, in iisdem exercendo: vt ita hoc non mere dependeat ex eccleſiarum parochialium conſenſu. Neque enim auaritiæ & inuidiæ parochorum eſt indulgendum, ſi dicant, ſe eo ipſo lædi. Nam in tanta multitudine parochianorum, vni vel duobus parochis commiſſa, ipſis quidem parochis bene eſt, ſed non æque parochianis, quippe quorum curam ſingularem habere nequeunt. Hic potius ſi alia parochia adhuc conſtitueretur, ſolatium inde capere debebant. Sed debebant. Prouide omnino potentiſſimus Rex Boruſſorum FRIDERICVS, glorioſæ memoriæ, cum de eccleſia, Gymnaſio Hallenſi addicta, controuerſia incideret, vi iuris ſupremi circa ſacra ita reſcripſit:

Ratio iuris prohibendi.

Iudicium de hiſce rationibus.

Rescriptum Fridericii Regis Boruss.

VOn GOttes Gnaden Friedrich der Dritte ꝛc. Unsern gnädigen Gruß zuvor. Würdige, Veste, hochgelahrte Räthe, liebe Getreue. Was der Magistrat zu Halle wegen der Früh Predigten, so Kraft unserer albereit ergangenen Verordnung in der Schul-Kirche zu Halle von 9. bis 11. Uhr, denen Studiosis zum besten, von den Professoribus Theol. aldort gehalten werden sollen, an Uns allerunterthänigst gelangen lassen, und dargegen vorgestellet, auch zu verordnen gebeten, das weist der Beschluß. Wann wir aber die darin enthaltene Vorstellungen, was das Predigen anbelanget, von keiner Wichtigkeit, oder sonst erheblich finden; als lassen wir es bey Unseren dieserhalb ergangenen Verordnungen allerdings verbleiben, und befehlen euch nochmalen hiemit allergnädigst, dieselbe zum Effect zu bringen, und deßhalben gebührende Versehung zu thun. Was aber das Ius Parochiale betrift, solches wird und soll die Theol. Facultät alldort in bemeldter Schul-Kirchen nicht einführen. Weshalb denn die Vorsteher und Achtmänner der dreyen Parochial-Kirchen alldort um so viel weniger Ursache, sich über nachtheilige Neuerungen zu beschweren haben werden. Seynd euch mit Gnaden gewogen. Cölln den 3. Febr. 1690.

Friedrich.

Ius audiendi confessiones parochis relictum.

§. X. Pergimus ad *CONFESSIONES*. Hoc ius confessiones audiendi parochis adhuc videtur esse relictum in papatu, dum interim Prælati alia omnia ad se traxerunt. Concinne id explicat RTPA *de peste c. 8. n. 20. & 30.* inquiens: *Religiosi mendicantes pauperrimi Sacerdotes soli sunt, qui confessiones audiunt, & soli sunt, qui peccata populi comedunt. Prælati autem bona pauperum deuorant, & nisi lautum ventrem inflatasque genas ostentent, se Prælatos esse, & plenam prælaturæ professionem adeptos fuisse, non credunt.* Vnde suo loco dictum, requisitum essentiale ecclesiæ parochialis esse, vt habeat *forum pœnitentiale*, h. e. vt parochiani præcise confessiones ibi facere debeant.

Ius parochiale circa confessiones.

§. XI. Curam vero, confessiones excipiendi, & ius a peccatis absoluendi, rursus canonistæ ad parochum restringunt. Ita enim *c. 2. X. de pœnit. & remiss.* dicitur: *Omnis vtriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis peruenerit, omnia sua peccata, saltim semel in anno, fideliter confiteatur PROPRIO SACERDOTI.* Huc etiam pertinet *concilii Tridentini* decretum *in sess. 24. de reform. c. 13.* vbi iniungitur, vt a

ſolo parocho *licite* ſacramenta ſuſcipiant. Vnde inferunt canoniſtæ, ab alieno ſacerdote neminem poſſe abſolui vel ligari, *c. quod autem 4. de pœnit. & remiſſ.* Sicuti enim clericorum politia rationem ſtatus ciuilis accurate ſequi ſolet; ita & in hoc paſſu id ne quidem diffitentur. Scilicet inquiunt, in *foro contentioſo* non poteſt quis abſolui vel condemnari a non-ſuo iudice, ita & in *foro pœnitentiali*. Et licet quilibet, pergunt, per ordinationem accipiat *ius ligandi vel abſoluendi*, illam tamen poteſtatem exercere nequit niſi habeat ſubditos. PETR. DE MVRGA *de benefic. eccl. qu. 2. §. 2. ſect. 1. n. 486.* Ex his ita poſitis non poteſt non inferri, quod confeſſio alteri facta, quam proprio parocho, nulla ſit & irrita. MVRGA *cit. l. n. 487.* Quod ſi tamen licentiam proprii parochi parochiani habent, tunc demum *licite* & *valide* eosdem confiteri poſſe, definiuit Pontifex in *c. placuit. 3. de pœnit. D. 6.* Vnde duo requiſita regulariter hic canoniſtæ tradere ſolent: (1) vt *ſubſit cauſa*: nam *ſine cauſa* confitens alteri parocho peccat, quia videtur contemnere proprium ſacerdotem. Talis cauſa eſt, proprii parochi imperitia, *cit. c. 3.* (2) Vt *licentia* poſtuletur & obtineatur. Non ergo ſufficit petere, niſi obtineatur. MVRGA *cit. c. l. n. 484.* Sufficit tamen, ſi quis a pontifice hanc poteſtatem obtinuerit, *Id. n. 496.* Hæc eſt doctrina Pontificiorum, quæ vtinam longe remota foret a praxi noſtrarum eccleſiarum. Nec enim credendum eſt, hanc doctrinam tantum pontificiis propriam eſſe, cum animaduerterim, etiam ab ipſis proteſtantibus prouocari ad hæc principia, non ſatis examinata aut perpenſa. In iisdem enim terminis cum pontificiis philoſophatur HARPRECHT. *conſ. LV. n. 293.* atque (1) prouocat ad *c. 2. X. de paroch.* vbi cautum: *vt dominicis vel feſtiuis diebus presbyteri, antequam miſſam celebrant, plebem interrogent, ſi alterius parœcianus in eccleſia ſit, qui proprio contemto presbytero, ibi velit miſſam audire? quem ſi inuenerint, ſtatim ab eccleſia abiiciant.* Mallem hunc textum vir celeberrimus omiſiſſet, cuius rigorem ſaniores pontificii agnoſcunt. (2) ad *c. 12 X. de pœnit.* quod antea recitaui. (3) Prouocat vlterius A. C. conſortes, qui idem docent ex ratione conſtitutarum parochiarum, durchgehends aber, addit. *n. 301.*, wird dieſes ſollicite beobachtet, daß kein Pfarrer oder Kirchen-Diener iemand, der in ſeine Pfarre nicht gehörig, das Hochwürdige Sacrament des Heil. Abendmahls ohne Erlaubniß des Superintendenten reiche, prout ex CARPZOVIO, DEDEKENNO, MENGERINGIO, MENCELIO aliisque illuſtrat. Sed argumenta quoque (4) ex ſacris addit, veluti *1 Petr. V, 2.*, vbi presbyteris iniungitur, vt paſcant gregem illum, qui

Philoſophia pontificiorum circa confeſſiones.

Confeſſio parocho alieno facta nulla eſt. Niſi licentia proprii parochi acceſſerit.

Sententia proteſtantium refertur, quæ ex prædictis principiis fluxit.

qui ipſis commiſſus eſt. Qualis vero inde conſecutio trahi debeat, non video. Multo minus ſtringere videtur ratio deducta ex *Hebr.* X, 25. vbi chriſtiani admonentur, ne cœtum derelinquant, quod minime faciunt, qui extra ſuam parochiam confeſſionarium eligunt. Aliud eſt, deſerere in totum cœtum: aliud, pro *libertate* alium eligere confeſſionarium. Sed alius locus in promtu eſt, *1 Cor. XIV, 40.*, quo εὐταξία commendatur; ſed *iugum parochiale*, aut *ius bannarium* non præcipitur. His ſubiungit varia loca noſtratium, quæ reguſtare nolo. Liquet ex his adductis, fundamentum primarium huius reſtrictæ libertatis collocari in *iure canonico*, quod ius illud *cogendi & prohibendi* inſtruxit. Loca Scripturæ ſacræ ſunt admodum aliena, nihil concludentia, & ita comparata, vt ante INNOCENTIVM III. nemo ex iis hanc neceſſitatem in iis inuenerit. Hic enim, obſeruante DALLAEO *de ſacram. confeſſ.* conſtruxit confeſſiones, prout hodie habentur: hic primus voluit, vt quilibet *proprio ſacerdoti* peccata ſua confiteri teneatur, quod antea liberum erat; prout alibi ex profeſſo oſtendendum eſt. Et tamen tanti ponderis argumenta pro contraria ſententia plerisque eſſe videntur, vt rigidiores ne quidem principibus proteſtantibus *libertatem* relinquere velint, confeſſionarium mutandi. Imo eousque progrediuntur, vt illicitam credant mutationem confeſſionarii in eadem parochia, cui plures paſtores præſunt, ad quem caſum tamen ne quidem hæc argumenta, quæ protuli, applicari queunt.

§. XII. Quod ſi rem ex *principiis chriſtianismi genuinis* velimus diiudicare, hoc quidem non nego, *nimiam* mutationem confeſſionarii, abſque cauſa ſuſceptam, *aliquando & ſic ex accidente* poſſe præbere ſcandalum, imo dare licentiam peccandi: dum enim auditores ab vno parocho ad alterum vagantur, nemo adeo ipſorum accuratam curam habet. STRYK. *in not. ad Brunn. ius eccleſ. lib. 2. c. 1. m. 4. §. 3.* Illud tamen altioris indaginis eſſe videtur, annon quis poſſit libere alium confeſſionarium perpetuo eligere, præterito eo, cuius in parochia eſt conſtitutus? Certe ſi ipſam confeſſionem ſecundum internam ſuam conſidero conſtitutionem, requirit illa neceſſario *fiduciam* quandam erga eum, coram quo confeſſionem edo. Aut enim confeſſio noſtra eſt tantum opus operatum, h. e. conſiſtens in *externa confeſſionis recitatione*; atque hæc quidem cuilibet parocho, etiam cum quo inimicitias gerimus, fieri poteſt: aut vero eſt *ſincera cordis denudatio*: & hæc omnino præſupponit *fiduciam erga perſonam*, cui pectus meum aperire volo.

Nimis mutatio confeſſionarii periculoſa.

Ex principiis chriſtianismi quilibet poteſt libere eligere confeſſionarium.

Prius

Prius quis admittet? ergo posterius verum erit. Neque nostra sententia inde infirmari potest, quod magis DEO, quam confessionario, confessio talis fiat. Nihilominus enim cor suum denudare cupit pœnitens coram confessionario, & ab eo solatium petere: quomodo vero id facere potest, si fiducia destituitur erga proprium parochum? Sæpe enim angor conscientiæ talem pleniorem denudationem requirit. Quomodo vero quis exspectabit consolationem a tali, in quo nullam ponere potest fiduciam intimiorem. Equidem apud DEDEKENNVM *vol. 1. P. 3. lib. 1. sect. 4. n. 2. p. 717.* fusius hanc quæstionem ab HIERONYMO MENCELIO pertractatam vidi: sed argumenta certe tam infirma & futilia sunt, vt sua sponte corruant. Nam omnes fere rationes adductæ eo collineant, vt supponant, tempore Apostolorum iam adfuisse parochias. At quis hoc MENCELIO credat? Loca, ab eo adducta, plane id ipsum non probant. Sic nimis torquere solent vocem ἀλλοτριεπισκοπεῖν, quod vitium tunc committi dicunt, quoties quis alterius fines ingreditur. Sed vbi erant tales fines tempore apostolorum?

Contraria Mencelii sententia reiicitur.

§. XIII. Quibus præmissis non nego quidem, hodie æque ius parochiale ita receptum esse, vt quis *regulariter* non alium, quam parochum suum *confessionarium* habere possit, quemadmodum variis constitutionibus ecclesiasticis id diserte cautum est: sed tamen rursus præcauendum, ne in applicatione huius iuris rigidiores simus ipsis pontificiis. In *Ordin. Magd. eccles. c. 5. §. 1.* **von der Beichte**, diserte continetur, **daß ein jeder vor seinem ordentlichen Pfarrherrn des Kirch-Spiels, darin er wohnet, beichten und absolution erhalten solle**, quod & in variis constitutionibus Saxonicis inculcatur. Tentabo tamen, annon hic æque admitti possint quædam limitationes? (1) In ciuitate, vbi plures dantur parochiæ, facile fieri potest, vt quis sæpius mutet ædes. Quod si itaque ex *mutatione ædium* semper quoque confessionarius foret mutandus, concideret nostrorum assertiones, quod mutari confessionarius non adeo facile debeat, cum ex mutatione confessionarii oriatur scandalum publicum. Nonne igitur permittendum foret hoc casu, vt is, qui cum ædibus suis parochiam mutat, priorem parochum possit retinere confessionarium, præsertim si proprio suo parocho illa præstare velit, quæ alias præstaret, si confessionarium eum haberet? Magis hoc applicandum censeo ad casum, vbi quis duplicem parochiam habet. Quamuis enim forsan in vtraque ratione *habitationis* sacris vtriusque interesse possit: tamen, cum mutatio confessionarii

Praxis moderna conformis principiis papizantibus.

Limitationes constitut. eccles. circa confessiones.

An mutata parochia mutandus quoque sit confessionarius?

Quid hoc casu iuris, si quis duplicem habeat parochiam?

narii ſit odioſa & non ſuadenda, quis eum cogere vellet, vt pro duplici ſua parochia duos quoque eligeret confeſſionarios? quin potius hoc caſu ipſi liberum erit, eligere confeſſionarium perpetuum. Ceterum ſi mutare forſan hunc velit, hoc ipſi denegari nequit, modo alteri parocho confiteatur. (2) Admittunt canoniſtæ, quod vbi parochus præſumere poſſit, parochianum ſuam habere iuſtam cauſam confitendi alieno, debeat ei petenti licentiam dare, in tantum, vt ſi parochus iniuſte hanc licentiam deneget, ipſe poſſit absque alia facultate alieno ſacerdoti confiteri. BARBOS. *de offic. & poteſt. paroch. P. 2. c. 19. n. 25. 26.* Quidni ergo & nos hanc admitteremus limitationem? Nihilominus tamen ſæpius nimius rigide ad ſuum *ius bannarium* prouocant noſtri parochi, veluti quando parochiani ex quibusdam circumſtantiis recte poſſunt coniicere, parochum priuatis duci affectibus contra ſe, & ſic abſolutionem magis fieri coacte, quam vt ſingulari conſolatione eius confortationem ſperare debeant, quis dubitet, hoc caſu iuſte poſſe poſtulari, vt liceat confiteri coram parocho non-ſuo, &, ſi parochus licentiam dare deneget, hoc non obſtante, alium eligere? quamuis hoc caſu tutius exiſtimem, impetrare conſenſum conſiſtorii ſeu principis, qui hoc in caſu non adeo difficilis erit, præſertim ſi *libertatem conſcientiarum* attendat. Et hoc ipſum reſpexit potentiſſimus Rex Boruſſiæ *FRIDERICVS*, glorioſæ memoriæ, qui imploratus a quodam, vt liceret ei coram parocho non-ſuo confiteri, anno 1696. ad Conſiſtorium illuſtre huius ciuitatis ita reſcripſit:

Ex iuſta cauſa poteſt confiteri parochianus coram alieno parocho.

Aliquando licentia confitendi coram parocho alieno a principe vel conſiſtorio impetranda.

VOn GOttes Gnaden Friedrich ꝛc. Ihr werdet aus dem Anſchluß erſehen, welcher geſtalt unſer Rath und Oberamtmann zu C. I. P. V. P. bey Uns angehalten, daß ihm erlaubet werden möchte, bey dem Vorſtädtiſchen Pfarrherr zu C. M. H. und nicht præciſe bey dem Prediger in der Stadt und Inſpectore M. H. zur Beichte und Abendmahl zu gehen. Auſſer dem nun, daß in dergleichen Dingen unter den Evangeliſchen einem jeden billig ſeine Chriſtliche Freyheit gelaſſen werden muß, ſonderlich wenn denen Predigern dadurch an ihren accidentien, weßhalb ſich der Supplicant mit dem Inſpectore abfinden will, nichts abgehet, ſo iſt auch dieſes dabey zu conſideriren, daß gedachter P. als unſer Ober-Amtmann, und der unſer Amthaus zu C. bewohnet, ratione deſſelben an keine gewiſſe Pfarre gebunden, ſondern eo reſpectu, und weil er unſere Iura in dem Amte vertritt, billig die Freyheit haben muß, ſich, zu welcher

Reſcriptum Friderici regis Boruſſorum.

Gemeinde, Er will, zu halten, immassen Ihr denn solches auch gedachtem Inspectori gebührend zu remonstriren, und ihn dahin anzuweisen, daß er hierin dem Supplicanten seinen freyen Willen lassen muß, und wenn Er und seine Familie zu der Vorstädtischen Kirchen sich halten, und in derselben zur Beicht und Abendmahl gehen wollen, ihm darinn keine Hinderung machen solle, ꝛc. Moyland d. 21. (31) Aug. 1696.

Parochi iure suo non debent rigide vti.

§. XIV. In hoc æquissimo rescripto potentissimi Borussorum Regis eiusmodi rationes decidendi continentur, quæ si ab omnibus ponderarentur diligentius, sine dubio ius illud parochiale non adeo rigide exercerent. Duo extrema tamen hic esse euitanda facile apparet (1) Vt parochi non adeo rigide iuri suo insistant, si videant, parochianum quendam non animo maleuolo, sed bono duci consilio. Sæpe enim euenire potest, vt quis maiorem fiduciam in hunc quam illum parochum ponat, licet de cetero cum suo parocho nullas foueat discordias. (2) Vt

Non quiuis extraneus promiscue est admittendus.

non promiscue quemuis, ex quauis parochia accedentem, admittant, quod bene exponit HESHVSIVS apud DEDEKENNVM *vol. 1. p. 3. lib. 1. n. 4. p. 711.* inquiens: Viel Heuchler und halsstarrige Sünder, wenn sie etwas ernstlich von ihren Pfarrherren gestrafet, und ihrer Sünden erinnert werden, meyden sie ihren Pfarrer, und laufen in anderer Kirchspiel, da man sie nicht kennet, da meynen sie unvermerckter Dinge durchzuschlupfen, und unserm HErrn GOtt sein heilig Nachtmahl heimlich abzustehlen. Ne vero, quæ hactenus de libertate, confessionarium mutandi, dicta sunt, auctoritate careant, subiungam iudicium SPENERI, theologi prudentissimi, qui *vol. vltim. consil. Theol. germ. p. 425.* de hac *libertate* ita disserit: Insgemein wünschte ich in der Sache eine mehrere Freyheit in der Wahl, und aus gewisser Maaß Aenderung eines Beichtvaters, aus der Ursache, weil das mehrere oder wenigere Vertrauen gegen dem Beichtvater ein grosses thut, zu mehrer oder weniger Frucht der Erbauung von dem Dienst desselben. Daher ich nicht in Abrede bin, wo ich die Sache einzurichten hätte, daß ich eine ziemliche Freyheit gestatten würde, den Beichtvater zu ändern, wo man entweder vorigen mit alzuvielen Geschäfften beladen siehet, oder durch eines Collegæ Gaben sich kräftiger gerühret befindet, welches sonderlich bey neuen Ersetzungen Platz hat, oder da eine andere redliche Ursache wäre. Wie wir in Franckfurt am Mayn solcher Freyheit uns nicht widersetzten, wie daher unterschiedliche, die da nach wie vor gute Freunde blieben,

ben, meiner Arbeit zu ſchonen, in Liebe von mir abgetreten, andere hingegen zu mir ſich gewandt, ohne einigen daher entſtandenen Mißverſtand, welches immer frey bleibet, excepto ſolo caſu, ob fugam diſciplinæ. Daher der neue Beichtvater von dem vorigen nichts anders zu fragen hätte, als ob es aus Verdruß ſeiner Amts-Treue geſchehen wäre, da mans nicht bloß hingehen lieſſe, ſondern es vor den conuentum brächte. Mit ſolcher Ausnahme will ich auch die Freyheit, die ich wünſchete, verſtanden haben, daß nemlich keiner einen, der den collegen verlieſſe, weil er ſein Straf-Amt an ihm verrichtet hätte, vor ſich anzunehmen befugt wäre. Weilen aber an meiſten Orten die Verbindung des Beicht-Kindes an dem Beicht-Vater legis inſtar iſt, ſo hat an ſolchen Orten die obgedachte Freyheit, es geſchähe denn aus aller einmüthiger Einwilligung, nicht Platz, ſondern es wird, wie auch, da die Sache als eine conſtitutio eccleſiaſtica angeſehen wird, nicht unbillig iſt, darüber zu erkennen, vor das forum eccleſiaſticum gezogen.

§. XV. Prudenter itaque & recte faciunt parochi, ſi prius inquirunt in cauſas mutati confeſſionarii, nec ita temere omnia credunt, niſi de omnibus circumſtantiis fuerint probabiliter edocti. Equidem canoniſtæ hic nimis creduli ſunt, adeo vt aſſerant, parochum alienum teneri credere pœnitenti, dicenti, ſe habere licentiam a proprio parocho, coram eo confeſſionem ſuam edendi. HVGOLINVS *de offic. epiſc. c. 15. §. 8. n. 3.* Nam hoc ſi ſimpliciter admitteretur, quot fraudibus dari poſſet anſa? Sæpe enim euenit, vt parochiani rixas foueant cum ſuo parocho, & reiecta omni reconciliatione, ad confeſſionem admitti petant ab alio parocho; quo caſu male faceret parochus alienus, ſi hunc *ſimpliciter* admitteret, non quod is ſub ſua parochia non degat, ſed quod notorie impœnitens ſit, quem magis reiicere, quam admittere debet. Vid. DEDEKENN. *cit. l. p. 715.* Parochi recte in cauſas mutati confeſſionarii inquirunt.

§. XVI. Poſſet hic quoque adiici illa limitatio, *caſum neceſſitatis* parochianos eximere ab obligatione, ne in propria parochia confiteri teneantur: veluti ſi peſtilentia vel bello vel alia neceſſitate adacti peregrinentur, propria relicta ad tempus parochia: CARPZ. *iurispr. eccl. lib. 2. tit. 18. def. 291.* vel ſi alia honeſta abſentia eos impediat, quo minus poſſint coram proprio parocho confiteri. Vnde & canoniſtæ admittunt, ſtudioſos & mercatores a quouis parocho abſolui poſſe, licet vel maxime ad certum tempus in aliquo loco morentur. Conf. BARBOSA *de offic. & poteſt. paroch. P. 2. c. 19. n. 10.* Habitatio enim bo- Caſu neceſſitatis parochiani alieni admittendi.

na fide & non fraude ſuſcepta in aliquo loco, vnde quis non poteſt commode reuerti ad ſumenda ſacramenta in loco parochiæ, *interim* eum, quoad hæc ſacramenta, parochianum efficit, ceu ſupra declaratum.

Irrita non eſt abſolutio, quæ fit a parocho alieno.

§ XVII. Vlterius duo maxime hic noto, quæ in noſtris eccleſiis merito reiiciuntur. Primum eſt, quod irritam dicant pontificii confeſſionem & inualidam, quæ fit coram alieno parocho, quaſi efficacia eius a *parocho proprio* vnice dependeat. Illi hoc ideo aſſerunt, quia parocho cuilibet adſcribunt *iurisdictionem ordinariam* in foro pœnitentiæ erga omnes fideles illius parochiæ: ergo cum intra limites parochiæ hæc poteſtas ſe contineat, putant eam extra fines ad exemplum *iurisdictionis ciuilis* eſſe omnino inualidam, præſertim cum *confeſſionem* omnium & ſingulorum peccatorum mortalium edere, parochi veri pœnitentiam conuenientem illis imponere teneantur, quod ſecundum illorum hypotheſin duntaxat *competens iudex* facere poteſt. Verum efficacia confeſſionis & *abſolutionis* non dependet a *competentia parochi*, ſed a *pœnitentis conditione*. Si vel maxime parochus dixerit: *Peccata tua tibi erunt remiſſa* non tamen hæc verba operabuntur remiſſionem, niſi ipſe pœnitens ſinceram egerit pœnitentiam. Adeoque non puto reiterandam confeſſionem, ſi quis coram parocho non-ſuo confeſſus iam fuerit, præſertim inter proteſtantes, quibus nec pœnitentia per modum *iurisdictionis* imponitur, nec iis neceſſe eſt, vt omnia & ſingula peccata mortalia enumerent. Repudiata ergo hac *putatiua iurisdictione*, maior quoque libertas parochianis danda foret. Alterum eſt, quod adeo confeſſionis efficaciam a parochi *habilitate* metiantur, vt ſi forſan parochus absque omni titulo vſurpet poteſtatem parochialem, reuera tamen non ſit ſacerdos, talem abſolutionem non tenere aiant; aliud tamen eſſe elint, ſi communi errore pro parocho habitus, & admotus ad parochi officium fuerit, quamuis latenti vitio laboret, quem in finem prouocare ſolent *ad l. Barbarius. 3. D. de officio prætoris*; vid. SPERELLVS *de if. for. eccl. deciſ. 30. n. 11.* Sed ſatis abſurde. Nam & ipſi canoniſtæ adhuc dubitant, vtrum huius legis diſpoſitio in *ſpiritualibus* locum habere poſſit? *Id. cit. l. n. 13.* Certe abſolutio vnice dependet ex *pœnitentia confeſſionem edentis*. Hinc licet vel maxime nulla confeſſio facta foret; de abſolutione tamen pœnitens dubitare non poſſet, Cor Deus ſcrutatur & reſpicit.

Efficacia confeſſionis dependet a pœnitentis qualitatibus.

Confeſſio coram parocho putatiuo facta ſubſiſtit.

§. XVIII.

§. XVIII. Equidem confeſſio in noſtris eccleſiis pleriſque recepta, & quamuis contra eam acriter diſputatum fuiſſe noſtra ætate, notum ſit, nonnullæ tamen circumſtantiæ admittere noluerunt, vt penitus & vbique aboleri poſſet, quamuis FRIDERICVS potentiſſ. Rex Boruſſiæ, glorioſæ memoriæ, hic egregium & genio chriſtianismi ſat conforme temperamentum elegerit, vt apparet ex *deciſo* quodam, wegen der Freyheit des Beicht-Stuhls in Sr. Königl. Majeſt. Reſidentien, de anno 1698. vbi inter alia hæc habentur: Als decidiren und verordnen Sie hiemit ernſtlich und beſtändig: Daß die Privat-Beichte, wie ſie bisher üblich geweſen, vor diejenige, ſo ſich derſelben gebrauchen wollen, nach wie vor bleiben und gehalten, auch darunter nicht geändert werden ſolle; Nur damit gleichwol die Communicanten recht und beweglich zur Erkäntniß der Sünde, zur aufrichtigen Buſſe und zur Beſſerung des Lebens angemahnet werden, ſoll alle Sonnabend um 1. Uhr nach Mittag ein Buß-Sermon in der Kirche vorm Altar gehalten werden, und können nach Endigung derſelben die Diaconi gewöhnlicher maſſen in ihre Beicht-Stühle gehen, und Privat-Beichte halten.

Temperamentum potentiſſ. Regis Boruſſ. circa neceſſitatem confeſſionum.

Libertas confeſſiones edendi.

Weil es aber wider GOttes Wort, wider die Chriſtliche Lieb und wider die Gewiſſens-Freyheit laufen würde, wenn man diejenigen, ſo ſich einen Gewiſſens Scrupel über die Privat-Beichte machen, von dem H. Abendmahl deßhalb ferner abhalten wolte, ungeachtet ſie ſich ſonſt als geſunde Glieder zu der Evangeliſchen Lutheriſchen Kirchen bekennen, ſolches auch mit ihrem Chriſtlichen Wandel beſtärcken; Und dann bekant iſt, daß in unzehlig vielen Evangeliſch-Lutheriſchen Kirchen, als nemlich in denen Königreichen Schweden und Dännemarck, in vielen Orten von Ober-Teutſchland, und in allen Lutheriſchen Kirchen in Holland, und daherum, kein Beicht-Stuhl oder Privat Beichte zu finden, der Gottſelige Lutherus auch ſelber die Freyheit, zur Privat-Beichte zu gehen oder nicht, in ſeinen Schriften öffentlich ſtatuiret hat, wie davon nachzuſehen *Tom. VII. Altenb. fol. 10. b.* und *fol 12. b.* Als wollen und verordnen höchſt gedachte Seine Churfürſtl. Durchl. hiermit ernſtlich, daß keiner hinfüro aus der Urſache von dem heiligen Nachtmahl abgewieſen werden ſolle, weil er nicht zum Beicht Stuhl gangen, ſondern daß vielmehr dieſelbe, wenn ſie ſonſt keines offenbaren ärger-

Nemo cogendus ad confitendum.

Exempla plurium eccleſiarum Luth. vbi confeſſiones non ſunt in vſu.

Nemo a S. cœna repellendus propterea, quod confiteri nolit.

Prouisio, ne hæc concessio in abusum trahatur.

gerlichen Wandels überführet, gleich denen andern, so zum Beicht-Stuhl gangen, admittiret werden sollen; Jedoch damit durch diese Concession nicht etwa rohen Leuten, welche aus anderer Ursache, und entweder ihrer Unwissenheit oder bösen Lebens willen sich der Privat-Beichte entziehen wolten, Anlaß gegeben werde, das Heilige Sacrament zu prophaniren, sollen alle diejenige, welche sich des Beicht-Stuhls enthalten, die Woche vor dem Sonntage, da sie das Nachtmahl zu nehmen gesonnen, bey einem der Prediger sich erst anmelden, damit derselbe sein Amt darunter beobachte.

Assignatio certi salarii loco cessantis nummi Confessionarii.

Wie aber Seine Churfürstl. Durchl. nicht gemeynet seyn, denen Predigern durch Abgang des Beicht-Pfenniges von denenjenigen, so sich des Beicht-Stuhls enthalten, etwas von dem, so Ihnen pro salario mit gegeben worden, zu entziehen: So erklären sie sich hiermit aus sonderbaren Gnaden, daß Sie denenjenigen, so Beichte sitzen, in denen dreyen Kirchen St. Nicolai, St. Petri und St. Mariä, einem jeden 200 Thlr. jährlich wegen dieses Abgangs zahlen lassen wollen. Und weil Seine Churfürstl. Durchl. diese Christlöbliche Decision mit gutem Vorbedacht und nach Anleitung Göttl. Worts, und nach der Obseruanz so vieler Evangelisch-Lutherischen Königreiche und Landen ergehen lassen: So wollen Sie hiermit männiglichen verwarnet haben, dieselbe weder auf den Cantzeln, noch sonsten bey Zusammenkünften zu sugilliren, weniger sich darwider zu setzen, und fromme Christen darum, daß sie nicht zur Privat-Beichte gewesen von dem Nachtmahl abzuweisen, und das bey Vermeydung höchster und exemplarischer Bestrafung. Wornach sich männiglich zu achten, und vor Schaden zu hüten hat. Uhrkundlich unter Sr. Churfürstl. Durchl. anfgedruckten Insiegel, Gegeben zu Cölln an der Spree, den 16. Nov. 1698.

Friedrich.

Retinetur Confessio propter plebeculam rudem.

§. XIX. Et huc videtur quoque collineare *ordin. eccles. elect. Saxon. ord. gen.* 7. §. denn ob es wol, vbi ideo retinendam confessionem iniungit legislator Sereniſſimus, von wegen der Christlichen Zucht und besonders um der Unverständigen willen, dieweil der gemeine Pöbel allein um alter Gewohnheit willen zum Heil. Sacrament läuft, und nicht weiß, was Sacrament ist, vt ideo illi ante informari debeant a suis parochis, vt in sequentibus dicitur: darinnen die Einfältigen,

gen, wie von nöthen, unterrichtet. Et hoc intuitu ius parochiale circa confessiones faciendas itidem restringere possemus ad plebem rudem, non vero eodem constringere etiam eos, qui iam exercitatos in fide & pietate habent sensus, quod ipse LVTHERVS, citatus a CARPZOVIO *lib. 2. def. 276. n. 8.* sedulo præcauere voluit, damit nicht wieder ein neuer Pabst Zwang oder nöthige Gewohnheit aus solcher Beichte werde, die wir sollen und müssen frey haben. Vnde inprimis parochi in casu, vbi ægroti magno desiderio ad S. Synaxin feruntur, de quorum vita & moribus satis eis constat, non adeo sint rigidi in exigenda confessione, præsertim cum ægroti eiusmodi tentationibus subiici soleant, vt nihil magis appetant, quam hunc cibum sacrum. Conf. CARPZ. *loc. cit.* Ius parochiale secundum limitationem restringendum.

§. XX. Cum confessionem *EVCHARISTIA* subsequi soleat, hinc, quod de iure parochiali circa *confessiones* dictum, id quoque ad S. Cœnam applicari debere, certum est, quamuis diuersitas appareat in necessitate: cum confessiones aboleri possint, vt dictum *in §§. anteced.* Hac de caussa clarissime cautum in *ordin. Magd. eccl. c. 7. §. 17.* Weiln es auch mancherley Unrichtigkeit und Zwiespalt in Städten und Dörfern verursachet, wenn ein Prediger denen Personen, so in seine Kirche nicht gehören, das Heil. Abendmahl reichet, und Beichte höret, so soll solches hiermit allen Predigern in Städten und auf den Dörfern verbothen seyn, es geschehe denn aus bewegenden Ursachen mit der Hohen Landes-Obrigkeit oder Regierung und Consistorii sonderbarer Erkänntniß. Es sind aber hierunter nicht gemeynet reisende Personen, Krancke, und andere, so ihres ordentlichen Beicht-Vaters nicht können mächtig seyn, wie auch diejenigen nicht, so in der Nachbarschaft den rechten Gebrauch des Heil. Abendmahls bey ihnen nicht haben können. Ius parochiale circa S. Cœnam

Ceterum de iure canonico parochiani obligati sunt, ad minimum in festo Paschatos S cœna vti, quod *præceptum ecclesiæ* vocant, adeo vt, licet quis secundum eorum opinionem indigne suscipiat eucharistiam, & sic mortaliter peccet, is tamen quoad substantiam præceptum ecclesiæ impleuisse, & ecclesiasticam legem seruasse dicatur. BARBOSA *de offic. & potest. paroch. P. 2. c. 20. n. 12.* Magis ergo pontificii respiciunt ad *externum vsum*, quam *internum* S. cœnæ, cum tamen hic genuinus demum sit, & vtinam nostræ ecclesiæ hic aliquando cautiores & prudentiores forent! Equidem in hoc a doctrina pontificiorum discessimus, quod non ita certo tempore ad sacram cœnam susci- Pontificii magis respiciunt ad vsum externum.

ſuſcipiendam adſtringamur. Sed in eo inhæremus adhuc principiis papiſticis, quando cum CARPZOVIO aſſerimus, *diutius ſacra cœna abſtinentes ad vſum eius comminatione carceris alteriusue pœnæ, imo relegatione adigi debere.*

Sententia Carpz. de adigendis parochianis ad S. cœnam recenſetur.

§. XXI. Ne vero iniurius in CARPZOVIVM videar, ipſius doctrinam cum epicriſi referre lubet. In *lib. 2. conſiſt. iurispr. def. 294.* oſtendit, grauiſſimum eſſe peccatum abſtinere a S. cœna, neque eius vſum eſſe *arbitrarium*, ſed *neceſſarium*. Hinc parochorum *officium* eſſe concludit, impœnitentes ſedulo hortari, vt reſipiſcant, nec S. ſynaxin contemnant; cui admonitioni ſi non paruerint parochiani impœnitentes, denunciandos eos eſſe conſiſtorio vrget, cum in finem, vt contemtores ſacramentorum ſeuere coërceantur, aliique impoſterum a ſimili contemtu deterreantur. *Facta*, pergit *definit. 295. n. 3.*, *denunciatione, conſiſtorium haud acquieſcit, ſed abſtinentes a S. communione ſeueriori admonitione, & in contumacia perſeuerantes, comminatione carceris vel pœnæ alterius, ad vſum epuli huius ſacratiſſimi adigi facit.*

Reſponſio Carpzouii ad obiectiones.

Equidem præuidit obiectionem, quod nihil abſurdius ſit, quam fidem in anima, quæ ſpiritus eſt, cogere velle; ſed reſpondet *n. 10.* hoc modo: *Longe diuerſum eſt, aliquem ad fidem cogere, & contemtorem fidei, quam iam complexus eſt, coercere. Quid ergo obſtat*, concludit, *vt pœna iis indicatur, & ſub comminatione ad vſum excitentur, non minus quam blasphemos coercere licitum iudicatur.*

Eiiciuntur denique ex prouincia, qui S. cœna non vtuntur, ſecundum Carpz. ſententiam.

Quod ſi vero nec comminationibus hiſce adigi ad vſum ſacræ cœnæ poſſunt, tunc ſecundum mentem CARPZOV. *def. 296.* ab eccleſiia & cœtu publico ſegregandi, & ex prouincia expellendi, iniuncta iis venditione bonorum & emigratione: (1) quia tales non ſunt chriſtiani; (2) quia mandati diuini contemtus pro leui facinore non eſt habendus: (3) quia ingens præbetur ſcandalum chriſtianis. Atque hæc eſt doctrina CARPZOVII.

Catechiſmi maioris ſententia oppoſita Carpzouii opinioni.

§. XXII. Antequam vero illam excutiam, opponam ei maiorum noſtrorum aliorumque ICtorum piorum doctrinam. In *catechiſmo maiori de ſacramento altaris p. m. 592.* hæcce reperio: *Et profecto, quandoquidem ad hanc cœnam, tam grauate & faſtidioſe affecti ſumus, ita nauſeantes illam, ſatis apparet, quales in papatu chriſtiani fuerimus, vt qui tantum coacti & metu humani præcepti acceſſimus, ſine omni animi voluptate, & amore præcipientis Chriſti, nullo reſpectu habito. Sed enim nos neminem coginus, aut violenter impellimus, nec quisquam in noſtri gratiam huius cœnæ conuiua eſſe dignetur. Hoc vero impellere & vltro cogere te debebat, quod Chriſtus id requirit & placet id illi. Hominibus vtique*

vtique non concedendum est, vt ab illis aut ad fidem aut ad vllum opus adigamur. Nos non plus facimus, quam vt doceamus & moneamus, quid facto opus, non in nostri, sed in tui gratiam. Ipse pellicit te ac omnibus modis ad se prouocat: hunc si arroganter contemseris, vide vt ipse pro te respondeas. Imo p. 563. dicitur, quod tales abstinere debeant a sacramento, *qui S. cœnam non desiderent, nec liuenter probi esse studeant.* Ad quod vero *pœnis* vel *metu* earum cogor, id non desidero, nec appeto. Quod si hanc doctrinam *publicam* nostrarum ecclesiarum cum CARPZOVII *priuata* doctrina confero, doleo certe, tam magno alias ICto hæc & similia excidisse. Sed magis miror, quod CARPZOVII doctrina hodie fere recepta, contra doctrinam publicam nostrarum ecclesiarum, esse videatur.

§. XXIII. Non tamen, tantis licet sub tenebris temporum, potuit adduci BRVNNEMAN. *de iur. eccl. lib. 1. c. 6. m. 4. §. 2.* vt CARPZOVIO subscriberet, qui aperte contrarium docet hisce verbis: *Non puto præcise compellendos ad hoc sacramentum contemtores huius sacramenti; quæ enim quæso erit deuotio in conuiua ad communionem compulso? Eos contemtores satis præmonitos a S. cœna repellere oportebat. Hæc fuit veterum disciplina. Nulla maior pœna ecclesiastica, quam a sacra communione repelli. Hac afficiendi & a sacro cœtu, imo & ab honestis conuentibus excludendi illi contemtores sacramenti, & antequam recipiantur, examinandi, an dignos pœnitentiæ fructus ediderint.* Et hanc sententiam vlterius declarat STRYK. in *not. ad cit. l.* distinguens inter *compulsionem violentam* seu *physicam*, externis remediis procuratam, qualem admittit CARPZOVIVS, & compulsionem *ecclesiasticam* seu *moralem*, per seriam admonitionem & impœnitentis informationem, cum demonstratione certissimi salutis æternæ naufragii factam. Illam non admittit, sed hanc omnino probat, quæ tamen in *sano*, non illo, qui ex schola pontificiorum desumtus est sensu accipienda est, quia *ecclesiastica compulsio* iuris pontificii & vera & proprie dicta coactio externa est.

Brunnemanni sententia oppositaCarpzouio.

Strykii sententia Carpzouio opposita.

§. XXIV. Ceterum argumenta CARPZOVIANA adeo imbecillia sunt, vt sinceriores in suas trahere partes non possint. Ipse concedit, impœnitentes non esse admittendos ad S. synaxin. Quinam vero magis impœnitentes sunt, quam qui *metu pœnarum* adacti S. Synaxi indigne vtuntur? Et cum *pœnitentia vera* nihil aliud inuoluat, quam *veterem hominem magno adoriri animo, vt eius concupiscentiæ coerceantur, & nouam vitam amplecti*, vt dicitur in *catechismo maiori p. m. 547.* pœnitens esse nequit, qui obtorto collo ad hoc diuinissimum pabulum

Refelluntur argumenta Carpzouii.

Reiicitur distinctio inter cogere ad fidem, & contemtores fidei coercere.

rapitur, cum non possit dici magno animo adoriri hominem veterem. Praeterea vana est distinctio, quam affert CARPZOVIVS, quod aliud sit, *aliquem ad fidem cogere*, & *contemtorem fidei coercere*. Reuera enim verba profert, quae sonum, non mentem aut rationem habent. Omnis coercitio in *coactione* consistit, & si haec distinctio alicuius foret momenti, nos pontificiis subministraremus gladium, quo in nos vti possent. Quid enim facilius est, quam si nobis ex CARPZOVII doctrina ita respondeant: *nos neminem cogimus ad fidem, sed coercemus tantum contemtores fidei nostrae, quales sunt omnes haeretici*. Quid vero tunc responderemus? Deinde si coercendi sunt contemtores fidei, cur non magis coercendos eos existimat, qui *coacte*, & sic *impoenitentes*, accedunt? Denique hic praetextus, quod ita coerceantur contemtores, ex erroneis supereſt quisquiliis. Quando haeretici eiiciuntur, simili modo dicere solent Iesuitae: *Non cogimus ad fidem, sed contemtorem fidei nostrae eiicimus*. Rationes vero, cur tales ex prouincia sint expellendi, *sunt* parum stringentes. Cur enim ex iisdem rationibus, qui gulae suae, qui auaritiae, qui ambitioni indulgent, non eiiciuntur? Sane (1) nec hi sunt christiani, (2) contemnunt mandatum Christi, (3) scandalum aliis christianis praebent. Sed *arcana* forsan *ratio* subest, cur hi eiiciendi esse videantur, non illi, quam denudare nolo.

Verus contemtus sacramentorum alia ratione potest coerceri.

§. XXV. Id facilius concedi potest, si constat de *contemtu vero sacramentorum* (qui potissimum ex vita sordida, epicurea, & omnibus vitiis inquinata, colligi potest, vtpote quorum DEVS venter est) nec vlla genuina ratio, cur abstineant, adest, tales merito indignos reputari debere, quibuscum alii christiani pii conuersentur, adeoque non inique contra tales a principe constitui, daß, da jemands also in Verachtung Göttliches Worts und rohem Leben fortfahren, und nicht bey Zeiten zur Busse schreiten würde, derselbe zu Gevatterschaften und andern Christlichen Versammlungen und Handeln nicht solle zugelassen, vielweniger, da sie verstürben, auf die Kirchhöfe als Christen zur Erden bestätiget werden, sondern ohne einige Christliche verordnete Gesänge als die unvernünftigen Thiere anders wohin sollen begraben werden, ceu dicitur *in ordin. consist. March. tit. 10.* adducta a STRYK. *in not. ad ius eccles. Brunnem. l. 1. c. 6. m. 4. §. 2.* Hoc enim casu nulla adest *coactio*, sed tantum interrorem aliorum, vt ab eiusmodi vita improba abstineant, tales contemtores post decessum suum inhonesta afficiuntur sepultura. Conf. CARPZOV. *lib. 2. def. 297.*

§. XXVI.

§. XXVI. Eandem fere esse rationem exclusionis a S. *cœna* & *absolutione* volunt, quam ex *iure ligandi* parochis competere vulgo contendunt, de quo prolixe edisserit DEDEKENN. *Vol. 1. p. 586.* modo sint impœnitentes notorii, quorsum etiam referendi, qui actionibus iniuriarum impliciti ad S. cœnam admitti postulant, ceu fusius declaratum in *tr. de iniust. & iniquit. act. iniur.* Ante omnia vero disquirendum, an non parochi semper adstricti sint in exclusione a S. cœna ad consensum consistorii? Id quidem in multis ordinationibus ecclesiasticis requiri, certum est, ne parochi, priuatis ducti affectibus, pro lubitu parochianos excludant. Quanquam enim hoc non extendendum esse videatur ad peccatorem *notorium*, v. c. qui negat se peccatis suis posse abstinere, BRVNNEM. *d. iur. eccles. lib. 1. c. 9. in 4. §. 10.* vix tamen est, vt talis casus concipi possit, præsertim cum in *casu contradictionis*, vtrum quis sit impœnitens? iudicium non sit relinquendum parocho, ne rursus *iurisdictionem* quandam in parochianos exercere velle videatur. In *thesi* satis proba est sententia, notorie impœnitentes non esse admittendos; sed in *hypothesi* vt plurimum dubium supereſt, quinam sint notorie impœnitentes, quamuis in ordinationibus ecclesiasticis vt plurimum hæc distinctio confirmetur. Sic in recessu generalis visitationis Francofurt *de anno 1600.* ita disponitur: Aber es sollen und müssen gleichwol nicht allein die *delicta*, besondern auch die Unbußfertigkeit *notoria* seyn. Sonsten ist keinem die *Absolution* ohne erhebliche Ursache und *Cognition* des *Consistorii*, vielweniger *ex priuata vindicta* oder *affectu*, wie es auf den Dörfern oftmals aus liederlichen Ursachen geschehen soll, zu sparen. Quid ergo consilii in hoc casu dubio? Secure meo iudicio parochus agit, si SPENERVM audit. Hic enim *vol. vlt. conf. theol. germ. c. 1. sect. 2. p. 11.* ita censet: Ich sehe nicht, wie unserer Kirchen in gegenwärtigem Zustand, was diese Sache anlanget, völlig geholfen werden könne, aus Mangel der gehörigen Anstalt. Wie ich denn nicht in Abrede bin, daß dafür halte, es komme denen Predigern für sich das Urtheil nicht zu, wer für würdig oder unwürdig zu achten, und also, wer zu admittiren oder zu excludiren sey, sondern das Gerichte gehöre der Kirchen: und also solte bey ieder Gemeinde ein Collegium presbyterorum oder Kirchen-Aeltesten, so von der Gemeinde verordnet, sich finden, welche, wo der Prediger über eine Person ein dubium hätte, mit ihm die Sache cognosciren und sprechen, der Prediger aber nach solchem Spruch sich halten solte. Wie denn einmahl die Schlüssel nicht dem Predigtamte, sondern der Kirche zustehen. Ob denn wol dieselbe sol-

An parochi habeant ius excludendi a S. cœna impœnitentes, & an in exclusione requiratur Consistorii consensus? An consistorium cogere possit parochum, vt aliquem admittat ad S. Cœnam?

Spenerii iudicium.

che ordentlich durch die Prediger zu verwalten pfleget, gehet doch solche ihre Verwaltung nicht weiter, als so lange es keine Contradiction giebet; wo aber er einen für unwürdig hält, und solcher will für würdig gehalten seyn, so stehet die decision nicht bey ihm, sondern gesagter massen bey der Kirchen. So lange also diese Ordnung nicht eingeführet wird, zu dero es aber die wenigste apparentz noch hat, sehe ich nicht, wie dem Unheil zu steuren ist. Denn einem Prediger die Macht zu überlassen, finde ich selbst nicht rathsam, noch der Weißheit unsers Heilandes, mit dero er seine Kirche angeordnet hat, gemäß. Denn wo wir einen Prediger finden würden, welcher klüglich, gewissenhaft und ohne affecten seine Gewalt gebrauchen möchte, so sorge ich, solten wol zehen dagegen seyn, denen es entweder an gehöriger Klugheit, oder moderation, oder sonsten, was zu fruchtbarer Verwaltung dieses Wercks gehörig, mangeln dürfte, daß der Jammer der Kirchen nur desto grösser werden könte. IDEM *c. 1. cit. l. 1. sect. 25. p. 140. sq.* penitius distinguit: jedoch mache ich einen Unterscheid unter der absolution und communion. Jene kan ich absolute keinem wissentlich Unbußfertigen ertheilen, von dieser, als einem algemeinen Guth, darf ich ohne diejenige, denen dieses Recht zukommet, keinen ausschliessen. Kommet also einer vor dem Beichtstuhl, der notorie ein gottloser Mensch gewesen, so habe ich ihn seiner Sünden ernstlich zu erinnern; will er nicht Buß und Besserung versprechen, so bekenne ich, daß ich ihm keinen Trost zusprechen, sondern den Zorn GOttes verkündigen muß, auch ihm anzeigen, daß ihm das Heil. Abendmahl zum Gerichte gedeyen werde, und man ihn nicht anders als wie den Judam darzu lassen könne. Quidsi itaque constat, parochum ex mero affectu aliquem excludere a S. cœna, per mandatum pœnale ipsi iniungitur, vt parochianum ad S. cœnam admittat. Formulam exhibet BLVMIVS *in supplicat. camer. tit. 8. p. 336.* Hierum so gebieten wir euch samt und sonders, von Röm. Käyserl. Macht und bey pœn. 10. Marcklötiges Goldes, halb in unserer Käyserl. Cammer, und zum andern Theil ofterwehnten impetranten, unnachläßig zu bezahlen, hiemit ernstlich und wollen, daß ihr alsobald den nächsten nach Uberantwort- und Verkündigung dieses klagende sämtliche W. von ihrem gewöhnlichen Gebrauch des Heil. Abendmahls, wegen rechtlicher Verfolgung ihres dis Orts hangenden processes, weiter nicht ausschliesset, ꝛc.

§. XXVII.

§. XXVII. Denique supereſt, vt videamus, qua ratione *ius parochiale* exerceatur circa adminiſtrationem *BAPTISMI*. De iure pontificio deciſio certa eſt, quod, licet omnes ſacerdotes baptizare valeant, ille tamen mortaliter peccet, qui baptizare contendat aliquem in alterius parochia ſine propria parochi licentia. PETRVS DE MVRGA *de benefic. eccl. qu. 2. §. 1. n. 475.* Excipiendus tamen caſus neceſſitatis, in quo etiam non-ſacerdos baptizare valet. ID. *ibid.* BARBOS. *de offic. & poteſt. paroch. P. 2. c. 18. v. 7. n. 12.* Rationem vero, cur alienum parochum ad hoc munus non admittant, hanc eſſe putant, quod quis ita aggreget baptizatum eccleſiæ, cuius nullum regimen ſibi commiſſum eſt. Non per baptiſmum, aiunt, baptizatum admitti in membrum vniuerſalis eccleſiæ & ſingulariter illius, in qua baptiſmum ſuſcepit. MVRGA *cit. l. n. 476.* Noſtræ eccleſiæ pleræque idem ius parochiale exercent, vt regulariter quis extra caſum neceſſitatis ab illo parocho ſit baptizandus, in qua parochia infans natus. Sic diſerte cautum in *ord. Magd. eccl. c. 3. §. 2.* Die Taufe ſollen verrichten jedes Orts Prediger, in der Pfarre, darinn das Kind gebohren. Idem quoque inculcatur in *conſtit. elect. eccl. gener. art. 16. & 24.* & aliis plerisque ordinationibus eccleſiaſticis.

Ius parochiale circa baptiſmum.

Cur requiratur ad baptizandum proprius parochus.

Praxis noſtrarum eccleſiarum.

§. XXVIII. Vt autem parochus hac in re officium ſuum recte exerceat; hæc requiſita obſeruari debent: (1) vt ipſe parochus temperanter ad baptiſma accedat. Vnde dicitur in *ord. eccl. Sax. tit.* von der Taufe: Derhalben es auch wohl billig und recht iſt, daß man nicht trunckene noch rohe Pfaffen taufen laſſe, quod quoque repetitum legimus *in conſtit. eccl. in Ducatu Vinar. l. 7. c. 2.* Qui enim minus ſobrie accedit ad hunc actum, pœnam ſuſpenſionis, imo etiam aliquando depoſitionis meretur, qua de re vid. LYNKER. *diſp. de baptiſm. c. 2. §. 9.* ibique alleg. DEDEKENNVS. (2) Vt, quantum fieri poteſt, baptiſmus fiat in conſpectu totius eccleſiæ. Conqueritur de omiſſione huius requiſiti merito BRVNNEM. *de iure eccleſ. lib. 1. c. 6. m. 3. §. 4.* quod in pleriſque eccleſiis fiat vix præſentibus quinque perſonis. In nonnullis tamen eccleſiis, præſertim in nonnullis locis Weſtphaliæ, hoc requiſitum ſancte obſeruari ſcio, vbi poſt publicas preces ante adminiſtrationem ſacræ cœnæ baptiſmus pie & conuenienter *die dominico* expeditur. (3) Vt non tamen diutius differatur baptiſmus. In der Gothiſchen Landes-Ordn. *P. 1. c. 1.* verſ. dieweil auch dicitur: es ſoll niemand ſein Kind, aus was Urſachen es auch geſchehen möchte, über den andern Tag ungetauft liegen laſſen, bey Straf 5. oder nach Gelegenheit der

Parochus temperanter ad hunc actum accedere debet.

Baptiſmus fiat in conſpectu eccleſiæ.

Non differendus baptiſmus.

In forma consueta fieri debet.

Personen 10. Rthlr. Conf. *ordin. eccl. Magd. c. 3. §. 4.* (4) vt in forma consueta expediat baptismum; quod ita intelligendum, modo parochus se salua conscientia eiusmodi ritum adhibere posse existimet. Notæ sunt controuersiæ hactenus acriter agitatæ de *exorcismo*, de quo varia iudicia & consilia attulit STRYK. *ad ius eccl. Brunnem. lib. 1. c. 6. m. 3. §. 3.* Certe cum res sit indifferens: imo magis scandalum præbere possit, quam solatium: hinc omissionem eiusdem sinceriores parochi merito vrgent. Et quidni omitterent, si videant, se talia absque ingenti abusu retinere non posse?

Augustanæ confess. addicti in pago catholico habitantes alibi baptismo offerre possunt infantes.

§. XXIX. Sed & alia hic quidem scitu necessaria sunt, veluti de *patrinis*, de *muneribus baptismalibus*, de *conuiuiis* aliisque, quæ tamen directo ad iura parochialia spectare non videntur. Ceterum cum in *Instr. P. art. 5. §. 34.* quoad religionis exercitium dispositum legatur, vt hi, qui anno 1424. *publicum* vel etiam *priuatum* religionis suæ exercitium nulla anni parte habuerunt, patienter a Domino territorii tolerari, & conscientia libera domi deuotioni suæ sine inquisitione aut turbatione priuatim vacare; in vicinia vero, imo & quoties voluerint, publico religionis exercitio interesse, vel liberos suos exteris suæ religionis scholis aut priuatis domi præceptoribus instituendos committere, prohiberi non debeant, merito parochianis, Augustanæ confessioni addictis, sed in pago pontificio habitantibus, permissum erit, alibi in vicinia infantes, ex se natos, baptismo offerre, qua de re affert ZIEGL. *de iure maiest. lib. 1. c. 14. §. 4.* hoc responsum: Wenn nun gleich N. sowol dessen Eltern und Vorfahren, ungeachtet sie der Augspurgischen Confeßion verwandt und zugethan gewesen, der Tauffe, Begräbniß und ehelichen Copulation sich jederzeit in der Catholischen Pfarr-Kirchen des Dorfs N. bey dem Pfarrer daselbst erholet, und denn so wol das öffentliche als priuat-exercitium religionis der Catholischen Stände Unterthanen, die der Augspurgischen Confeßion zugethan, anders nicht, als auf solche masse, wie sie im Jahr 1624. gehabt, im Oßnabrückl. Friedens-Schluß gelassen worden. Dennoch aber und dieweil N. N. der Lutherischen Religion zugethan, und zu N. im Jahr 1624. gewesen, kraft angezogenen Frieden-Schlusses der Catholischen unmittelbaren Stand-Land-Sassen, Vasallen und Unterthanen, so sich zur Augspurgischen Confeßion bekennen, verstattet und nachgelassen, in der Nachbarschaft, und weß Ortes es ihm beliebich, dem öffentlichen Religions-Exercitio beyzuwohnen, zu welchem denn der freye Gebrauch der heiligen Sacramenten gehörig ist, und

Præiudicium.

und die Taufe für ihre Kinder, als ein vornehmes Stück ſolches exercitii, davon nicht getrennet, noch ausgeſchloſſen werden könne. So mag auch ermeldter N. oder andere zu N. wohnhafte Lutheriſche Unterthanen ſich der Taufe für die Ihrigen an einem Lutheriſchen Orte auſſerhalb Landes zu erhalten, nicht abgehalten, noch, da er oder ſie ſolches thun, ihnen deswegen einige Strafe von den Beamten auferleget werden ꝛc. Quod ſi vero in vicinia non adſit parochus Auguſtanæ confeſſioni addictus, tunc recte parocho pontificio offerri baptizandum infantem ſtatuimus, quia ſufficit, ſubſtantialia baptiſmi ab eo obſeruari, nec enim dependet, vt loquar cum theologis, efficacia baptiſmi a fide ipſius baptizantis. Idem dicendum exiſtimat LYNCKER. in *diſp. de baptis. c. 3. §. 6.* in caſu, vbi mater per locum aliquem tranſiens, qui totus conſtat ex perſonis, religioni pontificiæ addictis, enitatur filium, quod tunc ſit obligata infantem paſtori loci deferre, ibique vt baptizetur curare, adeo vt ipſa non poſſit talem filium baptizare, cum valeat baptiſmus, ex neceſſitate peractus. Dubitari tamen poſſet de obligatione *abſoluta*, præſertim cum notum ſit, quanta inter euangelicos & pontificios ſit antipathia. Vix ergo mater ſecure, præſertim in terris intime religioni catholicæ addictis, infantem ſuum parocho tali baptizandum offerre poſſet. Saltem excuſanda foret mater, ſi ipſa infantem baptizaſſet.

An, vbi in vicinia non adeſt parochus Lutheranus, infans baptizari debeat a parocho catholico. Quid dicendum de matre Lutherana transeunte per terras catholicas & infantem edente.

§. XXX. Curare autem imprimis parochi baptizantes debent, vt libri baptiſmales in eccleſia parochiali habeantur, quibus inſcribi debet dies baptiſmi & natiuitatis, addito nomine & cognomine baptizati. MASCARD. *de probat. concl. 163. n. 2.* Quin & parentes vt & patrini annotari in eo debent. BARBOSA *de offic. & pot. paroch. P. 1. c. 7.* vbi ſimul formulam inſcriptionis refert. Maxime tales libri ad hoc vtiles ſunt, vt ex illis probari poſſit, tum ipſe baptiſmus, tum ætas baptizati, vt & eius parentes. Regulariter enim *libri tales eccleſiaſtici* propter antiquitatem probant, maxime ſi reperti & ſemper cuſtoditi fuerint in archiuo ipſius eccleſiæ. AYMON CRAVETTA *conſ. 158. n. 4. ſeqq.* CARPZOV. *iurispr. conſiſt. lib. 2. def. 315. n. 3. 6.* IO. ALLOYS. RICCIVS *P. III. deciſ. Neapol. 6. n. 2. ſeqq.* NICOL. BOER. *deciſ. 105. n. 11.* NICOLAVS DE PASSERIBVS *de ſcript. priuat. lib. V. q. 1. n. 16. ſeqq.* Hoc intuitu in *concilio Trident. ſeſſ. XXIV. de reform. §. 1. in f.* parochis ſatis prudenter iniungitur, vt librum habeant, in quo omnia illa, quæ ad officium eorum ſpectant, fideliter annotare & deſcribere debeant. Conf.

Parochi libros baptiſmales habere debent.

HAR-

An libri baptismales ætatem infantis probent?

HARPRECHT. *conf. XII. n. 10. seqq.* Distinctius vero hic procedendum esse existimo. Nam (1) quod ad *ætatem baptizati* attinet, rarius libris baptismalibus tempus natiuitatis inseritur, & cum sæpe post aliquot a die natiuitatis elapsus dies baptizetur, baptismus quidem inde probatur, non ipsa baptizati ætas, si accurate velimus loqui; quamuis enim *vel hora natiuitatis* huic libro inserta est, illa tamen *plene* inde probari nequit, cum parochus illam habeat ex *relatione aliorum*, adeoque tantum *testis de auditu* sit. Deinde (2) circa parentes quoque magna est diuersitas. Parocho quippe non creditur, nisi circa commissa de baptismate tantum, & *cum*, inquit HECTOR CAPYCIVS LATRO *decis. 166. n. 52. scribit in libro baptismatum parentes baptizati, id non facit ex eorum scientia, sed ex relatione aliorum, nec est necessarium, vt in dicto libro parentes describantur, sed tantum nomen baptizati ac illorum, quos elegerint &c.* Ex quo *n. 55.* infert, ex fide parochi de *legitimatone baptizati* non posse statui, quod scilicet parocho non credatur, quæ ex *certa scientia* affirmat: at vero dum parentum baptizati mentionem facit, hoc tantum facit ex *relatione* vt plurimum. Vnde facile diiudicari potest, quid iuris, si meretrix aliqua spurium baptizandum parocho offerat, & patrem huius nominet, illumque parochus libro baptismali inseri curet, an exinde indicium contra patrem oriatur? Quod negandum puto; liber enim baptismalis plus operari non potest, quam ipsa relatio meretricis. Ast diffamatio personæ infamis neminem grauare potest.

An ius colligendi eleemosynas in templis soli competat ecclesiæ parochiali?

§. §XXXI. Antequam vero hoc caput concludam, appendicis loco quædam de *iure colligendi eleemosynas per sacculum sonantem*, vulgo Klinge Beutel, annectere lubet, cum in controuersiam venire possit, an ius colligendi eiusmodi eleemosynas *per sacculum sonantem* spectet ad actus parochiales, vt ecclesia parochialis hoc ius tantum sibi adscribere, & alias ecclesias non-parochiales ab vsu eiusdem excludere vigore *iuris bannarii* recte possit? Videtur hæc quæstio in vtramque partem varie disputari posse, quam plenius illustrauit, variisque obseruationibus exornauit WILDVOGEL *de oblation. quæ fiunt in eccles. per saccul. sonantem.*

Rationes affirmantis sententiæ.

Qui inde *actum parochialem*, connexum cum *iure parochiali* circa sacra, conficiunt, his potissimum duci solent rationibus: (1) Quod ecclesia parochialis suos ordinarios reditus habeat, quibus vel ipsa, vel ministris eius, vel pauperes sustentari debeant, inter quos quoque referri debeat ius eleemosynas colligendi per sacculum sonantem in ecclesia. (2) Quod in hoc iure ecclesia parochialis non possit turbari, aut

aut in præiudicium eius aliquid fieri, quod tamen fieret, si ecclesia non-parochialis de nouo ius colligendi eleemosynas, per sacculum sonantem, sibi attribueret, quod eo ipso multum detraheretur reditibus ecclesiarum parochialium. (3) Quod *arg. c. 13. & 14. C. 10. Q. 1. oblationes*, ecclesiæ factæ, non possint vsurpari ab aliis, sed soli ecclesiæ seu potius parochis relinquendæ. Vid. AVGVSTIN. BARBOS. *de offic. & potest. paroch. P. 3. c. 24. n. 5. & 24.* (4) Quod ipse colligendi ritus ad *liturgiam* pertineat, cuius dispositio soli potestati ecclesiasticæ relicta est. Contra vero, qui nullum *actum parochialem* inde concludi posse autumant, hæc pro se allegare solent: (1) Quod eiusmodi oblationes seu eleemosynæ sunt *voluntariæ*, nullis iurium vinculis constrictæ, atque pudori cuiusque relinquatur, vtrum aliquid contribuere velit, nec ne? cum iura parochialia & quicquid eo pertinet, *obligationem perfectam* in se contineant, etiam ratione *onerum parochialium*, vtscilicet parochiani ad id compelli & cogi possint. Quod (2) collectio illarum eleemosynarum ad *opera charitatis* sit reducenda, ex quibus nullus actus parochialis cum *iure prohibendi* deduci possit. (3) Quod actus parochiales, *qua tales*, fiant inter eos, qui sunt de illa parochia; ast cum etiam alii, quam qui sunt de illa parochia, interesse soleant concionibus consuetis, ab his quoque illæ eleemosynæ colligantur. (4) Quod etiam ius colligendi illas eleemosynas passim obtineat in ecclesiis non-parochialibus, v. c. aulicis, oratoriis, domesticis. Sic nihil notius, quam quod, vbi in cœmeteriis quædam capellæ sunt, in quibus ordinarie solent haberi conciones funebres, etiam ibi, quando tales conciones habentur, passim colligantur tales eleemosynæ. (5) Quod ius colligendi eleemosynas etiam cuilibet patrifamilias sua in domo competat, adeoque actus parochialis esse nequeat. (6) Quod ecclesiæ parochiales inde nullum damnum sentiant, cum & collectio talis, quæ fit in ecclesiis non-parochialibus, fiat in fauorem pauperum, adeoque perinde sit, vtrum pauperes eleemosynas percipiant ex ecclesia parochiali, an ex alia? Negantium rationes.

§ XXXII. Ex his in vtramque partem adductis rationibus patet, rationem decidendi vnice in eo positam esse, quidnam proprie dicatur *actus parochialis?* Hoc vero non rectius diiudicari potest, quam si in subsidium sumamus attributa *parochiarum*, & exinde actus diiudicemus. Hinc breuiter hanc regulam constituo. Omnis actus, qui ecclesiæ parochiali, qua tali, competit *ex iure perfecto*, cum *iure prohibendi, excludendi & cogendi*, ille potest dici *parochialis*. Hanc regulam Confirmatur sententia negantium, quod collectio hæc non sit actus parochialis.

Actus parochialis quid?

vno ore confirmant canoniſtæ. Perceptio decimarum regulariter competit eccleſiæ parochiali, ſed tamen pro actu parochiali ſolitarie haberi nequit, quia dantur eccleſiæ parochiales, quæ non percipiunt decimas; imo aliquæ percipiunt decimas, cum tamen non ſint parochiales. Vid. BARBOS. *tr. de offic. & poteſt. paroch. P. 1. c. 1. n. 31.* Adminiſtratio ſacramentorum, abſolutio, dicuntur actus parochiales, quia eccleſiæ parochiali, *qua tali*, competunt &c. Hoc poſito fundamento, quilibet facile iudicabit, rationes eorum, qui negant, ius colligendi eleemoſynas eſſe actum parochialem, fortiores eſſe, vt ſecundum has merito pronunciandum ſit. Et ita quoque cenſuit FRIDERICVS rex Boruſſiæ glorioſæ memoriæ in *reſcripto*, quod adducit WILDVOGEL. *cit. l. c. 6. §. 4.*

VOn GOttes Gnaden Friedrich der Dritte Churfürſt ꝛc. Würdige, Veſte, Hochgelahrte Räthe, L. G. Aus dem Beyſchluß werdet ihr erſehen, welcher geſtalt ſich die Kirch-Väter und Achtmänner der dortigen dreyen Parochial-Kirchen, über den bey der Schul-Kirchen daſelbſt eingeführten Klinge-Beutel beſchwehren, auch wie ſie dabey bitten, daß, weiln hierdurch gedachte Schul-Kirche zu einer Parochial-Kirche gemacht werden wolte, ſolches abgeſtellet werden möchte. Nun laſſen wir dahin geſtellet ſeyn, ob der Gebrauch des Klinge-Beutels ad iura parochialia gehöre oder nicht, und werden ſich ohne Zweifel bey den Evangeliſchen Exempla gnug finden, da auch in Kirchen, ſo eigentlich keine Pfarren ſeyn, der Klinge-Beutel gebrauchet wird. Dafern auch dasjenige, was bey denen dortigen Kirchen der Klinge-Beutel einbringet, den Armen zu gute kömmt, ſo ſehen wir nicht, was den Supplicanten dadurch abgehet, und was ſie für Urſachen haben, ſich dawider zu ſetzen, daß durch die Einführung dieſes neuen Klinge-Beutels die Almoſen aldort vermehret werden. Im Fall aber der Ertrag des Klinge-Beutels etwa zum Unterhalt der Prediger bey den Parochial-Kirchen angewendet wird, ſo wird die theologiſche Facultät daſelbſt vermuthlich auch keine Difficultät machen, dasjenige, was auf dieſe Weiſe in der Schul-Kirchen eingeſammlet wird, zu ſolchem Behuf abzugeben, inmaſſen ihr es denn eo caſu auch dahin zu veranlaſſen. Seynd euch mit Gnaden gewogen. Geben Potsdam den 20. (30) May. 1696.

Poſtea,

Postea cum hinc inde de nouo ex vtraque parte hac de re disputatum esset; nouum rescriptum hac in causa publicatum est huius tenoris, quod WILDVOGEL *cit. l. §. 5.*

VOn GOttes Gnaden Friedrich der Dritte ꝛc Veste, Hochgelahrte Räthe, Liebe Getreue. Wir haben aus eurer gehorsamsten relation vom 29. Nou. jüngsthin vernommen, was ihr wegen des Klinge-Beutels-Streits in der Schul-Kirchen zu Halle ausführlich berichtet und fürgestellet habet. Wann Wir aus denen von Euch angeführten Ursachen und Umständen, und insonderheit, daß die Facultät sich aller actuum parochialium, worunter die *Collecten* im Klinge-Beutel mit gehören, freywillig begeben, euer Gutachten approbiren, und wollen, daß besagter Klinge-Beutel dem Rathe zu Gewissenhafter disposition überlassen werde: Als habet ihr der theologischen Facultät anzudeuten, daß sie das in der Schul-Kirchen in dem Klinge-Beutel eingesammlete Geld in die Allmosen-Cassen auf das Hällische Rath-Haus iederzeit einliefern lassen sollen, damit dasselbe dazu angewendet werden könne, wozu es anfänglich destiniret worden, und ferner Streit vermieden werde. Seynd euch mit Gnaden gewogen. Cölln an der Spree, den 24. Nouembr. 1699. Cum vero Theologica Facultas rursus instaret, & per hanc collectionem eleemosynarum nullos actus parochiales exerceri, aut ceteris ecclesiis parochialibus præiudicium inferri, fusius ostenderet: tandem Rex potentissimus temperamentum adhibuit, voluitque, vt collecta per sacculum sonantem pecunia pro *dimidia parte* Senatui, vt patrono ecclesiarum parochialium, cederet, altera dimidia vero in pauperes a Facultate Theologica diuidenda esset.

CAP. II.

De

Iure parochiali circa sepulturam.

§. I.

EQuidem ἀμεθοδείαν committere videor, qui, vbi de *iure parochiali* circa *sacra* ago, simul infero caput de *sepultura*; cum tamen nihil *sacri* in sepulturis resideat. Verum venia sine dubio mihi dabitur? Cur caput de sepultura hic inseratur?

dabitur, si perpenditur, quod magis ex *communi hypothesi* materiam hanc connectere, quam ex *veriori* disiungere voluerim. Omnino concedo, ad *res religiosas* hodie non recte referri sepulchra, nec actum sepulturæ ad cultum diuinum, STRYK. *in vs. mod. ad tit. ff. de relig. & sumt. fun. c. 1. §. 4.* adeoque *nihil sacri* circa sepulturam proprie occurrere. Si tamen *modum funerandi* inspicimus, solet ille plerumque hymnis, precibus & concionibus absolui, adeoque si non *in totum*, tamen *in tantum*, liturgiam quandam continet, & eius intuitu sacris annumeratur causis. Vnde & pontificii cognitionem circa sepulturam episcopis adiudicant, & hodie quoque dispositio circa sepulturas quoad ea, quæ ad *liturgiam* spectant, ad consistoria refertur. STRYK. *cit. l. §. 5.*

Cognitio circa sepulturam spectat ad consistoria.

§. II. Quamuis vero dictum fuerit, iura parochialia in plurimis referre iura, circa curias Romanas olim constituta: quoad *sepulturam* tamen diuersa intercedit ratio, quia illa de iure Romano *libera fuit*, vt quilibet mortuum in suum locum inferre potuerit, qui inde dicebatur apud ethnicos *religiosus*, ex superstitiosa quadam dedicatione, Diis manibus facta, & persuasione, quasi animæ defunctorum ibi pererrarent, vbi corpus esset conditum. Sed paullatim hæc libertas restricta & *cœmeteria* condita, quorum originem & fata retuli in *tr. de origin. præc. mater. iur. eccles. c. XXII. & diss. de iur. exstruend. cœmet. c. 1.* Inde hodie non amplius licet, priuata autoritate, locum quemcunque ad sepulturam eligere, cum cœmeteria ad hoc publica sint constituta, vbi sepelienda sunt cadauera mortuorum, de quibus consuli potest STRYK. *cit. l. c. §. 9. sqq.* Et cum olim illa ordinarie prope ecclesias constituerentur, pro illarum accessoriis habiti fuerunt, & sicuti parochis in ecclesia parochiali ius suum parochiale concessum fuerat, ita quoque in cœmeterio sibi aliquod ius parochiale adscripserunt. Vnde ius *funerandi* computatur inter *iura parochialia*, ita vt secundum doctrinam Canonistarum ecclesiæ, quæ populum aut parochiam non habent, vt sunt monasteria, non aliter quam *consuetudine* aut *episcopi constitutione* ius funerandi habere, & sic nec extraneos defunctos recipere possint. ENGEL. *in colleg. iur. can. tit. de sepult. n. 4.*

Sepulturæ apud Romanos libera.

Locus vnde dicatur religiosus?

Vnde ius parochiale circa cœmeteria & ius funerandi descendat?

§. III. Habet itaque parochus intentionem fundatam in suos parochianos, vt non alibi quam in *ecclesia parochiali* sepeliantur, quod ius in iure canonico adeo corroboratum esse legimus, vt ex dispositione *c. ex parte 5. X. de sepult.* parochianum alienum sepelientes, quem sepelire non debebant, *mortaliter* peccare dicantur, & cogantur, restituere corpus proprio parocho. Inferunt enim inde, quod *spoliatus*

Sepeliendi parochiani in ecclesia parochiali.

tus eo ipso fuerit corpore iam sepulto, adeoque parochus ante omnia restituendus. Sepelientes, aiunt, hoc in casu rem alienam, ad quam ius nullum habebant, vsurpant, inuito illo, ad quem de iure vel consuetudine pertinebat. PETR. DE MVRGA *de benef. eccl. qu. 2. §. 1. sect. 2. concl. 2. n. 701.* BARBOSA *in collect. ad cit. c. 5. n. 5.* modo constet de *iustitia spoliati* in possessione. Inde parocho, spoliato corpore iam sepulto, remedium ex *c. redintegranda 3. C. 3. q. 1.* tribuunt & quidem per *c. 6. X. de sepult.* vid. THOMAS. GRAMMATICVS *decis. 82. n. 3.* Hoc tamen merito ridiculum esse iudicat ZIEGLER *in comm. ad can. cit. cap. VI. §. 5.* quam inseruit *prælection. publ. ad decret. tit. de restit. spoliat. Humanitatem*, ait, *omnem mihi videbitur exuisse iste sacerdos, qui eo vti, & restitutionem cadaueris petere velit. Maxes non esse inquietandos, neque sepulchra violanda, non christianorum tantum, sed gentilium etiam ex pietate naturali profecta fuit sententia. Et quæ hæc ergo*, pergit post pauca, *impietas esset, petere, vt cadauer, quod sine præscitu sacerdotis sepultum fuit, effodiatur, & in pristinum statum reponatur, tantum abest, vt remedio huic in isto casu locum demus.* Ita recte & pie censet vir celeberrimus, contra rigorem iuris canonici, quod *ius bannarium* suum adeo extendit, tam rigide exercet, & auare peragit, vt in ridiculas conclusiones inde dilapsum sit.

§. IV. Quid vero per *parochianum alienum* hic intelligatur, breuiter videndum. Scilicet in hac materia *parochiani* paulo latiori sensu intelliguntur, ac alias fieri sueuit; imo pro illis sæpe habentur, qui tales proprie non sunt. Sunt igitur *parochiani alieni*, qui neque *domicilio*, neque *habitatione*. neque *temporali commoratione* in parochia aliqua reperiuntur. Hinc inferre licet, pro *parochianis alienis* hoc effectu non reputari exteros & forenses, ad tempus habentes hospitium in ciuitate, quia etiam hi *in subsidium* sepeliendi sunt in ecclesia parochialis *habitationis*, quo referri possunt officiales, Scholares, famuli, conductores. BARBOSA *de iur. eccles. lib. 2. c. 10. n. 53.* Asserunt enim canonistæ, ad effectum *sepulturæ* acquiri *parochiam* sola habitatione temporali. SANCHEZ *de matrim. lib. 3. disp. 23. n. 12. 13.* MVRGA *de benef. eccl. c. 1. n. 679.* HERCVL. MARESCOTTVS *variar. resol. l. 2. c. 95. n. 9.* Idem de viatoribus & peregrinantibus asserendum esse putant MARESCOTT. *n. 10.* quamuis hic inter canonistas adhuc dissensus reperiatur, glossa ius sepeliendi ecclesiæ cathedrali adscribente; praxi tamen conformior videtur sententia, quod spectet ad illam parochiam, intra cuius fines obiit; etiamsi vel maxime parochus illius parochiæ ei non

Quinam habeantur pro parochianis respectu sepulturæ?

Viator vbinam sepeliendus?

administrauerit sacramenta, vel quod ex improuiso decesserit, vel quod proprius parochus non ita facile haberi potuerit. ALEX. SPERELL. *decis. for. eccles. 87. n. 13.* Hinc etiam *in LL. Suecorum lib. 1. c. 9.* prouisum: *Si Viator aliquis in parochia infirmetur, debet tunc parochianus, apud quem est hospitio receptus, hoc nunciare campanario, & campanarius presbytero, (seu parocho) qui tenetur ei administrare sacramenta ecclesiæ, funus & fossam benedicere, & postea de bonis defuncti voras petere, vel facere sibi dissolui, si tantum in bonis habeat, & pro eius anima celebrare missas. Quod si non tantum habeat in bonis, recipiat presbyter tertiam partem & celebret tantum vnam missam. Si denique moritur in parochia mendicus, illi administret presbyter sacramenta sicut parochiano, quamuis nihil aliud habeat, quam baculum & peram, parochianus vero, apud quem mendicus mortuus est, significare hoc debet vicinis suis propinquis, aut si propinquos non habet, ad remotos vadat, illi tenentur funus ad ecclesiam deferre, & dum tumulatur, præsentes esse. Si illi, quibus nunciatum est, venire dissuerint, tribus oris punientur, quasi illi recipient, qui funus per viam associarunt, aut defendant se per iuramentum duorum, quod sibi non innotuit, aut quod legitimum impedimentum habuerint.* Quia vero hæc sepultura tantum *in subsidium* in eo loco, quo mortuus est peregrinus, fieri solet, hinc quæ dicta sunt, intelligi debent sub hac limitatione: modo absque corruptionis periculo non possit deportari cadauer ad locum, in quo alias sepeliri debebat. Nam si absque periculo ad parœcialem ecclesiam deferri potest, non ibi sepeliendus, vbi moritur: veluti si ruri decedat, vbi recreationis causa commoratur; *c. is qui habens 3. X. de sepult. in 6.* PETR. MVRGA *cit. l. sect. 1. n. 680.*

Si peregrinus possit deferri ad suam parochiam, deferendus est.

§. V. Quod si itaque peregrinans aliqua in ciuitate moritur, ita vt commode ad suam possit deferri parochiam, quæritur, an parochi illius parochiæ, in qua mortuus est, *iura stolæ* exercere, & *funeralia* exigere possint? Quod nego: cum enim eo tantum in casu parochis in peregrinantes, intra parochiam suam mortuos, intentio fundata competat, si commode ad propriam non possint deduci parochiam; nullum video fundamentum, quo funeralia velint exigere, quæ debentur propter ministerium, quod circa sepulturam impendunt. Extendit tamen auaritia clericalis suum ius parochiale etiam ad hunc casum, noua certe interpretatione, quæ a communibus interpretandi regulis recedit. Quid quod altius ascendat, ita vt quoties per nouam parochiam funus tantum ducitur, de nouo funeralia soluenda parochis loci, quod in ciuitatibus nonnullis, vbi parochiæ plures constitutæ sunt, itidem vsu venire solet, ita vt si pu-

An, quando funus ad aliam ducitur Parochiam, parochus possit exigere funeralia?

Cur magistratui denunciandum, per cuius territorium funus ducitur?

publice per illam plateam, quæ ad alteram parochiam spectat, ducitur, statim parochis eiusdem parochiæ funeralia sint exsoluenda. Credo respexisse clericos ad magistratus mores. Hoc certum est, si per alterius territorium ducitur funus, magistratui, imperium merum habenti, hoc esse denunciandum, non vt funus ducere liceat, sed vt his constet, quo genere mortis perierit defunctus? Nam officii publici necessitas exigit, vt si forte *morte violenta* periisse deprehendatur, quod forsan transportantes cadauer occultare studeant, in autorem criminis a quocunque inquiratur: adomnem itaque suspicionem auertendam, qui cadauer transportare cupiunt, *testimonio publico* instructi esse debent, quod coram magistratu, criminalem iurisdictionem habente, producendum. Inde vero nullum *ius* sibi parochi arrogare possunt, vt transportatio iis quoque denunciari debeat; quamuis enim quorundam forsan liberalitas illis hinc inde *funeralia* pepererit in transportatione cadaueris, inde tamen aduersus alios nullum *ius perfectum* sibi tribuere possunt. Id optime obseruauit STRYK. *in vs. mod. D. tit. de relig. & sumt. fun. c. 1. §. f.* vbi sequentia addit: *quo casu notanda est merito illorum clericorum auaritia, qui quoties per nouam parochiam funus ducitur, noua funeralia exigunt, cum tamen nihil laboris aut incommodi sustineant.* Notatur auaritia clericorum.

§. VI. Dependet quoque inde decisio quæstionis, *vbinam sit sepeliendus, qui duplici gaudet parochia?* Alii respiciendum esse putant ad parochiam, in qua decessit, quia illa fortius ius habere videtur; quam sententiam tuetur ALEX. SPERELL. *decis. for. eccles. 87. n. 10.* Sed VALENSIS *ad tit. de sepult. §. 2. n. 1.* præuentioni locum esse putat. Priorem ego veriorem existimo, si in illa parochia sacramenta percepit. Nam licet duas parochias habeat, supra tamen iam dictum, quoad sacramentorum perceptionem certum eligi posse parochum, a quo perpetuo sacramenta suscipiat. Quod si itaque in alia parochia moritur, in alia sacramenta percepit, eum in hac parochia sepeliendum esse dicerem. Ius enim sepulturæ multum pendet ex *administratione sacramentorum*, & eo ipso, quod in hac parochia percepit sacramenta, videtur ibi elegisse sepulturam. HERC. MARESCOTTVS *var. resol. l. 2. c. 95. n. 1.* ABBAS *in c. 1. de sepult. n. 13.* ALEX. SPERELLVS *cit. n. 13.* STEPH. GRATIANVS *disc. for. c. 94. n. 74.* Hinc *sect. III. c. 2.* ostensum est, eos, qui a parochiis sunt exemti, sepeliendos esse in illa parochia, in qua sacra perceperunt. Ex eodem fonte quoque iudicium ferendum de illo casu, quando dubitatur, cuiusnam parochiæ parochianus sit? veluti si quis domum habet in con-

Vbinam sepeliendus, qui duplicem habet parochiam?

Ius sepeliendi dependet ab administratione sacramentorum.

Vbinam sepeliendus is, de cuius parochia dubitatur?

confinio duarum parochiarum; hoc casu, si non constat, ad quam proprie parochiam domus referenda sit, diuidenda esse funeralia & alia lucra parochialia, imo ipsam etiam sepulturam familiæ diuidendam volunt, vt alternetur. Verum tamen est, talem in ea, ad quam inhabitans tales ædes magis inclinauit, parochia, h. e. vbi sacramenta percepit, sepeliendum esse. SPERELL. *cit. l. n. 16.* Quamuis vero, tum qui ædes eiusmodi dubias possidet, tum etiam qui duplici gaudet parochia, in alterutra sepeliri queat: supereſt tamen adhuc illud dubium, *annon etiam funeralia sint præstanda alteri parocho*, qui vtroque casu sepeliendum pro suo parochiano habet, adeoque & ius parochiale in eum exercere posse videtur? Hoc certum est, si in loco tertio eligitur sepultura, vtrumque parochum diuersæ parochiæ inter se diuidere debere canonicam portionem, seu hodie funeralia, *c. 2. X. de sepult. in 6.* Ast si de duplici parochia quæstio versatur, in qua defunctus *æqualiter* parochianus fuit, *aliud* dicendum videtur, cum quilibet sit parochus huius parochiani *in solidum*, & ita ius suum parochiale exercere possit, quamuis VALENSIS *cit. de sepult. §. 2. n. 1.* hic quoque dispositionem *c. 2. cit.* applicet, repugnante tamen textu. Facilius tamen hoc admitterem in casu *dubiæ parochiæ*; quia hic dubium est, cuiusnam defunctus parochiæ sit censendus? Neque etiam voluit duplicem agnoscere parochiam, nisi forsan alter parochus sit in possessione vel quasi parochialitatis: tunc enim interim fructus suæ possessionis percipere solus potest.

An vtrique parocho hoc casu sint præstanda funeralia?

§. VII. Ceterum quod dictum est, ius sepeliendi multum dependere ab *administratione sacramentorum*, non eo pertinet, vt primario huc respiciendum esse velim, sed vt tantum in *casu dubio* multum ad decisionem conferat. Alias si de *certa parochia* constat, in qua sacramenta percipere debuisset, potius in illa parochiali ecclesia sepeliendus est. Quodsi ergo quis ex aliqua causa vel culpa ibi non percipit *diuina*, nihilominus in illa parochia, ad quam ex *habitatione* spectat, sepeliendus videtur, quia ad hoc, vt parochus consequatur iura parochialia, sufficit, quod per eum non stet, quo minus administret sacramenta. HERC. MARESCOTTVS *var. resol. l. 1. c. 95. n. 2.* Imo quamuis per diuturnum tempus aliquam inhabitauerit parochiam, in eaque sacris diu vacauerit, & sacramenta ibi receperit: ea tamen mutata, in hac noua potius sepeliendus parochia, licet defunctus nondum in ea receperit sacramenta. SANCHEZ. *de matrim. lib. 3. disp. 23. n. 7. vers. dices hoc.* Idem communiter apud nos quoque obtinere certum est, cum in iure funerandi ad *habitationem præsentem* principaliter respiciatur.

Quatenus ius sepeliendi dependeat ab administratione sacramentorum?

§. VIII.

§. VIII. Noluerunt tamen canones, quos mores hodierni ſequuntur, vt parochi ius ſuum *cogendi & prohibendi* hoc caſu nimis rigide exercerent, ſed quæ dicta ſunt, tum demum obſeruanda eſſe cenſuerunt, quoties (1) ſepeliendus propriam ſepulturam non elegerit, vel (2) *ſepulchrum maiorum* non habeat. Quod *ELECTIONEM* ſepulturæ concernit, illi adeo ſtandum eſt, vt parochus illam impedire non poſſit ſub prætextu, quod extra eccleſiam parochialem electa ſit. PETR. DE MVRGA *de benef. eccleſ. qu. §. 9. Sect. n. 702.* Nec adeo mirandum, in hoc caſu laxatum *ius parochiale* ſeu *bannarium*, & libertati aliquid datum eſſe: intereſſe enim eccleſiæ & monaſteriorum id poſtulauit. Qui eligunt ſepulturam in monaſterio vel alio loco religioſo, grati eſſe iubentur erga monaſterium, pro hoc beneficio, quod in recipiendo cadauere exhibent, quod officium lauto aliquo legato expleri poteſt. Inde monachi ditiores quouis modo ſecundum *praxin antiquam* inducere ſolent, vt in clauſtris ſuis ſepulturam eligant, quod merito reprobatum in *c. 1. de ſepult. in 6.* Abuſum hunc ſuo tempore taxauit CLEMENS IV. apud MARTENE & DVRANDVM *tom. II. theſ. anecd. p. 397.* inter alia hoc epiphonema addens: *Vtinam nunquam volucres ſuper cadauera conſediſſent.* Ceterum nec eccleſia parochialis inde damnum ſentit, quæ partem de tunica, h. e. *quartam canonicam*, capit, qua iactura, quam in cadauere amiſſo percepit, compenſatur. Hæc arcana ratio ſtatus fecit, vt quilibet ſibi ſepulturam eligere poſſit, vbicunque voluerit, *c. 1. X. de ſepult.* & quia vltimæ voluntates ſunt reuocabiles vsque ad extremum vitæ halitum, *l. 4. de ordin. veltranſf. leg.* hinc quilibet eam electionem, quæ inſtar *vltimæ voluntatis* eſt, reuocare poteſt pro lubitu. Inde noua quæſtio naſcitur: *an & quotnam teſtes in hac electione ſint neceſſarii?* Quod ſi in ipſo teſtamento vel codicillis electio facta, res expedita eſt: extra hoſce caſus maior eſt dubitandi ratio. Ex canoniſtis quidem hic *nudum conſenſum*, & leuiores probationes, admittunt. BARBOS. *de offic. & poteſt. paroch. p. 3. c. 26. n. 24.* Alii ad minimum *duos teſtes* requirunt, præſertim cum in hac electione de præiudicio eccleſiæ parochialis agi videatur. SEBAST. MEDICES *de ſepult. q. 8.* Aliter hanc rem decidit ENGEL. in *colleg. iur. can. tit. de ſepult. n. 7.* & in *manual paroch. P. 4. c. 3. n. 7.* quod talis electio ſit diſpoſitio *ad pias cauſas*, quæ nulla ſolennitate indigeat, modo conſtet de defuncti voluntate. Quamuis vero de hoc ſuppoſito inter proteſtantes iuſte dubitari poſſit, qui ſepulchra pro *re religioſa* non habent: conſtat tamen, plura inter eos eſſe retenta, quorum principia reprobata & reiecta ſunt, adeoque non adeo mirandum, ſi etiam hæc concluſio, ex falſo licet principio eoque reprobato profluens, hodie in nonnullis locis obti-

Poteſt quilibet ſibi ſepulturam eligere.

An electio requirat teſtes?

neat, & a noſtratibus etiam doceatur, electionem hanc nulla ſolennia deſiderare; quamuis adhuc inquirendum eſſet, vtrum talis electio inter nos admitti debeat.

In eligente requiritur voluntas.

§. IX. Vt vero electio ſepulturæ effectum habeat; in *eligente* facultas, in *obiecto* electionis locus non interdictus deſideratur. *Facultas eligendi* determinatur vel a *natura*, vel a *lege*. A *natura*, dum neceſſario voluntas in eligente præſupponitur, abſque qua electio non datur. Ceſſat vero illa vel naturaliter, vel ciuiliter. Naturaliter eligere ſepulturam nequit furioſus, filius impubes, &c. Ante pubertatem electio non conceditur. MVRGA *de benef. eccl. qu. 3. n. 724.* Neque pater hoc caſu ſepulturam eligere poteſt, niſi conſuetudine loci hoc admittente; *c. licet. 4. de ſepult. in 6.* Hæc tamen conſuetudo tantum tribuit patri facultatem, donec in *impubertate* permanſerit. SPERELL. *deciſ. for. eccleſ. 89. n. 9.* Si pubes factus deceſſerit, in ſepultura a patre electa non aliter eſt ſepeliendus, quam ſi illam approbauerit. BARBOSA *de iur. eccl. l. 2. c. 10. n. 28.* Hanc electionem non tantum patri propriam eſſe volunt, ſed ad illam etiam admittunt *matrem*, cum electio, ſecundum hypotheſin canoniſtarum, quid ſpirituale ſit, vbi *patriæ poteſtatis* nullus reſpectus habetur. ID. *cit. l. n. n. 12.* Hoc intuitu poteſtas eligendi nec filiis familias denegatur in *cit. c. licet*, quamuis alias de iure communi teſtari nequeant. Imo quoniam electionis effectus demum poſt mortem enaſcitur, facile apparet, pupillum ne quidem cum autoritate tutoris eligere ſepulturam poſſe, quia effectus demum oritur, finita tutela; SPERELL. *cit. l. n. 32.* vel etiam, quia vltimarum voluntatum diſpoſitiones magis ex *propria*, quam *aliena* dependere debent diſpoſitione.

An pater poſſit filio impuberi eligere ſepulturam.

Eligere poſſunt filiifamil.

An pupillus cum autoritate tutoris.

Etiam vxor poteſt eligere ſibi ſepulturam.

§. X. Quamuis vero vxor regulariter in ſepulchro mariti condenda ſit, SPERELL. *deciſ. for. eccleſ. 88. n. 16.* cum quas perſonas coniunxit matrimonium, ſepulchrum quoque coniungere debeat, *c. Ebron. 2. C. 13. q. 2.* ſi modo reuera domicilium mariti accquiſiuerit: aliam tamen ſibi eligere ſepulturam neutiquam prohibetur, præſertim cum electio ad eum ſtatum pertineat, in quo mulier ſoluitur lege viri; *c. de vxore 7. X. de ſepult.* Nam & ſi vel maxime maritus adhuc viuat, tamen absque eius licentia diuerſum a marito ſepulchrum eligere poteſt. SPERELL. *cit. l. n. 18.* Quod ſi illud non elegerit, in mariti ſepulchro eſt ſepelienda, ita quidem, vt ſi plures habuerit maritos, cum nouiſſimo ſepelienda ſit; *c. is qui. §. mulier de ſepult. in 6.* Sicuti enim vidua dignitatem & forum vltimi mariti, ita quoque ius ſepulturæ retinet. Quid vero dicendum, *ſi redierit ad domum patris?* Idem obtinere putat SPERELLVS *deciſ. for. eccl. 88. n. 15.* quod hoc priuilegium datum ſit *perſonæ*, non

Extra electionem vxor in ſepulchro mariti nouiſſimi ſepelienda.

loco

loco, & mulier vidua censeatur durare in coniugio mariti. Licet vero hoc concedi queat, parocho tamen, in cuius parochia moritur, satisfaciendum est, ratione iurium stolæ & funeralium. Cum enim reuersa ad domum parentis, rursus parochiæ paternæ se subiecisse videatur; parochus quoque illius loci intentionem fundatam ratione *funeralium* habere censetur. Vnde sicuti de iure canonico, quando quis in aliena parochia eligit sepulturam, parochus proprius potest detrahere *quartam canonicam parochialem*; ita quoque huic parocho funeralia præstanda sunt, si in mariti sepulchro, quod in aliena parochia habetur, est sepelienda. Quid dicendum de vidua reuersa ad domum patris?

§. XI. Facultas tamen eligendi a iure ademta est illis, qui plane sunt indigni ecclesiastica sepultura, adeoque nec in parochia *propria*, nec in *aliena* sepeliri possunt. AVGVST. BARBOS. *de iur. eccl. l. 2. c. 10. n. 40.* Quinam vero *indigni* habeantur, ordine BARBOSA *cit. l.* recenset, eumque nostrates vtplurimum sequuntur, vt etiam inde constet, ius canonicum hac in parte obseruari in nostris ecclesiis Vtplurimum hic vtuntur regula vulgata: *quibus non communicamus viuis, iis nec mortuis communicamus*, quam explicui in *diss. de iur. deneg. commun. cœmet.* Reuera a superstitione non videtur alienum, quod extra cœmeterium indigni sepeliantur, quasi omnes illi, qui in cœmeteriis sepeliuntur, tantum participes salutis æternæ iudicandi sint, quod pro illis tantum oblationes & preces fiant. Quod si hoc tantum ideo fieret, vt ceteri malitiosi delinquentes inde exemplum caperent, tolerari id facilius posset; quamuis pontificii, qui huius instituti autores, in alia omnia eant. Vid. STRYK. *in vs. modern. ad tit. ff. de relig. & sumt. fun. c. 1. §. 10.* Huc ergo referunt αὐτόχειρες, circa quos distinguunt, vtrum sibi spontaneo motu ex malo proposito, forsan conscientia delicti, dolorum impatientia mortem intulerint? an melancholia aut alia animi impotentia? Priori casu *honesta* sepultura locum non habet; sed cadauer, a carnifice per fenestras deiectum, in loco infami conditur, & hæc sepultura vocatur *canina* seu *asinina*. CARPZ. *l. 2. def. 376. n. 10. 11.* Posteriori vero casu sepultura in cœmeteriis permittitur, ceremoniis tamen moderatis, absque ordinaria processione, sine campanarum pulsu, ita vt aliquando loco hymnorum funebrium, pœnitentiales adhibeantur. CARPZOV. *cit. l. def. 377.* Huc porro referunt cadauera delinquentium, in reatu mortuorum, ID. *def. 379.* modo fuerint de crimine confessi & conuicti, nec pœnitentiam egerint. ID. *def. 380.* Præterea in genere *contemtores verbi diuini & sacramentorum* indignis accensent, quod Indigni sepultura illam eligere nequeunt. Quibus denegetur sepultura?

Quinam contemtores verbi diuini indigni sepultura iudicandi?

etiam passim in ordinationibus ecclesiasticis approbatur. Hic vero anceps sæpe *in hypothesi* dubitatio est, quinam pro talibus habendi? cum sæpius tales iudicentur, qui nihil minus quam *contemtores verbi diuini* sunt, & alii non habeantur pro contemtoribus, qui tamen tales sunt. Plerumque ad externam tantum respicimus frequentationem templorum, hosque neutiquam contemtores verbi diuini existimamus, cum tamen Deus cor diiudicet. Sed hæc ὡς ἐν παροδῷ. Merito vero explodit STRYK. *in vs. mod. cit. l. c. 1. §. 10.* illam consuetudinem quarundam ecclesiarum, qua infantes non baptizati & puerperæ, inter labores partus mortuæ, extra cœmeterium sepeliuntur, quasi infantes nondum sint facti membra ecclesiæ, & puerperæ in impuritate mortuæ, adeoque ea sepultura ecclesia polluatur: hæc enim principia merito a nostratibus reprobantur. De reliquis vid. STRYK. *in not. ad I. L. Brunnem. c. 2. §. 2. & 12.*

An infantes nondum baptizati sepeliendi?

An sepultura intra ciuitatem eligi possit?

§. XII. *Obiectum* electionis debet esse *locus non interdictus*, vbi statim quæstio oritur de sepultura, intra ciuitatem eligenda, num illa permitti possit? Equidem si praxin respicimus, nihil frequentius est, quam sepeliri mortuos in templis vel cœmeteriis, intra ciuitatem erectis. Docuit tamen solide THOMAS. *iurispr. diu. l. 3. c. vlt.* hoc minus recte fieri, imo iniuste, ob rationes ibi adductas, quæ suo robore non destituuntur. Olim variis in conciliis sepultura in templis interdicta fuit, prout fusius demonstraui in *tr. de origin. præcipuar. mater. iur. eccles. cap. vlt.* Sed progressu temporis tales iustissimæ prohibitiones euanuere, forsan propter parochorum & ipsius ecclesiæ interesse. Vnde & hodie electio sepulchri in templis interdicta non est. Equidem de iure canonico requiritur, vt talis ecclesia eligatur, quæ habet ius sepeliendi: verum apud nos id parum dubii habebit, cum plerisque ecclesiis ius, sepulchra habendi, datum sit.

An rustici in proprio pago locum eligere possint ad sepulturam.

§. XIII. Cum vero multi pagi sint, qui nec ecclesias nec cœmeteria hactenus habuerunt; sed mortuos suos ad *matricem* ecclesiam deferre obstricti fuerunt, quæstio oritur, *an rustici in proprio pago locum quendam eligere possint, in quem mortuos suos inferant?* Equidem exstructionem cœmeterii hodie *priuata autoritate* fieri non posse, adeoque tota cognitio huius rei penes consistorium esse censetur, de quo merito dubitaui *in diss. de iure exstruendi cœmet. c. 2.* Patroni potius sufficere videtur autoritas, si nouum cœmeterium commodiori & expeditiori corporum demortuorum sepulturæ inseruire possit; modo emolumenta funeralia non subtrahantur ecclesiæ parochiali, parochoque, cuius

tunc

tunc nullum veritur præiudicium. Conf. STRYK. *cit. l. §. 12.* Alias si quis propria autoritate eiusmodi locum extra cœmeterium eligeret, id non admitteretur, vt prælaudatus STRYKIVS *in not. adius eccl. Brunnem. lib. 2. c. 2. §. 12. verb. extra cœmeterium*, ostendit, referens casum, vbi nobili cuidam hoc denegatum fuit, qui *extra cœmeterium* locum certum ad familiæ suæ sepulturam destinauerat, cui propterea iniunctum, vt in proximo templo, cuius sacris hactenus vsus fuerat, funus inferret. Vnde & apud canonistas electio sepulturæ in loco minus religioso inepta reputatur. GONZALEZ. *ad c. 3. X. de sepult. n. 6.* Negare tamen non possum, etiam in his conclusionibus & multis aliis peti id, quod est in principio: quamuis enim de iure canonico certum sit, cœmeteriorum exstructionem ad *iura episcopalia* referri propter *benedictionis* ritum, ab episcopo peragendum; euidens tamen est, hunc ritum nobis incognitum esse, adeoque vix ad *iura ecclesiastica* eorum exstructionem referri posse, de quo *in iure eccles. postet. tit. de sepult.* exactius actum est.

§. XIV. Deinde dixi §. VIII. quemlibet in ecclesia parochiali esse sepeliendum, modo non habeat *sepulchrum maiorum.* Hoc parochiæ præfertur, si non eligit aliam sepulturam, proprio licet renuente parocho. MVRGA *de benef. eccl. cit. l. n. 704.* Debet tamen constare (1) de existentia talis sepulchri, in quo qui se fundat, is eam probare debet: SPERELL. *decis. for. eccl. 88. n. 5.* (2) cadauer absque periculo & incommodo magno ad maiorum sepulturam deferri posse. MVRGA *cit. l.* *Sepulchrum* autem *maiorum* dicitur, vbi pater vel auus reliquique maiores elegerunt sepulturam, vt tamen illa electio fuerit facta ex *certo consilio* & *destinatione*, non ex accidenti seu casu, veluti quando pater in peregrinatione mortuus, & sic in loco illo, vbi mortuus est, fuerit sepultus, tunc enim hoc sepulchrum *maiorum* haberi nequit. IDEM *cit. l. n. 9.* Respicitur autem hic imprimis ad ascendentes proximiores. MVRGA *cit. l.* Vnde si pater & auus habent diuersum sepulchrum a sepulchro proaui, potius filius est sepeliendus in aui & patris sepulchro, quam in proaui. Idem dicendum, si pater & auus diuersa sepulchra elegerint. BARBOSA *de iure eccl. l. 2. c. 10 n. 32.* Addit prælaudatus *Autor* etiam hanc rationem, quod sepulchra inter mortuos comparentur domicilio inter viuos, filius autem sequatur domicilium patris & non aliorum ascendentium, *l. assumtio D. ad municip.* quæ ratio melior est, quam PETRI DE ANCHOR qui in *c. 15. de sepult. in 6. verf. secundum quæro n. 4.* facete ait, quod si antiquorum sepulchrum paterno esset præferen-

Non electa sepultura, sepulchrum maiorum attendendum.

Sepulchrum maiorum quid?

ferendum, oporteret quærere agrum Damaſcenum, vbi ortus eſt Adam, communis omnium parens. Emendare tamen hanc ipſam rationem voluit, ſoli traditioni veterum nixus, ALEX. SPERELLVS *deciſ. cit. n. 9.* inquiens, quærendum potius eſſe montem Caluarium, vbi Adam ſepultus, cum hic de ſepultura, non de ortu tractetur.

Sepulchra hereditaria & familiaria.

§. XV. Hæc ſepulchra *maiorum* ſunt vel *familiaria* vel *hereditaria* Erb- oder Geſchlechts-Begräbniß, quorum diuerſitas ex ipſo iure Romano dependet. *Illa* dicuntur, quæ quis ſibi ſuæque conſtituit familiæ. *Hæc* vero, quæ quis ſibi heredibusque conſtruxit; *l. 5. D. de relig.* Hereditarium tamen paulo latius patet, quam ipſum ſepulchrum maiorum, cum ſepulchrum familiæ ad *maiorum* referri poſſit, atque in illud ius inferendi habeant maſculi deſcendentes ex primo acquirente, etiamſi heredes eius facti non fuerint, *l. 13. C. de relig.* ſi ſcilicet *familiæ* vox ſtricte capitur pro agnatis, ſo eines Stammes, Namens, Schildes und Helmes ſeyn. STRYK. *in vſ. modern. D. tit. de relig. & ſumt. funer. c. 2. §. 5. 6.* Ceterum ſi in *ſenſu latiori* ſumitur vox *familiæ*, omnes omnino comprehendit, qui ex primo acquirente vllo modo deſcendunt, quod ex verbis acquirentis diiudicandum. ID. §. 7. At *hereditarium* a ſepulchro *maiorum* magis recedit, cum ad quoſuis heredes, etiam extraneos, in teſtamento inſtitutos, tranſeat. THESAVR. *lib. 1. qu. for. n. n. 2.* GONZALEZ. TELLEZ. *ad c. 1. X. de ſepult. n. 7.* Hæc ergo ſine dubio, ſi non alia fuerit electa ſepultura, propriæ parochiæ præferenda erit. De funeralibus hoc loco nihil vlterius addo, cum hæc materia ad iura *fructuum parochialium*, *ſect. VII.* excutienda, pertineat.

De iure parochi circa exequias.

§. XVI. Atque hæc de *iure parochiali circa ſepulturam* competente ſufficiant. Vltimo illud inquirere placet, *vtrum parocho competat ius quoddam dirigendi exequias, & diſponendi de funere?* Quin canoniſtæ hic aliquod ius parochis ſuis adſcribant, dubium non eſt. Vid. AVGVST. BARBOSA *collect. Apoſt. Deciſ. 578.* De noſtris idem aſſerendum cenſeo, quatenus cura ſimul habet proprium intereſſe annexum, veluti de habendis funebribus concionibus, de funere ſolenniter ducendo: quamuis, ſi eorum nullum verſetur præiudicium, non adeo videam, qua ratione ius quoddam circa *exequiarum diſpoſitionem* prætendere iure poſſint. Nam vtrum ſint honeſta ſepultura afficiendi defuncti nec ne? cognitio non eſt *parochorum*, ſed *magiſtratuum eccleſiaſticorum*; quamuis enim denegatio ſepulturæ honeſtæ pœna ſit, quam non inſligit, niſi qui ius puniendi habet: conſtat tamen, eam eſſe pœnam *eccleſiaſti-*

Diſpoſitio de ſepultura non competit parochis.

ſiaſticam, de qua etiam apud nos conſiſtorium decernit. Sic & poteſtas de *ceremoniis*, in funere adhibendis, de concionibus funeribus ordinandis, & alias ad liturgiam pertinentibus, ſpectat primario ad conſiſtorium, non vero ad parochum, & ſic eius parochiale ius ad diſpoſitionem exequiarum ſe non extendit. STRYK. *cit. l. c. 4. §. 5.*

CAP. III.
De
Iure parochiali circa benedictionem coniugum ſacerdotalem.

§. I.

EXſerit quoque ſeſe ius parochiale circa ἱερολογίαν, & quidem variis modis, poſtquam ſemel in legem tranſiit. Antiquitus videbatur liberi arbitrii eſſe, & fieri ſolebat maioris ſinceritatis declarandæ gratia, ſicuti quoque alia negotia ardua in publica eccleſia ſeu congregatione fidelium expediri ſolebant, veluti manumiſſiones &c. quo tempore nullum ius parochiale in eam fingi poterat. Poſtquam autem legibus eccleſiaſticis præcepta, determinata, & ſic neceſſario adhibenda eſt; parochi mox aliquod ius perfectum circa illam acquiſiuerunt.

Ius parochiale circa ἱερολογίαν. Origo ἱερολογίας.

§. II. Præcedere autem benedictionem ſacerdotalem neceſſario debet *publica proclamatio*, & quidem in *ſolenni cœtu* expedienda a *proprio parocho*, id quod quoque ſancitum legimus in *concil. Trident. Seſſ. 24. de reform. c. 1.* vbi ita: *In poſterum, antequam matrimonium contrahatur, ter a proprio contrahentium parocho tribus continuis feſtiuis diebus in eccleſia inter miſſarum ſolennia publice denuncietur, inter quos matrimonium ſit contrahendum.* Ante omnia videmdum, quisnam parochus ſit adhibendus, ſi ſponſus & ſponſa diuerſas cognoſcant parochias. Res enim expedita eſt, vbi idem ſponſi & ſponſæ eſt parochus. Diſtinguendum eſſe cenſeo, vtrum ſponſus & ſponſa in diuerſis locis habitent; an vero in eadem ciuitate, in diuerſis tamen ſint parochiis. Priori caſu canoniſtæ denunciationem in vtraque parochia fieri debere cenſent. POSSEVIN. *de offic. curat. c. 10. n. 8.* SANCHEZ. *de matrim. lib. 3. diſp. 6. n. 4.* Fit enim talis publicatio, vt ſcientes

Ius parochiale circa proclamationem.

Si ſponſa & ſponſus in diuerſis locis habitent, proclamatio fit vtrobique.

tes contrahentium impedimenta compareant, & illa detegant, quæ in loco extraneo incognita sunt. Et quia hæc canonum dispositio in ratione fundata est, merito variis in ordinationibus ecclesiasticis confirmari debuit. Sic in *ordin. eccles. Saxon. art. gener. 13. §.* So dann die neuen Eheleute, sie seyn jung oder alt, welche sich aufzubiethen begehren, nicht in einer Stadt oder einem Dorfe wohnen, soll der junge Geselle vor dem Pfarrer, in dessen Kirch-Spiel die Jungfrau wohnet, so ihm verlobet ist, ein Zeugniß nehmen an seinen Pfarrer, da er gebohren oder erzogen, und sich daselbsten, als er bekannt, auch aufbiethen lassen, und derohalben nachmahls diesem Pfarrer ein Zeugniß von seinem Pfarrer bringen, ohne welches ihn der Pfarrer nicht aufbiethen noch trauen soll. Hinc si parochus impedimentum nouerit, v. c. quod in gradu prohibito contrahere velint nuptias, recte iis denegat proclamationem. Vid. CARPZ. *lib. 2. iurispr. consist. tit. 5. def. 71 n. 5.* PETR. MVLLER. *de hierologia sect. 2. §. f.* quod etiam agnoscunt canones & canonistæ. Conf. BARBOSA *de offic. & pot. paroch. p. 2. c. 21. n. 6.*

An præcise proclamatio facienda in parochia propria?

§. III. Id vero minime possum probare, quod in nostris ecclesiis hoc ius proclamandi vt plurimum vere vnice ad *parochos* restringatur, quo ipso sæpius accidere potest, vt denunciatio inutilis fiat, & effectu careat. Ere sane ecclesiarum nostrarum foret, vt hac in re canonum dispositionem accuratius sequeremur. Id vnicum enim addo, proclamationem loco *edictalis citationis*, imo quandoque *prouocationem* ad agendum esse, adeoque ideo fieri, vt citentur omnes intra certum tempus, quorum interest, matrimonium hoc non consummari. *Citatio* autem *edictalis* in iis locis fieri debet, in quo probabiliter constat, illam in eorum notitiam venire posse, quorum interest. Quod si in locis nimis remotis, vel alias inidoneis fit, citatos regulariter non arctat. GAIL. *l. obs. 57. n. 1.* STRYK. *introd. in prax. c. 4. §. 3.* Equidem si desponsati per longum tempus in aliqua parochia vixerunt, improbare non possum, si tali casu proclamatio in parochia fiat; non quidem ex eo fundamento, quod proclamatio ad *ius parochiale* pertineat, sed quod omnino probabile sit, posse talem proclamationem in notitiam eorum venire, quorum forsan interesse potest, & qui contrahentium impedimenta norunt. Ast vbi contrahentes breui ante proclamationem parochias suas mutarunt, non tam ad parochiam *præsentem* foret respiciendum, quam potius ad illum locum, in quo diutius versati sunt, quia omnino probabile est, ibi adfuturos, qui vel impedimenta sciunt, vel quorum aliter interesse potest.

Finis proclamationis.

Proclamatio aliquando in veteri parochia facienda, si in noua non diu contrahentes fuerint.

poteſt; ne matrimonium contrahatur. Sed quantum quidem mihi conſtat, vix eſt, vt in noſtris eccleſiis obſeruetur, poſtquam parochi crediderunt, ius huius citationis portionem eſſe iuris parochialis, adeoque præciſe ad parochiam eſſe adſtrictum. Melius certe hac in re pontificiorum doctrina cohæret. Ita enim SANCHEZIVS *de matrimonio lib. 3. diſp. 6. n. 6.* *Debent*, inquit, *hæ denunciationes fieri in vtriusque parochia, vbi diutius verſati ſunt, & principaliorem habent larem, & veroſimilius eſt, fore, vt ſciantur impedimenta. Probatur, quin ideo fiunt, vt contrahentium impedimenta detegantur; at cum breuem moram in aliqua parochia contraxere, ignoti ſunt, impedimentaque ignorabuntur.* Et paucis interiectis: *Hinc infertur, non opus eſſe, fieri in parochia, in qua eſt moderna habitatio, quia id nullo iure petitur, & eſſet nimium multiplicare denunciationes.* Hinc & porro inferunt canoniſtæ, ſi contrahentes plura habeant domicilia ſeu parochias, faciendas eſſe eiusmodi denunciationes in ea, in qua diutius habitarunt, vel potius in ea, in qua veroſimilius eſt, ſciri impedimenta. BARBOSA *de offic. & poteſt. paroch. P. 2. c. 21. n. 18.*

Vbinam faciendæ proclamatio, ſi contrahentes plura domicilia habeant?

§. IV. Equidem in *ordin. elect. Sax. art. gen. 13.* ſancitum lego, daß, wenn neue Eheleute ſich bey dem Pfarrer jedes Orts anmelden, ſoll der Pfarrer ſie eigener Perſon, und da ſie noch im Jungfrauſtande, auch ihre Eltern, Vormünde und nechſte Anverwandte, ſo bey dem Verlöbniß geweſen, zu ſich erfordern, und ſie befragen, ob das Verlöbniß mit der Eltern Vorwiſſen und Bewilligung geſchehen, ob ſich keines unter ihnen beyden hiebevorn mit einander ehelich verlobet, ob ſie einander nicht mit Blutfreundſchaft oder Schwägerſchaft verwandt, daß ſie nach Göttl. und Käyſerl. Rechten ꝛc. einander nicht ehelich beywohnen könten, und, da zwiſchen ihnen eine Freundſchaft in welchem Gradu &c. Porro quoque in eadem conſtitutione iniungitur parochis, daß die Pfarrer ſich mit Fleiß erkundigen ſollen, ob ſie öffentlich in der Kirchen mit der Gemeine GOttes das Hochwürdige Sacrament des Leibes und Blutes Chriſti empfangen haben, und da es junge Leute, ob ſie auch ihren Catechiſmum gelernet, ohne deſſen Erkänntniß ſie nicht aufgebothen werden ſollen. Conf. ZEPPER. *de polit. eccl. lib 1. tit. 15.* SCHVLZ. *in ſynopſ. inſtit. de nupt. lit. a.* Idem quoque conſtitutum eſt in *ordin. eccl Magdeb. c. 10. §. 14.* Verum hæc quidem ad hoc conducunt, vt parochus poſſit inquirere in impedimenta, quatenus in eorum notitiam penetrare poteſt; quæ ſi intra parochiam emergunt, vel in vicinia, facilius erui poſſunt. Aſt quia non ſem-

Quænam parochus ante proclamationem obſeruare debeat ſec. conſtit. Saxon.

per de illis in præsenti parochia constare potest, vix commodius remedium supereſt, quam vt denunciationes iis in locis instituantur, in quibus probabilior notitia de *impedimentis* haberi potest, ne alias in meram transire videantur ceremoniam.

Quatenus parochus sponsalibus interesse debeat?

§. V. Præter *proclamationem* in nonnullis locis, præsertim in pagis, exigi solet, vt parochus loci ipsis interſit sponsalibus, quo eo magis omnis remoueatur clandestinitas, siniſtra suſpicio, & frauduloſa calliditas, quæ non raro hic interuenire solent, vt expreſſe constituum in der renouirten Fürſtl. Wolffenbüttl. Verordnung, wegen verbothenen heimlichen Verlobungen de anno 1693. d. 4. Ianuar. *ibi*: **die Leute auf dem Lande mit Zuziehung ihres** Paſtoris **und Seel-Sorgers in einige Verlöbniß ſich einlaſſen ſollen** ꝛc. Lege tali prouinciali deficiente, consensus & præsentia parochi ad essentiam sponsaliorum non desideratur.

Vbi adhibenda proclamatio?

§. VI. Apparet quoque ex fine prædicto *proclamationum*, eas primario in casibus *ambiguis* neceſſarias esse. Nam, vt optime animaduertit STRYK. *in not. ad ius eccleſ. Brunnem. lib. 2. c. 16. §. 6.* ſi satis constat, inter partes desponſatas nullum impedimentum vel sanguinis vel alterius desponſationis vel clandestinitatis adesse, etiam sine *proclamatione* publica benedictio sacerdotalis concedi potest; fruſtra enim adhibetur hoc, cuius nullus supereſt effectus. Vt plurimum tamen specialem Consiſtorii diſpenſationem requirunt, docente CARPZOVIO *lib. 2. def. 139.* præsertim ſi publicis constitutionibus eccleſiaſticis vniuerſaliter & absque limitatione proclamationes iniunctæ fuerunt. Exſtat *IOHANNIS FRIDERICI* glorioſæ memoriæ, Ducis Brunſuicensis & Luneb. constitutio von den Priuat-Copulationen, de anno 1675. d. 15. April. vbi *omiſſio proclamationum* diſerte inhibetur. Tenorem eius hic inſerere lubuit:

Consiſtorii diſpenſatione remittitur proclamatio.

Constitutio Iohannis Friderici Ducis Brunſuic. & Luneb.

VOn GOttes Gnaden Wir Johann Friedrich ꝛc. Nachdemmal unſere in GOtt ruhende Fürſtl. Vorfahren in dero vorlängſt aufgerichteten Kirchen-Ordnung ausdrücklich und heylſam verordnet, daß diejenigen Perſonen, welche in den Standt der heiligen Ehe zu treten begehren, nicht allein zween Sonn- und Feyer-Tage vor der Hochzeit von den Cantzeln aufgebothen, ſondern auch dieſelbe darauf in der Kirchen öffentlich copuliret und getrauet werden ſolten. Ob Wir nun wol in gnädiger Zuverſicht geſtanden, es ſolte ſolcher heylſamen Verordnung der Schuldigkeit nach allenthalben gelebet

bet seyn, so haben wir doch in der That das Widerspiel befunden, indem die öffentliche proclamation nunmehro für ein unartiges und fast verkleinerliches Werck gehalten wird, ja es mit der Hoffart leider dahin gekommen, daß fast ein jedweder dafür hält, es gereiche ihm zu einem sonderbaren Despecte, wenn er sich in der Kirchen öffentl. abkündigen, und vor GOttes Angesicht trauen lassen soll. Gestalt Wir dann mit unaufhörlichen Ansuchungen um die Privat-Copulation zu unserm grossen Mißfallen bishero sind angelaufen und behelliget worden. Wann wir aber solcher Unordnung länger den Lauf zu lassen nicht gemeynet, sondern vielmehr ein gebührendes Einsehen dahin zu haben, und dasselbe abzustellen, tragenden hohen Landesfürstl. Obrigkeit und Amts halber, uns schuldig erachtet; So ordnen, setzen und wollen Wir hiemit gnädigst, daß, so viel die vom Adel betrift, es bey der in dem Gandersheimischen Landtages-Abschiede wegen der Copulation und Fürbitte enthaltenen Verordnung sein Verbleiben haben; die übrige verlobte Personen aber, welche das vorhabende Christl. Ehewerck in GOttes Namen zu vollenziehen gedencken, sollen nach vorhergegangener zweymaliger proclamation auf der Cantzel, und zwar auf verschiedene Sonn- und Feyer-Tage, sich öffentlich in der Kirchen und vor der Christl. Gemeine, nicht aber in Privat-Häusern copuliren und trauen lassen. Da aber irgend der Bräutigam oder die Braut erhebliche Ursache hätten, warum die Trauung jetzt berührter massen nicht in der Kirche geschehen könte, und dannenhero bey uns die Privat-Copulation unterthänigst solte gesuchet werden, wollen wir zwar, befindenden Umständen nach, darin gehelen, es ist aber Unser gnädigster Wille und Meynung, daß diejenigen, so die Privat-Copulation verlangen, und nach Befindung ihres Standes und Vermögens, 18. 12. oder 6. Rthlr. so ad pios vsus zu verwenden, für solche Dispensation unserm Consistorio ohnfehlbar auszahlen und entrichten sollen ꝛc.

§. VII. Sicuti vero in casu *necessitatis* specialis illa dispensatio non desideratur, veluti si sponsus sit in procinctu itineris militiæ vel reipubl. causa; CARPZ. *l. 2. def. 141.* ita absque tali necessitate omissa proclamatione, aut non petita dispensatione, varias secundum statuta locorum contrahentes incurrere solent pœnas. Sic in der renouirten Fürstlichen Verordnung wegen verbothenen heimlichen Verlobungen, de anno 16. 3. d. 4. Ianuar., quæ tractatui TRYKII *de dissensu ponsal.* appendicis loco adiecta: Wenn auch einige Verlobte, ehe und bevor sie

In casu necessitatis dispensatio non requiritur.

Pœna omissionis proclamationis.

an dem Orte, da sie eingepfarret, öffentlich von der Cantzel proclamiret und abgekündiget, und andern Orten, in- oder ausserhalb Landes, es sey unter was Schein es wolle, unsers in GOtt ruhenden Hrn. Vaters publicirten Kirchen- Ehe- und Verlöbniß-Ordnung zuwider, sich copuliren und trauen lassen, (es wäre denn, daß aus bewegenden Ursachen von uns, oder unserm Fürstl. Consistorio, solches verstattet würde) sollen dieselben allemal, wenigstens jede Person mit 100. Thl. und da dieselben so viel in bonis nicht hätten, mit schwerer Gefängniß, da aber auch andere beschwerliche Umstände mit unterliefen, insonderheit, wenn sie sich mit andern Personen ordentlich vorhero versprochen, härter, und nach Ermässigung der Käyserl. Rechten an Ehre, Leib und Guth bestrafet werden. Interim omissa denunciatio matrimonium non reddit nullum, sed liberi inde nati omnino sunt legitimi. Vid. CHRISTIN. *vol. 1. Decis. 327.* Dissentit quidem MENOCHIVS *lib. 4. cons. 398. n. 4.* existimans, matrimonium nullum esse, cum denunciatio pro forma sit, id quod deducit ex verbis *concilii Tridentini: denunciationibus* facit: cum duo casus ablatiui absoluti inuoluant conditionem, hæc vero formam. Sed hæc ratio valde hiulca est, nec statim defectus alicuius requisiti, quod tantum ad *maiorem securitatem* exigitur, vitium nullitatis inducit, multo minus argumentum à duobus casibus ablatiuis absolutis stringit. Interim hoc facile concedo, parochos omissioni consentientes, & interesse benedictioni præsumentes, pœnam condignam incurrere, *c. f. in f. X. de clandest. desponsat.* Nec eos excusat, quod obiiciant, se vereri, ne aliquod impedimentum malitiose adferri possit. Nam parochi, denunciato aliquo impedimento, aut aliquo eiusdem rumore diuulgato, tenentur de eo inquirere, & interim actum copulationis suspendere, donec de rei veritate constiterit. Et ita parochum, qui, omissis denunciationibus, ad copulationem processerat ex eiusmodi vano metu, pro merito punitum fuisse, testatur CHRISTINAEVS *cit. l. n. 27.*

Omissa proclamatio matrimonium non reddit nullum.

Pœna parochorum omittentium proclamationes.

§. VIII. Forma huius proclamationis ex eius fine dependet. Dictum est, eam esse *edictalem citationem*, STRYK. *in not. ad ius eccl. Brunnem. l. 2. c. 16. §. 6. verb. publicæ proclamationes*, quemadmodum olim edictis, affixis in valuis ædium sacrarum, fiebat. CYPRAEVS *P. 1. de iur. connub. c. 11. §. 13. n. 7.* PANORMIT. *ad c. f. X. de cland. desp.* Hinc trina proclamatio, & quidem per tres hebdomadas tribus diebus dominicis, proxime sese subsequentibus, fieri debet, ZEPPER *de polit. eccles.*

Proclamatio est edictalis citatio.

Trina.

eccleſ. lib. 1. c. 15. quod etiam diſerte in *concilio Tridentino Seſſ. 24. de reform. c. 1.* cautum. Et vt de hoc legitime conſtet, in eodem *concilio Seſſ. 24. de reform. c. 1.*, vt in plerisque ſtatuum euangelicorum conſtitutionibus eccleſiaſticis, ſancitum eſt, vt quilibet parochus peculiarem librum habeat, in quo a ſe proclamatorum vt & copulatorum nomina, diem & locum contracti matrimonii ſcribat, eundemque ſucceſſori relinquat, vt in futurum fidem facere poſſit. GERHARD. *de coniug. §. 463.* Horum enim librorum parochialium maximum vſum in probatione matrimonii, ſolenniter vel rite contracti, eſſe, docet MENOCH. *conſ. 199. n. 3. ſeqq.* Parochi proclamatorum nomina certo libro annotare debent.

§. IX. In eo itaque proxime ad naturam *edictalis citationis* accedit, quod hæc proclamatio fieri debeat ante nuptias *tribus diebus dominicis*, quo intuitu olim tria *banna eccleſiaſtica* vocabantur, prout ſpeciali diſſertatione oſtendit IO. FRANCISCVS BORN. *de bannis nuptial.* Vnde in iis parochiis, vbi vna die vice bina aut trina coniunctim fit proclamatio, receſſum eſſe a genuina citationis indole, & nudam ſaltim ceremoniam repræſentare videtur. Improbat merito hunc morem STRYK. *in not. ad I. E. Brunn. cit. l.* oſtendens, actum ea ratione eſſe fruſtraneum, & comminationem ſilentii, quæ proclamationi ſubiungi ſolet, nihil operari poſſe, ſi nullum contradicendi tempus relictum fuerit. *Rectius*, inquit, *ratio iuris ciuilis attendenda foret, quod vnam citationem peremtoriam pro trina ſimplici admittit, ſed tunc, ſi trium ſimplicium citationum tempus contineat.* Verum quid frequentius, quam vt vna die proclamationes fiant, & ſtatim, finitis ſacris, perſonæ deſponſatæ copulentur, qui abuſus tamen facile corrigi poſſet, ſi penitius natura horum *bannorum* indagaretur. Sed pergo ad *effectum proclamationis*, quæ vbi ſuos legitimos habuit terminos, hisque præterlapſis, copulatio ſacerdotalis acceſſit, excludit quidem eos, qui eiusmodi allegant cauſas, quæ *ob priuatum intereſſe* dirimunt matrimonium; ſed non illos, qui plane negant matrimonium, h. e. qui contra leges illud contractum eſſe allegant, vt ſubſiſtere nullo modo poſſit, veluti ſi iuncti ſibi fuerint in gradibus, diuina lege prohibitis; tale enim coniugium, vtut impedimenti huius conſcius ſiluerit, nullo tempore conualeſcit. ZIEGL. *ad Lancell. l. 2. tit. 15. §. 1. verb. minime.* Deinde ex omiſſa denunciatione excluditur quidem is, qui agere poterat, ſed magiſtratui eo ipſo non ligantur manus, qui crimen binorum ſponſaliorum adhuc punire poteſt. CARPZOV. *P. 4. c. 20. d. §. 6.* Debet fieri tribus diuerſis diebus Dominicis.

Effectus proclamationis legitimæ.

Benedictio a parocho facienda ex iure canonico.

§. X. Ipsa *benedictio* magis propria est parocho, quam *denunciatio*. Apud pontificios hac de re nullum superest dubium, præsertim cum in *concilio Tridentino Sess. 23. de reform. c. 1.* expresse sanciatur: *Qui aliter quam præsente parocho vel sacerdote de ipsius parochi seu ordinarii licentia & duobus vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt, eos sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, & huiusmodi contractus irritos, & nullos esse, decernit, prout eos præsenti decreto irritos facit & annullat.* Et paucis interiectis: *Statuitque benedictionem a proprio parocho fieri, neque a quoquam nisi ab ipso parocho vel ab ordinario licentiam ad prædictam benedictionem faciendam alii sacerdoti concedi posse quacunque consuetudine, etiam immemorabili, quæ potius corruptela dicenda est, vel priuilegio non obstante.* Conformarunt quoque se in hoc passu nostræ ecclesiæ ad mores pontificiorum, principesque protestantes variis constitutionibus ecclesiasticis idem inculcarunt. Sic in *ordin. Magdeb. eccles. c. 10. §. 16.* dicitur: Und sollen, weder in den Städten noch auf den Dörffern, fremde Leute, so in eines andern Pfarres Kirchspiel gehören, ohne desselben Wissen und Willen, noch vielweniger die gar fremde und unbekant seyn, aufgeboten oder copuliret werden. Idem stabilitum reperio in der Churfürstl. Sächs. Ehe-Ordn. *tit.* von Copulation und Hochzeiten ib. Kein Pfarrer soll auch einige fremde Leute, so nicht in seine Pfarre gehörig, copuliren oder zusammen geben, in Ansehung, daß viel und oftmal allerley Unrichtigkeit hieraus erfolgen.

Consensus nostrarum ecclesiarum.

Rationes huius iuris.

Rationem duplicem huius dispositionis affert CARPZOV. *l. 2. def. 148. n. 2.* quod alias parochus defraudetur suis reditibus, (2) quia parochus extra diœcesin suam actus ministeriales exercere prohibetur. Scilicet hæc sunt iuris parochialis fulcra primaria, quæ tantas lites mouent.

Quis hic dicatur proprius parochus, vbi sponsa & sponsus habent diuersas parochias.

§. XI. Videndum vero ante omnia, quisnam ad effectum hunc *parochus proprius* dicatur? Quid enim si sponsus & sponsa diuersas agnoscant parochias? Video hic canonistas in diuersa abire. Alii enim facultatem eligendi relinquunt nouis nuptis, vtrum coram parocho sponsi an sponsæ contrahere nuptias, & benedictionem suscipere malint? cum non sit maior ratio in vno quam in altero, & parochus vnius censeatur parochus vtriusque. Sunt, pergunt, quasi vna persona, cum vnus sit contractus isque diuiduus, vnumque sacramentum vtriusque. AEGID. CONINK. *disp. 17. de matrim. dub. 2. n. 19. concil. 3.* SANCHEZ. *de matrim. l. 3. disp. 19. n. 4.* Alii respiciendum esse ad parochiam autumant, in qua ma-

matrimonium contrahitur. NAVARRVS *lib. 4. consil. tit. de sponsal. consil. 52.* Hæc sententia ex eo fundamentum accipit, quod parochus in omnia illa negotia, quæ intra suam parochiam expediuntur, ius suum parochiale exerceat, quemadmodum etiam in nostris parochiis id passim obseruamus. Verum non adeo rigidi hic sunt saniores pontificii, adeo vt plerique licitam esse assistentiam parochi alienæ parochiæ putent, sine consensu & licentia proprii parochi illius parochiæ, in qua matrimonium contrahitur, veluti si parochus sponsi in parochia sponsæ desponsatos copulare velit, vt testatur MVRGA. *de benef. eccl. qu. 2. §. 8. sect. 1. n. 6. 42.* SANCHEZ. *de matrim. l. 3. disp. 19. n. 7. seqq.* Et quidem ex hac plane noua ratione, quod hæc benedictio secundum hypothesin Canonistarum referatur ad actus *voluntariæ iurisdictionis*, quales etiam valide extra parochiam seu territorium exercentur. SANCHEZ. *cit. l. n. 11.* Vix tamen est, vt hæc ratio applausum sit inuentura, quæ alias æque ad *baptismum* applicari posset, multo minus vero, vt eadem libertas nostris in ecclesiis locum sibi vindicet, cum apud nos regulariter respici soleat ad *paræciam sponsæ*, vbi copulatio sacerdotalis peragitur, postquam deductionem sponsæ in ædes mariti præcedit. SCHILTER. *instit. iur. can. lib. 2. tit. 11. §. 9.* Imo si vel maxime sponsa alibi degit, nec cum sponso in eadem moratur ciuitate, ratio tamen *decori* hodierni vix permittit, vt sponsa possit absque copulatione ad domicilium mariti accedere, quin potius sponsus eius parochiam quoad hunc effectum sequitur, licet sponsa, vxor eius facta, parochiam viri sui postmodum sequatur. Respicitur ad parochiam sponsæ.

§. XII. Quinam vero parochiani quoad hunc effectum habendi, breuiter videndum: vtrum etiam *sola habitatio* sufficiat, an vero quoque *constitutio domicilii* requiratur? Supra *sect. III. c. 2.* iam obseruaui, acquiri parochiam quoad administrationem sacramentorum, maxime ex *præsenti habitatione*, & cum canonistæ *matrimonium* ex sua hypothesi etiam inter *sacramenta* referant, aliter vix fieri potuit, quam vt hic imprimis ad præsentem respicerent habitationem. Quia vero actus *benedictionis* ordinarie interualium temporis præsupponit post sponsalia legitime inita: distinguendum videtur, vtrum quis longo aliquo tempore in parochia versatus, vel animum habeat ibi commorandi, an vero mox reuertendi propositum? Priori casu admittunt canones parochum eius parochiæ, in qua desponsandi per tempus non modicum fuerunt versati, non vero posteriori. Hinc qui ruri degunt, Parochianus hic iudicatur ex præsenti habitatione.

recrea-

recreationis gratia, ibi non possunt copulari, cum animum reuertendi habeant. Vid. SANCHEZ. *de matrim. lib. 3. disput. 23. n. 11.* Equidem cum in nostris ecclesiis magis respiciamus ad parochiam sponsæ, hæc vero non adeo vacare peregrinationibus soleat, rarior hic casus erit. Vnde studiosus cum virgine ciuica coniungendus sequitur parochiam sponsæ & sic non adeo controuersiæ hac de re oriri possunt.

Quid iuris, si sponsus & sponsa sint diuersæ religionis?

§. XIII. Possunt tamen hodie facilius controuersiæ oriri, vbi sponsus & sponsa diuersæ sunt religionis, & disputatur, cuiusnam parochus hierologiam perficere debeat? Seculo XVI. talis controuersia oriebatur inter CATHARINAM sororem regis Galliæ HENRICI IV. & ducem Barrensem, cum illa reformatæ religioni esset addicta, nolletque nisi a reformato copulari, contradicente fortiter ipso duce sponso, ex ratione, quod tale quid non possit citra iniuriam religionis Romano-Catholicæ permitti. Ipse rex HENRICVS IV. extraordinarie hanc litem composuit; dum in præsentia solenni ministrorum citra omnem solennitatem, prehensa sororis manu, eandem Duci in matrimonium tradidit, simulque, vt modeste sedulas canonicorum & præsentis Achi-Episcopi oblocutiones reprimeret, addit: *Regis conclaue locus, sine dubio, sacer est, præsentia autem principis omnem supplet solennitatem*, vt hoc ex Gallici Historici tr. *Histoire du Roy Henry le grand ad Anno 1599.* recenset PETR. MVLLER. *in not. ad Struu. Ex. 29. §. 26. lit. Z. p. m. 354.* Hæc quidem decisio tum *extraordinaria* fuit, eo maiori tamen digna admiratione, quod alias catholicæ addicti religioni sint adstrictiores ad hierologiam, quam nos, nec reges supplere illa possint, quæ pertinent ad sacra, imo & hodie apud nos communis illa sententia inualuerit, hierologiam etiam necessario a principibus euangelicis adhiberi debere, de qua tamen sententia dubitari posset. Sed in *priuatis* diuersa subest ratio: hi nexui iuris ecclesiastici subsunt, & talis decisio difficilius in eos quadrabit. Quid igitur dicemus, si sponsus A. C. addictus, vxorem ducere velit, catholicæ religioni addictam? Sane cum plerumque receptum sit, vt sponsus sequatur sponsam: nisi aliter in ipsis sponsalibus pactis determinatum, stabitur regulæ, antea datæ. Sed qua conscientia interesse poterit A. C addictus hierologiæ pontificiæ? Varias, qui casus conscientiæ conglomerant, hic supponunt circumstantias, sub quibus demum illam admittunt, de quibus vid. MVLLER. *de hierolog. c. 2. §. 1.* quæ tamen tales esse videntur, vt vix in praxin deduci possint, veluti *vt omnes ceremoniæ pontificiorum*

An salua conscientia quis possit admittere benedictionem a parocho diuersæ religionis.

omit-

omittantur: id enim difficilius impetrabis. Ego & absque hac conditione puto hierologiam talem esse permissam, tum quia sponsus *necessario* interest huic actui, adeoque tacitam approbationem non continet, si quid superstitiosi occurrat: tum etiam quia hierologia potest varie fieri, & nullam certam formam à iure diuino præscriptam habet. Denique cur, quæso, admittimus, A. C. addictum posse, salua conscientia, interesse Pontificiis sacris, quod MVLLER *l. c.* concedere videtur, & tamen tot difficultates circa hanc quæstionem congerimus? Hoc facilius concedo, nihil intentatum relinquendum, vt adhibeatur parochus, nostræ religioni addictus, quia certe melius tutiusque est, benedictionem impetrare a parocho tali. Sed tamen absolute necessarium esse, non puto.

§. XIV. Quod si vero parochus extraneus absque licentia *proprii* huic actui adhibetur, connubium subsistit, in quo nostri mores prorsus recessisse videntur a canonum dispositionibus. Canonistæ enim assistentiam, vel saltim eius licentiam expetunt sub lege *nullitatis*, quia hoc ipsum pro forma requiritur in *concilio Tridentino*, qua non seruata, matrimonium est nullum, adeo vt ne quidem in articulo mortis hæc omitti possit: quod fusius enucleat SANCHEZ. *de matrim. lib. 3. disp. 17.* In nostris, ni fallor, ecclesiis vbique fere locorum res aliter sese habet. Nihil ibi frequentius, quam vt liberi metuentes, ne parentes eorum sint dissensuri, clanculum parochos ruri compellant, eosque ad hierologiam iis impertiendam inducant, vbi matrimonium ex ea ratione, quod ab alieno parocho benedictio suscepta fuerit, non est nullum. Aliquando quidem accidit, vt tale matrimonium rursus rescindatur; non tamen ob hanc, sed aliam causam, veluti ob bina sponsalia, ob deficientem parentum consensum: nec forsan inutile foret, simul pœnam *nullitatis* huic copulationi annectere, quo eo magis contra parentum voluntatem contrahentes matrimonium absterrerentur ab hac clandestina hierologia. Parochus vero, ita promiscue admittens desponsatos, variis subiectus est pœnis. De iure canonico tamdiu suspenditur ab officio, donec ab ordinario parochi offensi absolutionem impetrauerit. P. MVRGA *de benef. eccles. qu. 2. sect. 2. n. 661.* In Constitutione potentiss. Borussiæ Regis *FRIDERICI* von Verlöbnissen und Ehe-Sachen de anno 1694. d. 15. Decembr. §. 16. pœna est determinata his verbis: Imgleichen die Prediger, so die oberwehnte Copulationes zu verrichten sich unterstanden, sollen ebenfalls willkührlich, doch exemplarlter, angesehen,

Proprius parochus de iure canon. adhibendus sub pœna nullitatis; secus ac in nostris ecclesiis.

Parochus alienus benedictionem impertiens quando puniatur.

ſehen, und in ſpecie die Prediger mit Entſetzung ihrer Aemter oder ſonſten beſtrafet werden.

Alienus parochus adhiberi poteſt ex Conſiſt. diſpenſatione.

§. XV. Ceterum quod canones alieni parochi aſſiſtentiam admittant, ex conceſſione proprii, id in noſtris eccleſiis non adeo obtinet, ſed magis dependet ex conceſſione *conſiſtorii*. Ne tamen parochus loci ſuis defraudetur reditibus, reſtringit diſpenſationem CARPZ. *iurispr. conſiſt. lib. 2. tit. 8. def. 148.* ad hanc conditionem, vt debitum ſemper ordinario eccleſiæ miniſtro exſoluatur honorarium, quantumuis alii demandetur copulatio ſacerdotalis. Adducit ſimul IDEM *cit. l.* reſcriptum, hanc rem illuſtrans: Auf Nicol von Nitzſchwitz Pacht-Inhabers der Zelliſchen Forberge Supplication, daß er von ſeinem Beicht-Vater dem Pfarrer zu Marbach auf dem Schloſſe zu Naſſen getrauet werden möge, wird ihm Supplicanten erlaubet, wenn er den Pfarrer zu Naſſen mit einem Thaler verehret hat, daß er alsdenn den Pfarrer zu Marbach zu ſeiner Copulation gebrauchen möge.

CAP. IV.

De

Iure parochiali circa viſitationes domeſticas.

§. I.

An detur ius parochiale circa viſitationes?

FOrſan dubitari poſſet, an etiam tale *ius parochiale* detur, tum quod viſitationes domeſticæ parochorum rariores, tum quod potius *obligatio* in parochis ſtatuenda eſſe videatur, ad viſitationes domeſticas ſuſcipiendas, & *ius* in parochianis, ad illas iuſte petendas. Sed forſan ita eſſe debebat. Nullum ius magis languide exercetur, quam hoc ipſum, de quo iam acturi ſumus. Parochiani non adeo libenter parochorum ſuorum *viſitationes* expetunt, vt propterea querelas mouere debeant. Imo cum plus *oneris* quam *commodi* in ſe habeant; facilius, quantum fieri poteſt, parochi ſe ſubtrahunt huic oneri. Nihilominus tamen (quis crederet?) *ius prohibendi parochiale* ſibi adſcribunt, vi cuius extraenorum parochorum viſitationes in ſuis parochiis avertere & impedire volunt, ex hac forſan, quamquam futili,

ra-

ratione, quod non liceat falcem in alienam messem mittere, & *ius monopolii* ita interturbare. Itaque dupliciter peccatur, dum (1) proprius parochus visitationes illas plane negligit: (2) ius *prohibendi* per *meram inuidiam* exercet, ne pastor ex alia parochia hos, qui forsan eius solatium desiderant, aut alias eius ope indigent, inuisere possit. Tot infaustos abusus peperit ius illud *cogendi* seu *bannarium* parochiale.

§. II. Concurrit itaque respectu parochi, tum *obligatio*, tum *ius* prætensum, quoad visitationes domesticas. Et primo quidem videamus de *obligatione*. Ideo scilicet vulgo dicuntur institutæ parochiæ, vt quilibet parochus eo rectius animarum, sibi concreditarum, curæ præesse possit, omniumque & singulorum notitiam habere. *Cura* autem *animarum* consistit maxime in eo, vt singulorum vitam excutiat, diligenterque inquirat in mores eorundem, quomodo quilibet domui suæ præsit, & si videat, multum adhuc integritati vitæ deesse, priuatos intra parietes admoneat, corrigat, & defectus emendet. Non tantum enim parochianorum, *collectiue sumtorum*, salus illi est commissa, sed potius *singulorum*. Vt hoc vero ex sacris confirmemus literis, necessarium esse non duco, cum id non adeo illiquidum sit. Parochorum obligatio ad visitationes domesticas.

§. III. Verum ita forsan esse debebat. Quod si attendamus ad rationem nostrarum parochiarum, vix fieri posse videtur, vt finis hic obtineatur. Sæpe in vna aliqua parochia vltra quatuor vel quinque millia hominum reperiuntur, cui duo vel tres parochi præsunt. Hi sine dubio insufficientes erunt, ad singulorum curam: vix enim est, vt singulos externe notos habere possint, ne dicam iam de *cognitione vitæ* eorundem *penitiori*, de qua tamen maxime laborandum erat. Et tamen parochiæ ideo potissimum defenduntur, laudantur, prædicantur, quod hunc finem valde promoueant. Imo vero nonnulli parochorum tam impudentes & sui immemores fuerunt, vt visitationes tales domesticas ad *obligationem parochialem* spectare negarent; forsan ideo, quia ægre tulerunt, sibi imponi obligationem quandam parochialem, cum tamen forsan mallent solum *ius* exercere in parochianos, vt parochianis nullum ius aduersus eos competeret. Quod ergo potissimum ad *curam parochialem* & *finem parochiarum* institutarum spectat, id omittitur & negligitur. Insufficientia parochorum ad curam singulorum. Impudenter parochi negant obligationem visitandi.

§. IV. Ceterum hic me non adeo diffundam, cum duo summi viri, quibus in iure ecclesiastico multum debemus, BRVNNEMANNVS & STRYKIVS, hanc spartam iam sibi vindicarint, vt necessitatem *visitationum domesticarum* & rationibus & testimoniis virorum probatis- Necessitas visitationum.

simorum inculcarent. Vid. *ius eccles. lib. 1. c. 6. m. 1. ibique addit.* ex quo potiora adducere hic operæ pretium esse non duco, cum in omnium, vt spero, manibus hic tractatus versetur. Pro meis tamen parochis ex BRVNNEMANNO *cit. l. §. 3.* peto, quod is adducit ex CORNELIO a LAPIDE ad dictum Pauli, *1 Thess. 2. Imitentur Paulum parochi & rectores animarum, vt singulos, cum opus est, visitent, doceant, hortentur, consolentur, sic enim pastor oues singulas inspicit, pascit, dirigit.* Reliqua priuatæ cuiuslibet lectioni & meditationi relinquam: & quamuis hæc sufficientia esse possint; non tamen forsan inutile erit & absque omni fructu, si vlterius id nonnullis aliis testimoniis publicis, ab istis duobus summis viris non tactis, confirmem.

Testimonium Lutheri.

§. V. Ipse LVTHERVS valde hanc curam parochialem vrsit, vt eius verba adducta a SECKENDORFIO im Christen-Staat *in addit. lib. 3. c. 13. §. 3.* habent. Wie ein Göttlich heylsam Werck es sey, die Pfarren und Christlichen Gemeinen durch verständige geschickte Leute zu besuchen, zeigen uns gnugsam an beyde Alt- und Neu-Testament. Denn also lesen wir, daß St. Petrus umher zog im Jüdischen Lande, *Act. 9.* und St. Paulus mit Barnaba, *Act. 15.* auch aufs neue durchzogen alle Oerter, da sie geprediget hatten; und in allen Episteln zeiget er, wie er sorgfältig sey für alle Gemeinen und Pfarren, schreibet Briefe, sendet seine Jünger, laufet selber. Gleichwie auch die Apostoln, da sie höreten, wie Samaria hatte das Wort angenommen, sandten sie Petrum und Johannem zu ihnen, *Act. 8.* Und im alten Testament lesen wir auch, wie Samuel jetzt zu Rama, jetzt zu Nobe, jetzt zu Galgal, und so fort an, nicht aus Lust zu spatziren, sondern aus Liebe und Pflicht seines Amts, darzu aus Nothdurft des Volckes umher zogen, wie denn auch Elias und Elisäus thäten, wie wir in der Könige Bücher lesen. (NB. Vbi ergo tunc parochiæ? Si hodiernis temporibus illi viri degerent, sine dubio eiicerentur, si hunc seruare mallent morem.) Welches Werck auch Christus selbsten aufs fleißigste für allen gethan, also, daß er deshalben nicht einen Ort behielt auf Erden, da er sein Haupt hinleget, der sein eigen wär, Matth. 8. auch noch im Mutterleibe solches anfieng, da er mit seiner Mutter über das Gebürg gieng, und St. Johannes heimsuchte; welches Exempel auch die alten Väter, die heiligen Bischöfe vor Zeiten mit Fleiß getrieben haben, wie auch noch viel davon in Päbstlichen Gesetzen gefunden wird. Denn aus diesem Wercke sind ursprünglich kommen die Bischöfe und Ertz-Bischöfe, darnach einem jeglichen viel

Ex N. Testamento probata necessitas visitandi.

Ex V. Test.

Ex praxi patrum.

oder

oder wenig zu besuchen und zu visitiren befohlen war. Denn eigentlich heisset ein Bischof ein Aufseher und Visitator, und Ertz-Bischof, der über dieselbigen Aufseher und Visitatores ist, darum, daß ein ieglicher Pfarrherr seine Pfarr-Kinder besuchen, warten und aufsehen soll, wie man da lehret und lebet, und der Ertz-Bischof solche Bischöfe besuchen, warten und aufsehen soll, wie dieselbigen lehren. Origo episcoporum.

§. VI. Ipse SECKENDORFF. *cit. l. c. 3. §. 9.* grauiter de hac re disserit, inquiens: Es ist eine überaus betrübte Sache, daß kein Pfarrer leichtlich zu seinen Beicht-Kindern, oder diese zum Pfarrer kommen, als im Beichtstuhl und Todes-Nöthen, oder zu einem Gelag oder Gastmahl. Warum solte nicht zum wenigsten aller Orten möglich seyn, was an etlichen geschiehet, daß der Pfarrer zu gewisser Zeit alle und jede Haushaltungen besuchet, und Hauswirthe, Kinder und Gesinde im Christenthum fraget und unterweiset? Oder, warum solte sich ein Pfarr-Kind scheuen und widern, auf Begehren zu seinem Pfarrer zu kommen, und sich von ihm erinnern zu lassen, so er etwas von ihm gehöret, das nicht Christlich und gut scheine, oder ihm zur Erbauung dienet? Oder, warum solte er nicht ungefordert kommen, und mit ihm von der Erbauung im Christenthum Sprache halten, ihm seine Gebrechen und böse Neigung entdecken, oder Rath holen, wie er sich und die Seinigen von vermerckter Unart abhalten und bessern könte? Oder, warum solte er sich seiner Unterweisung nicht bedienen, wie er sich in diesem und jenem Handel ohnverweißlich und so verhalten möchte, daß GOtt nicht erzürnet, und der Nechste nicht beleidiget werde? Darzu gehören aber verständige, gelehrte, gottselige, gewissenhafte, bescheidene, holdselige, keusche, züchtige, verschwiegene Priester. Denn wo diese Tugenden nicht sind, und man mercket an dem Pfarrer, daß es ihm zu thun sey, der Leute Zustand und Heimlichkeit zu erfahren, sich darnach damit zu tragen, Genieß und Vergeltung für eine jede Bemühung als ein Recht und Gebühr zu fodern, in Häusern zu schmausen und zu zechen, Narrentheidungen und Zoten zu treiben, oder (wie dieses vorlängst bey dem Eheloßen Priester-Stand geklaget worden) denen Weibern und Töchtern der Leute an ihren Ehren gefährlich zu seyn, da ist kein Wunder, wenn die Pfarr-Kinder so gar schlechtes Vertrauen zu denen Pfarrern haben, und ausser der Kirche, und wo sie nicht sonst gleichsam aus Zwang oder Ehrenthalber, zu ihnen müssen, nichts mit ihnen zu thun haben mögen. Es dürfte auch der Sorge nicht, die Testimonium elegans Seckendorfii.

Quales debeant esse parochi visitantes?

man wider die Haus- und Winckel-Prediger zuweilen gehabt, und nicht allein nicht leiden wollen, (so auch billig nicht zu leiden gewesen,) (sed hæc quæstio est altioris indaginis) daß fremde und unberufene Personen herum geschlichen, und denen gemeinen Leuten auf allerley Weise einen Eckel des Predig-Amts beygebracht, dargegen allerley Büchlein und Scartecken, darin das rechte Christenthum zu finden wäre, die aber mit falscher Lehre erfüllet gewesen, in die Hände gespielet: Denn wenn die ordentliche Pfarrer und Diaconi dergleichen Haus Lehre und Indiuidual-Ermahnung (der sich St. Paulus rühmet,) vornehmen, so würde aller solcher Verdacht wegfallen. Am allermeisten gehöret hierzu das unsträfliche Leben der Priester, wie aus demjenigen, was angeführet worden, genugsam erscheinet: Denn wenn er kein Fürbild der Heerde ist, und selbsten in den Lastern stecket, davon er seine Zuhörer abhalten solte, so wäre seine Conuersation desto schädlicher, je öfter und geheimer sie wäre. Und ist NB. dieses wol die rechte Ursache, daß man sie fallen lassen, und alleine mit der öffentlichen Predigt in der Kirchen zufrieden seyn müssen, damit die ruchlosen ärgerlichen Priester nur weit von den Pfarr-Kindern bleiben möchten, und daß man manchen, dem Sprichworte nach, lieber das Brodt auf der Stange zugelanget: Ich könte Exempel von alten Zeiten, und aus Autoren, die vor der Reformation über die ärgerliche Bezeigung der Geistlichen und der Beicht-Väter geklaget, gnugsam anziehen, aber es dienet nicht zu gegenwärtiger Zeit, noch an den Orten, wo man nur durch Verstattung des Ehe-Standes die Scheue und Eifersucht der Leute wider die Conuersation der Geistlichen aufzuheben bedacht gewesen. Dahero desto schädlicher und unverantwortlicher ist, wenn dergleichen Besorgniß noch im Wege stehen solte, wiewol das freye Leben, so auf den Schulen, auch von etlichen *Studiosis Theologiæ* getrieben wird, und die schlechte *Inspection*, die man über sie führet, nicht geringen Anlaß darzu giebet. Wenn auch gleich dieses Laster (davon man auch GOtt Lob so viel Casus nicht hat) nicht in Schwang käme, so müsten dennoch die andern auch corrigiret werden, als das Schmarutzen und Schmausen, die liederlichen Reden, Plaudern und Geitzen, wie auch Hochmuth und ungestümes Verfahren mit dem armen und einfältigen Mann ꝛc. Eleganter his verbis Autor hic omnia complexus est, quæ huc facere possunt, quæ malui

Vnde hodie visitationes domesticæ tam infrequentes?

malui ipſius potius verbis adducere, vt immeritas aliorum effugerem cenſuras.

§. §. VII. Et hæc de *obligatione* parochorum circa viſitationes domeſticas dixiſſe ſufficiat. Quid vero dicemus de *iure parochiali* circa viſitationes haſce? Equidem primum videndum, quidnam ſit illud *ius prætenſum*. Hoc ex praxi ita poſſumus delineare, quod ſit *facultas, parochis competens, excludendi tum alios parochos, ne in ſua parochia domeſticas haſce viſitationes inſtituant; tum etiam alios non-parochos, ex pio zelo ductos, vt priuatos intra parietes homines in vera via ſalutis inſtituant*. Illos ideo ſuis a præſepibus arcent, quia in aliena parochia actus parochiales exercere non eſt permiſſum: hos ideo, quia ad hoc vocati eſſe non videntur. Totum hoc ius ſe fundat in intima eſſentia iuris parochialis, quod, vt ſæpiſſime monitum, in duobus conſiſtit: (1) in *iure cogendi* reſpectu ſcilicet ſuorum parochianorum: (2) in *iure prohibendi* reſpectu eorum, qui non habent ius in illa parochia. Hæc eſt illa egregia noſtrorum temporum philoſophia, quæ adeo optime cohærere videtur, vt ſat fundatam videantur parochi habere intentionem. Et quidni ita philoſopharentur, cum iuris parochialis indoles id ita poſtulet?

Ius parochiale prætenſum circa has viſitationes.

Fundamenta huius prætenſi iuris.

§. VIII. Olim vero non erat ſic. In primitiua eccleſia Apoſtoli & eorum ſucceſſores vbique verbum Dei docebant, id vnice agentes, vt pietas promoueretur, & chriſtiana religio per vniuerſum orbem diffunderetur; id quod pluribus oſtendit ARNOLD in der Abbildung der erſten Chriſten *l. 2. c. 11. §. 3. & 4.* Man wuſte, inquit *§. 6.*, in der erſten Gemeine nichts von ſolchen gezwungenen Frohndienſten, den die Chriſten ihren Lehrern gleichſam zu Gefallen hätten leiſten müſſen. Da war kein Neid, kein Afterreden bey den treuen Dienern JEſu Chriſti, daß ſie es den Ihrigen gewehret oder verarget hätten, wenn ſie etwa anderer Unterricht auch brauchen wollen ꝛc. Equidem noui, hic diſtingui vulgo inter eccleſiam *plantandam* & *plantatam*; ita ſcilicet, vt in eccleſia *plantanda*, qualem fuiſſe dicunt primitiuam, ius prohibendi ceſſauerit, non vero in eccleſia *plantata*, vbi iam parochiæ ſunt conſtitutæ. Ideoque ſupponunt, hodie eſſe *eccleſiam plantatam*, quia vnice externum illum florem, cœtumque & hierarchiam reſpiciunt; quæ ſi vera ſunt, concedi poteſt, hodie eſſe eccleſiam plantatam, quia regimine ſuo certo eſt conſtricta. Sed vero, ni me omnia fallunt, ex hoc vnico plantatam eccleſiam non diiudicant ſaniores, ſed potius ex *vera* & *viuida in Chriſtum fide*, quatenus per hanc facti ſunt chriſtiani membra ipſius Chriſti, tanquam eccleſiæ capitis, & quatenus eccleſia

Praxis primitiuæ eccleſiæ huic iuri contraria.

Diſtinctio inter eccleſiam plantatam & plantandam inique hic applicatur.

ex

externa internæ ſubordinatur. Aſt ſi ita explicamus diſtinctionem hanc, nego, quod noſtræ eccleſiæ, generatim conſideratæ, ſint *plantatæ*. Imo magis adhuc ſunt *plantandæ*, quam in primitiua eccleſia. Si enim, ipſis Theologis fatentibus, reformatio eccleſiarum noſtrarum quoad *vitam* & *mores* eſt inſtituenda ad normam primitiuæ, certe inuertenda foret hæc diſtinctio, ita vt ſub primis temporibus fuerit eccleſia *plantata*, hodie vero ſit *plantanda*.

Reiicitur ius prohibendi viſitationes aliorum.

§. IX. Addi & hoc poſſet, ad hoc ius prohibendi in hac materia euertendum, viſitationes fieri vel ex obligatione *communi* vel ex *ſpeciali*. Hæc reſpicit parochos: illa vero quosuis chriſtianos; dum leges *amoris* & *chriſtianiſmi* officium hoc a nobis exigunt, vt præſto ſimus proximo conſolationibus, adhortationibus, aliisque officiis humanitatis. Certe ſi hoc *ius prohibendi* ſimpliciter admitteretur, per conſequentiam tollerentur officia humanitatis, vel ſaltim contra omnia iura nimis coarctarentur, cum tamen potius promoueri deberent. Num ergo inuidendum fideli miniſtro eccleſiæ, ſi aliquando etiam extra ſuam parochiam inuiſet afflictos, ægrotantes, tentatos, præſertim ſi hoc ab ægrotantibus deſideratur? Idem dicendum de aliis non parochis, & fruſtra opponitur defectus *vocationis*, cum certum ſit ex primis chriſtianismi fundamentis, ad *priuatam* eiusmodi inſtitutionem non requiri *ſpecialem* vocationem. Multa hic dici poſſent de priuatis pietatis exercitiis, & de eccleſiis domeſticis, quæ adeo hodie ſuſpectæ ſunt, vt nihil non contra eas tentetur a *parochis tumultuantibus*. Sed quid de illis dicendum ſit, facile ex hactenus dictis conſtat; neque enim, vt iam minus gratas forſan concluſiones hic in medium proferam, ratio & inſtituti & aliarum circumſtantiarum admittit.

Argumentum defectu vocationis eneruatur.

Sententia contraria Fechtii refertur.

§. X. Hæc quamuis, vt prorſus exiſtimo, plana & luculenta eſſe videantur, ea tamen concoquere non potuit Theologus Roſtochienſis FECHTIVS *diſſ. de domeſt. audit. viſit. §. 17.* qui hanc ſententiam, quam hic tradidi, *abſurdam* & *fanaticam* eſſe profitetur; quo ipſo ſimul profeſſus eſt, quo ſpiritu ipſemet & diſcipulus eius, reſpondens, cui hunc partum tribuere videtur, ducti fuerint. Sicuti vero ex cantu auis cognoſcitur: ita non ægre feret FECHTIVS, ſi hoc ſcomma præter eius ſpem & exſpectationem parui habeam, & hoſtilem eius animum, quem erga omnes, qui ab eo diſſentiunt, profitetur, & in *cit. diſſert.* erga me quoque cum magna acerbitate, tali Theologo indigna, declarauit, publico contemtu vindicem. Nauſeam ipſi mouent Hallenſes, & quidni mouerent, cum concoquere non poſſit, quod papizantia principia, quibus vbique ſcripta eius, maxime quod de *excommunicatione* ſcripſit, ſca-

ſcatent, in hac Academia nullum amplius applauſum inueniant? Patietur interim vir celeberrimus, vt, antequam ipſi reſpondeam, præfationis loco verba TERTVLLIANI *de pudicit. c. 1.* hic, mutatis mutandis, faciam mea: *Audio edictum eſſe propoſitum, & quidem peremtorium; pontifex ſcilicet maximus, quod eſt epiſcopus epiſcoporum, edicit: Ego nolo admittere, vt munus viſitandi domeſticum ſubeant aliorum locorum miniſtri, niſi ſumma id ſuadeat neceſſitas. O edictum, cui adſcribi non poterit, bonum factum!*

§. XI. Sed audiamus eius fundamenta, quæ contra meam doctrinam proponenda eſſe cenſuit. Dixi, quia huic officio plus ineſt *oneris* quam *commodi*, vtplurimum inuitos & reluctantes ſe ad id præbere miniſtros eccleſiæ, e contrario eosdem acerrime reſiſtere, ſi alius in eorum parochia talem actum exercere velit. Egregiam inſtantiam contra hanc doctrinam adducit, & *ſi quis iudex*, ait, *ciuilis in ſuo territorio iuſtitiam exercere omittat, an ideo iudex vicinus vltro in ipſius territorium ingredi, & iuri dicendo operam dare poſſet, an alter ille hoc tolerare cogatur?* Philoſophatur nimis crude ſecundum doctrinam pontificiorum, qui *eccleſiam ſtatum ciuilem* ſeu *rempublicam* eſſe aiunt, & inde eccleſias in particulares diſtrictus diuiſerunt, qui tanquam *territorium* quoddam *particulare* ſingulis parochis concrediti ſunt, vt in eo ſuam *iuris dictionem*, quam *interni fori* dicunt, exerceant. Commodius ſane argumentum huc adferre non potuit, quam a *iuris dictione ciuili* deſumtum, cum credat, exercitia pietatis in *monopolium* iam dudum degeneraſſe, & *ius prohibendi* parochis *optimo iure* datum fuiſſe. Sicuti vero *ius* hoc *bannarium* ſæpius explodendum eſſe cenſui, ita ſimul quoque demonſtraui, iura parochialia, quatenus in noſtis eccleſiis adhuc retenta ſunt, ex *libertate euangelica* ita eſſe temperanda, vt potius ſalus populi, quæ ſuprema lex eſſe debet, reſpiciatur, & *ius prohibendi parochiale* cum grano ſalis accipiatur. Audiat FECHTIVS CYPRIANVM in *epiſt. 68. p. 178. edit. Oxon.* qui magis ſobrie ipſo philoſophatur. *Idcirco*, ſcribit, *copioſum corpus eſt ſacerdotum, concordiæ mutuæ glutino atque vnitatis vinculo copulatum, vt ſi quis ex collegio noſtro hæreſin facere, & gregem Chriſti lacerare & vaſtare tentauerit*, (quod etiam fit per neglectum viſitationum domeſticarum) *ſubueniant ceteri, & quaſi paſtores vtiles & miſericordes oues dominicas in gregem colligant* Et poſt pauca: *Cum ergo paſtoribus talibus, per quos dominicæ oues negligantur & pereunt, ſic dominus comminetur: quid nos aliud facere oportet, frater chariſſime, quam colligendis & curandis lapſorum vulneribus paternæ pie-*

Examinatur eius inſtantia, quod negligentia parochorum aliis ius non præbeat.

tatis adhibere medicinam; quando & Dominus in euangelio moneat & dicat: Non eſt opus ſanis medicus, ſed male habentibus. Nam etſi paſtores multi ſumus, vnum tamen gregem paſcimus, & oues vniuerſas, quas CHRISTVS *ſanguine ſuo & paſſione quæſiuit, colligere & facere debemus, nec pati ſupplices & dolentes fratres noſtros crudeliter deſpici, & ſuperba quorundam præſumtione calcari.* Forſan etiam hæc *abſurda & fanatica* videntur FECHTIO, vel ſi hæc ſana ei apparent, fateri debet, reſponſionem eius minus ſanam eſſe, ne quid more eius durius dicam. Qicquid ſit, ego malo CYPRIANVM audire, quam libertatis chriſtianæ inimicos.

An apoſtolica praxis hic recte in ſubſidium vocetur?

§. XII. Oſtendi præterea *§. VII. & ſqq.* vnice ex ratione *iuris parochialis* ius illud *prohibendi* dependere, quod ita in dubium vocari non poteſt. Contrariam tamen praxin primitiuæ eccleſiæ, *quæ ius illud bannarium,* FECHTIO & ſui ſimilibus gratiſſimum, ignorabat, ſimul adduxi, nec admittendam eſſe cenſui diſtinctionem inter eccleſiam *plantandam* & *plantatam*, cum eccleſiæ hodiernæ, reſpectu primitiuarum, quoad *vitam* & *mores* vix *plantatæ* dici poſſunt, a quibus viuida in Chriſtum fide diſcrepant. His verbis hominem grauiter offendi. Excandeſcit, & ſtomachoſioribus verbis affectum prodit. Ait, me falſa pietiſtarum opinione inebriatum eſſe, & iudicium *ſaniorum*, ad quos prouocaui, fanaticorum & pietiſtarum eſſe errores, putatque apoſtolicam praxin huc non quadrare, qui *vniuerſale munus docendi* immediate impetrauerint, non *particulare*, quale habent parochi. Verum non tantum ad apoſtolorum, ſed eorum *ſucceſſorum* exempla prouocaui: quæ quamuis contradictori ignota non ſint, ſtudio contradicendi; tamen ea ignorare mauult, quam ius *hoc bannarium* indefenſum relinquere. Egregie hoc obſeruat archiepiſcopus Spalatenſis MARCVS ANTONIVS *de* DOMINIS *lib. II. de republ. eccleſ. c. 7. §. 4.* cuius verba referre placet. *Sed hæc prrochiarum*, ait, *ſeu diœceſium inter epiſcopos, ad vitandam confuſionem diſtinctio, ne alter alterius turbaret regimen & gubernationem, non fuit adeo rigide inſtituta, vt interim, dictante charitate, quilibet epiſcopus non poſſet in alia etiam diœceſi ſua vti poteſtate, quippe quæ iure diuino non eſſet locis circumſcripta. Ita Epiphanius epiſcopus Cypri aliquando cum eſſet in diœceſi Hieroſolymorum in monaſterio Bethleemitico diaconum ordinauit quendam, & poſtea presbyterum, illiusque monaſterii, in ſpiritualibus ferme deſtituti, curam gerit non exiguam, illudque egregie inſtituit & inſtruxit. Hac re offenſus Ioannes epiſco-*

Primitiuæ eccleſiæ praxis aliena fuit a iure prohibendi.

piſcopus Hieroſolymitanus in Epiphanium excanduit: ad quem EPIPHANIVS increpatorias ſcripſit, & illum acriter obiurgauit, tanquam immerito iraſcentem, apud HIERONYMVM epiſt. 60. Ob Dei timorem, inquit: *hoc ſumus facere compulſi, maxime cum nulla ſit diuerſitas in ſacerdotio Dei, & vbi vtilitati eccleſiæ prouidetur. Nam & ſi ſinguli eccleſiarum epiſcopi habent ſub ſe eccleſiam, quibus curam videntur impendere, & nemo ſuper alienam menſuram extenditur, tamen præponitur omnibus charitas CHRISTI.* Si IOHANNES Hieroſolymorum epiſcopus a FECHTIO conſilium Theologicum in hac controuerſia expetiſſet, ſine dubio contra EPIPHANIVM pronunciaſſet illumque falſa fanaticorum opinione inebriatum eſſe dixiſſet, quod ad alienam parochiam curam ſuam *ex charitate Chriſti*, cui *ius parochiale* præfert, extendiſſet. Non idem encomium CYPRIANO dediſſet, ſi ipſemet eius vitam deſcripſiſſet, quod ei tribuit NAZIANZENVS *orat XIX. in Cyprianum*: &, *non enim*, ait, *Charthaginenſium eccleſiæ præſedit ſoli, ſeu Africæ, quæ ex illo & per illum celebris in præſentem vsque diem eſt facta; ſed Heſperiæ vniuerſæ, imo orienti fere ipſi ad finem vsque meridiei & ſeptentrionis.*

§ XIII. Hæc tamen minime in contraria mouere potuere virum celeberrimum, ſed potius contra audentior iuit. *Quæ vniuerſa*, ait, *ita comparata ſunt, vt fanaticum Libertiniſmum aperte ſapiant, nec credam vel ab ipſis eius academiæ, in qua ſcripſit Auctor, Theologis applauſum inueuire poſſe. Ergone non amplius verum eſt, quod eccleſia noſtra a Lutheri vsque tempore conſtanter docuit, cuilibet paſtori eſſe concreditum ποιμνιον, quod vi dictorum ſupra indigitatorum, neque tranſilire ipſe, neque alii, nulla quippe neceſſitate coacti, nullaque hic vel illic docendi vocatione legitime riteque facta, quæ tamen iuxta Ier. XXIII. 21. 1 Petr. IV, 15. communemque noſtrarum partium Theologorum conſenſum ſumme neceſſaria, inſtructi, & præterea hinc inde ad contemtum miniſterii eccleſiaſtici ad ſeparatiſmum & ſchisma quoduis aliud excitandum & progenerandum, facile idonei, in id inuolare debeant?* Vt Autor recte intelligatur, ante omnia enucleandum eſt, quisnam dicatur *Fanaticus?* quis *Libertinus?* In ſenſu Fechtiano *Fanaticus* eſt, qui *ſtudium pietatis*, quatenus ei ſuſpectum eſt, inculcat: *Libertinus* vero, qui ſibi cauet a fermento phariſæorum, nec vult iurare in verba eorum, qui dominatum ſacrum fouent. Secundum has definitiones non potuit non mihi imputare *fanaticum libertiniſmum*, quia in his *viſitationibus domeſticis* vnicum illud neceſſarium pro ſcopo habui, nec illud intendi, quam vt Chriſti regnum *quouis modo* promoueatur; quod omnibus paſtoribus,

Non eſt fanaticus, nec libertiniſmum ſapit, qui ius prohibendi in hac materia negat.

ex doctrina patrum primitiuæ eccleſiæ, ex æquo commendatum eſt. Præterea enim exiſtimaui, non turbari limites parochiarum, ſi alterius parochiæ clericus QVANDOQVE, ſi id deſideratum fuit, ex ſincero cordis affectu inuiſerit calamitoſos, eosque ex verbo Dei firmauerit. Numquam intendi, Paſtores viſitationes has extra ſuam parochiam promiſcue & absque diſcretione inſtituere debere: ſingulis vbique ſui gregis portio adſcripta eſt, quam regat & gubernet, quæ ſollicitudo tam grauis & tam late extenſa eſt, vt fidelis parochus nunquam vel rariſſime ambierit, alienæ parochiæ addictos inuiſere. Interim ſi hoc fiat *extra ordinem*, & ex quadam in paſtorem extraneum fiducia a quodam viſitatio fuit poſtulata, vel ſi ex aliis cauſis, quæ variæ eſſe poſſunt, hæc inſtituta, & bona vtriusque, & viſitatoris & viſitati, gratia peracta; exiſtimaui, impudens & acerbum fore, ſi parochus, vi iuris *prohibendi* & *bannarii*, contra eum querelam mouere, eumque tanquam alienum paſtorem a grege ſuo arcere velit. Talis viſitatio non deſiderat ſpecialem *vocationem*, ſicuti ego non deſideraui a FECHTIO, vt producat & adferat *vocationem ſpecialem*, virtute cuius me, quem in craſſiſſimo errore hærere iudicat, in rectam viam deducat, id quod tamen forſan diſſertatione ſua intendit. Neque adeo gloriari debet de recepto *iure* hoc *bannario*, quod negari nequit, ſicuti per totum hunc tractatum oſtendo; quin potius cum indicium præbeat, eccleſias noſtras nondum priſtinæ libertati eſſe reſtitutas, cogitare debuiſſet de iuſto temperamento, quo *ius bannarium* cogendi & prohibendi quauis ratione emolliri & temperari poſſet. Verum omnia ipſi intuta & ſuſpecta videntur. Credit ſine dubio, anguem latere in herba, ſi *extra morem* fidelis miniſter eccleſiæ, de animarum quarumcunque ſalute ſollicitus, alienum inuiſit gregem; ſeductionis periculum metuendum eſſe, cogitat, iudicat, credit; quo ipſo tamen ſibi & aliis moleſtus eſt.

§. XIV. Tandem vero, quaſi ſui immemor, vel inuitus id admittere debet, quod tam acriter antea impugnauerat. Pergit enim: *Et cur non diſtinguit inter functiones chriſtianiſmi, quas quilibet vbique, nemine impediente, exercere poteſt, vtpote conſolari triſtes, admonere a lege diuina deuiantes, & inter officia miniſterio eccleſiaſtico propria, quæ ſolis miniſtris in qualibet parochia ordinarie (nam neque ab his in caſibus neceſſitatis aliorum locorum miniſtri arcentur) competunt. Quemadmodum cuilibet homini aut iudici etiam alieno, in quolibet loco licet diſſidentes amice data occaſione componere, quisnam iuſtam & quisnam iniuſtam cau-*

cauſam habeat, litigantes informare, ſed quæ iudiciali auctoritati propria ſunt, vt ſcientiam inter diſſidentes ferre, & refragantes compellere, nemo niſi loci iudex, qui alios quoscunque, quo minus id faciant, prohibere poteſt & iure poteſt. Grauiter, ni fallor, FECHTIVS his verbis sæuit in propria viſcera, & opus, quod exædificare inſtituerat, prorſus deſtruit & diſſoluit. Hac diſtinctione enim adhibita, omne *ius prohibendi* in hac materia parochis eſt ademtum, & cuilibet paſtori integrum, extra ſuam parochiam inuiſere calamitoſos, reprobos, aliosque, qui eius auxilio indigent. Integrum ei eſt, eos adhortari, verbo diuino confortare, viam veritatis docere, & illa peragere, in quem finem viſitationes hæ domeſticæ inſtituuntur. Si proprius parochus reclamat, & de finibus turbatis conqueritur, ſemper alteri parata eſt ex doctrina Fechtiana reſponſio, pertinere hoc ad *functiones chriſtianiſmi*, quas quilibet vbique, nemine impediente, exercere poteſt, ſe facere hoc ex obligatione communi, qua *chriſtianum*, non qua *paſtorem*, aut *parochum*. Neque enim FECHTIVS determinare poteſt, quædam adeſſe, in tali viſitatione a ſolo parocho, tanquam *iudice proprio*, peragenda, quæ non quilibet alius paſtor peragere queat. Sacramentorum adminiſtratio vtique ei propria eſt; ſed illa huc non pertinet. Inde apparet, quam impertinens ſit ſimile a *iudice* allatum, quippe qui *iudiciali ſententia* imperium ſuum exercet, quod omnibus paſtoribus denegatum eſt. Dicat ergo mihi FECHTIVS actum quendam imperioſum, quem exercere poſſit parochus in viſitatione? aut ſingulare quid adferat, quod ſoli parocho relictum, ceteris vero denegatum ſit?

§. XV. Sed ne quid intactum relinquat, reprobat diſtinctionem inter eccleſiam *plantatam* & *plantandam*, eo in ſenſu, quem §. VIII. adduxi. Ait: *eccleſia proprie plantata dicitur, in qua omnia ſalutis præſidia iam ordine diſpoſita ſunt, vt quilibet inde fidem haurire, & ſalutem adipiſci poſſit. Et talis eſt hodierna eccleſia Lutherana, non illæ prima.* Primo circa hanc obſeruationem moneo, non ſufficere ad *plantatæ eccleſiæ* conceptum, vt omnia ſalutis præſidia ordine diſpoſita ſint, ſed etiam, vt, in quorum gratiam hæc diſpoſita ſunt, ſecundum illam ſalutis normam viuant, & viuida in Chriſtum fide præditi ſint. Norma enim fidei eſt propter vitam, & illa ſine hac emortua, vt tota ſcriptura fatetur, 1 *Tim. III, 9. Tit. I, 1.* Ita cenſuit NICOLAVS VEDELIVS *de prudent. veter. eccleſ. lib. I. c. V. Imo non ſolum religio*, ait, *vera tota abſque vitæ ſanctitate ſubſiſtere non poteſt, ſed etiam nec altera pars, quæ eſt veritatis*

An recte tribuatur eccleſiæ primitiuæ prædicatum plantatæ eccleſiæ?

diuinæ thesaurus, absque ea conseruari potest aut propagari. Denunciat enim Dominus, se pro iusto suo iudicio priuaturum verbi sui possessione eos, qui vitæ impietate & profanitate eam temerant & inquinant. In vtraque sparta excellebant primæui christiani, tum in *puritate doctrinæ*, tum in *vitæ integritate*, & vtraque nos superabant, si comparatiue loqui amamus, adeoque inde æquus lector iudicet, an non *ecclesiæ plantatæ* prædicatum iis recte tribui possit? Deinde existimo, quoslibet mecum ægre laturos esse, theologum tanti nominis eo dilapsum fuisse, vt neget, in ecclesia prima omnia salutis præsidia fuisse ordine disposita. Si hoc intelligit de *systematibus theologicis*, creditque, ea illo tempore defuisse, adeo omnia salutis præsidia *ordine*, forsan per quatuor causarum genera, aut locos theologicos, aut alia artificiali methodo non fuisse disposita, negare id quidem non possum: sed quis hoc ad *ecclesiæ plantatæ* conceptum vnquam retulit? quis vnquam tam audax fuit, vt existimauerit, aliquid defuisse *integritati præsidiorum salutis*, quod certa methodo & ordine scholastico non fuerint disposita & tradita? Si hoc apostoli necessarium humano generi censuissent, certe nunquam id omisissent. Si alium *ordinem* intelligit, clarius loqui debuisset: neque enim credo, eum *insufficientiam doctrinæ* primitiuæ ecclesiæ imputaturum esse, quod absque graui iniuria in ipsam scripturam sacram fieri nequit. Hæc ipsa ignorat *methodum theologicam*, in qua ipsemet omnem videtur *sufficientiam*, ex errore crassissimo, & inter orthodoxos non tolerando, collocasse. Ipsa Christi doctrina, in sacris nobis proposita, ab omnibus contra dogmata Romanæ ecclesiæ pro *sufficiente* agnoscitur, quia *traditionibus*, quas nobis obtrudere conantur, obloquimur. Si ergo omnia *præsidia salutis* hic clare, perspicue & plene exposita sunt, quis vnquam dubitauerit, eadem in primitiua ecclesia quoque in promtu fuisse. Manet ergo sententia mea inconcussa, olim ecclesiam magis, quam hodie, plantatam fuisse.

SE-

SECTIO V.

DE BONIS PAROCHIALIBVS,

Von Pfarr-Güthern.

CAP. I.

De Bonorum parochialium indole & constitutione.

§. I.

QVemadmodum *ecclesia parochialis* speciem quandam constituit ecclesiæ *in genere* consideratæ; ita etiam bona parochialia sunt species bonorum *ecclesiasticorum*; adeoque ex horum natura & iuribus primario diiudicanda. Quocirca necessarium esse iudicaui, ad rectius intelligendam *bonorum parochialium* naturam & constitutionem, vt quædam de ipsis *bonis ecclesiasticis* in genere præmitterem.

Bona parochialia sunt diiudicanda ex natura bonorum ecclesiasticorum.

§. II. In iure Romano inter res nullius, *negatiue tales*, referuntur res *diuini iuris*, quæ more ethnico ita dicuntur, quod Deo sint consecratæ, appropriatæ, addictæque, & ita commerciis hominum exemtæ. Huc referuntur, vt vel Iustinianeis primis notum, res *sacræ*, *sanctæ* & *religiosæ*: quæ distinctio, quamuis theologiæ gentilium originem debeat: incaute tamen non raro ad templa, sepulcra, murosque applicatur: quod vt euitetur, paucis de vera huius distinctionis ratione videndum. Sunt, qui docent, gentiles triplicem constituisse Deo-

Res diuini iuris quid denotent. Origo distinctionis in res sacras, sanctas & religiosas.

Deorum ſuorum differentiam, vt alii eſſent *ſuperi*, alii *inferi*, *alii ſemi-dei*, quo *Heroes* vulgo referebantur, qui poſt fata ſua quaſi canoniſabantur, ſeu inter ſemi-deos referebantur, iuxta illud profanum imperatoris CARACALLAE, occidentis fratrem ſuum GETAM: *ſit Diuus, dummodo non ſit viuus*, & hoc intuitu eos triplicem quoque differentiam ratione *conſecrationis* conſtituiſſe, vt aliæ res conſecrarentur diis *ſuperis*, templa ſcilicet & altaria; aliæ *inferis*, vt ſepulcra, aliæ denique *ſemi-deis*, vt muri & portæ: quod pro defenſione eorum ceciderant Vid. THOMAS. *in monit. ad diſput. de iure princ. circa adiaph. §. 16.* Alii vero docent, templa *diis ſuperis*, ſepulcra *diis manibus*, quos circa ſepulcra pererrare crediderunt, muros, portas & valla *deis tutelaribus* ciuitatum conſecrata fuiſſe. Alii aliter. Quicquid ſit, omnes in eo conſpirant, res tales Diis conſecratas fuiſſe, & propter has *conſecrationes* patrimonio Deorum *priuatiue* adſcriptas, & hinc inter res *nullius*, ne quidem ab aliquo acquiri poſſent, relatas fuiſſe.

Conſecratio primitiuæ eccleſiæ qualis?

§. III. Sicuti vero in primitiua eccleſia templa proprie dicta non fuerunt; ita etiam *res ſacræ* hoc ſenſu fuerunt incognitæ. Sed poſtquam *templa* certatim ædificata ſunt, ſtatim etiam ad *conſecrationem* quandam, non tamen in ſenſu gentilium, prolapſi homines, quamuis in ceremoniis tantum indifferentibus quibusdam conſiſteret, vt ſcilicet parœcianos conuocarent, dein verbum Dei ac ſacramenta tractarent, & denique precibus, hymnis, & piis votis totum actum peragerent. LINCKIVS *de iur. templ. c. 6. n. 10.* Sequioribus ſeculis plures ſuperſtitionis plenæ ceremoniæ adiectæ ſunt, quod *cit. l.* fuſius explicat.

Opinio de ſingulari ſanctitate rebus inhærente quando cœperit?

Quod ſi itaque eorum temporum, vbi iam ſuperſtitione omnia repleta erant, indolem & mores intueor; credibile eſt, templis, altaribus, aliisque vaſibus, ita conſecratis, ſingularem ſanctitatem attributam fuiſſe. Cleri enim iam tum papizantis intererat, vt rudis plebecula eo rectius ad ſuperſtitionem præpararetur, & ſic quoque inobſequio erga clerum retineretur: id quod ex variis CONSTANTINI M. conſtitutionibus colligimus. Vid. *l. 1. C. de SS. eccl.* Atque hæc de *ſanctitate ſingulari*, ipſis lapidibus templorum inhærente, ſuperſtitioſa opinio ſucceſſu temporum tam altas radices egit, vt poſt reformationem ſine dubio ex veneratione erga ius Romanum haud fuerit expurgata. Pluribus id ad oculum demonſtrare poſſem, ſi ratio inſtituti id permitteret. Quem in finem enim, vbi quis forte fortuna templum intrat, ſtatim caput denudat? Cur tot in nonnullis locis coram altari fiunt genuflexiones? Cur tot inſolita prædicata templis tribuuntur? Certe id nulla alia ex cauſa

mihi

mihi fieri videtur, niſi quod credant, ſingularem ſanctitatem quandam muris ipſis inhærere.

§. IV. Equidem iam HVBERVS aliique ICti ſaniores aperte docuerunt, non dari amplius res ſacras in N. T. Ita enim prælaudatus HVBER. *ad inſtit. tit. de R. diuis. §. 9.* ait: *videtur eſſe* εὐδιάβλητον, *quod diximus, non eſſe conſecrationes, neque res ſacras amplius in nouo teſtamento: ſed mirum non videbitur iis, quibus ſimplicitas bene cognita eſt euangelii, quo carnalis & palpabilis cultus rerum pereuntium vel corporalium nullus eſt, ſed tantum in ſpiritu & mente pura. Quæ hodie fiunt inaugurationes templorum, ſcholarum rerumque eodem pertinentium, ſunt inſtituta pia externa, ſed rebus nihil characteris religioſi imprimunt, quin eadem in alios vſus, vbi res tulerint, conuerti poſſent. Adeoque nihil ſunt aliud res iſtæ, quam piis vſibus deſtinatæ, vel ſi mauis, ſunt quaſi ſacræ.* An res ſacræ in N. T. adhuc dentur?

§. V. Huic hypotheſi ſi inhæremus, prorſus corruit diſtinctio vulgata, (quæ tamen & in noſtris obſeruatur eccleſiis) inter res *ſacras* & *eccleſiaſticas*, quarum illæ dicuntur, quæ cultui Dei proxime & *immediate* inſeruiunt; hæ vero, quæ *mediate* tantum, h. e. faciunt ad conſeruationem templorum & ſuſtentationem miniſtrorum eccleſiaſticorum. Differunt enim tantum *diuerſo fine* ſpecialiori; in eo vero conueniunt, quod ad *patrimonium eccleſiæ* pertineant. Interim a rei *veritate* ad *praxin* non ſemper valet conſequentia. Secundum hanc enim templa, & quæ huc ſpectant, naturam *rerum ſacrarum* eatenus retinuerunt, vt & hodie templa rebus, extra commercium poſitis, annumerari ſoleant, adeoque, vendito pago, templum quidem ſimul tranſeat, ita tamen, vt in ipſa æſtimatione eius non habeatur ratio, die Kirche wird nicht in Anſchlag gebracht. Hinc quæ alias de alienatione rerum ſacrarum in iure prodita ſunt, adhuc applicari ſolent. Vid. BRVNNEM. *de iur. eccleſ. lib. 2. c. 2. §. 5. 6.* Quamuis id facilius concedatur, licet templa non ſint in commercio alicuius priuati, eſſe tamen ſub inſpectione eius, cui *ius ſacrorum* in republ. competit, STRYK. *in vſ. modern. de R. diuiſ. §. 2.* An adhuc ſit diſtinctio inter res ſacras & eccleſiaſticas?

§. VI. In plurimis ergo res *ſacræ* & *eccleſiaſticæ* inter ſe differunt. Illæ *in totum extra* commercium ſunt, hæ vero non ſimpliciter. Illæ *immediate* cultui diuino externo inſeruiunt; hæ vero magis ſunt ipſius eccleſiæ patrimonium (vnde & decimæ in *c. reuertimini 6*, *C. 16. Q. 1.* dicuntur *poſſeſſiones ipſius Dei*, & in *l. iubemus 14. C. de SS. eccleſ.* vocantur *eccleſiæ patrimonium*,) ex quo ſuſtentantur omnes illi, qui in miniſterio eccleſiæ reperiuntur, ipſaque templa ſarta & tecta conſer- Differentia inter res ſacras & eccleſiaſticas.

seruari queunt. Sic & *dos ecclesiæ* dicuntur aliquando, quod sicuti dos detur ad onera matrimonia ferenda, ita ad eundem finem faciant bona ecclesiastica. Quidni ergo proprietetem adiudicaremus ecclesiæ? vid. PAVLI SARPII *tr. des Benefices; art. 21. qu. 2. & 3.* Quatenus vero hoc intelligi debeat, dicetur *cap. 3.* Hinc illæ non nisi ob summam *necessitatem* alienationi sunt obnoxiæ: hæ vero etiam ob *vtilitatem*, *pietatem* & *commoditatem*, obseruatis solennitatibus legitimis, alienantur. Vnde & feudum in re ecclesiastica constitui potest. Vid. LINCKIVS *cit. tr. c. 11. n. 28.*

Bonorum ecclesiasticorum varia consideratio.

§. VII. Possunt vero bona ecclesiastica considerari, vel quatenus a sola ecclesia adhuc possidentur, & ab illa inde omnis vtilitas percipitur: vel quatenus illis, qui ecclesiæ vel proxime vel remote inseruiunt, concessa sunt, vt inde fructus percipiant. Hoc intuitu vocari solent *beneficia*, vocabulo ex iure feudali ad *ecclesiasticum* translato, ad differentiam bonorum propriorum, seu, vt ita cum SCHILTERO *instit. iur. can. l. 2. tit. 6. §. 4.* loquar, *allodialium*, quæ etiam a clericis *iure hereditario* possideri possunt. Quamuis enim BARBOSA *de iure eccles. l. 3. c. 4. n. 5.* magis a primis collatoribus seu benefactoribus hæc bona dici *beneficia* putet: id tamen minus probabile ex eo redditur, quod tunc demum *beneficii* nomen reditus illi ecclesiastici mereantur, vbi personæ ecclesiasticæ assignati sunt ad instar *salarii* propter *officium sacrum*. Definitur enim communiter *beneficium*, quod sit *ius percipiendi reditus perpetuum ex bonis ecclesiæ in compensationem spiritualis officii, ecclesiastica autoritate constitutum.* PETR. DE MVRGA *de benef. eccles. q. 1. n. 1.* BARBOS. *cit. l.*

Beneficia vnde dicantur?

Quid veniat nomine bonorum ecclesiasticorum?

§. VIII. Refero ergo ad *bona ecclesiastica* omne illud, quicquid est in eius patrimonio *iure quocunque*, (ceu etiam in iure ciuili hæc vox latius patet,) & ex quo ecclesiæ reditus augentur: vnde & *subsellia* huc referri possunt, & ius concedendi laicis subsellia in templis. Consistunt hæc variis in rebus, ecclesiæ stipendiis, legatis ad pias causas, reditibus annuis, iuribus &c. quæ si omnia in complexu & congerie considerantur, oritur inde *vniuersitas rerum & iurium*, ad ecclesiam pertinentium, vti est in ipsa ecclesia, parœcia, abbatia cum suis pertinentiis, dominiis, ac territoriis. Vid. SCHILT. *cit. l. §. 3.* Secundum hanc considerationem definiri possunt BONA PAROCHIALIA, quod sint *vniuersitas rerum & iurium ad ecclesiam parochialem pertinentium, destinatorum ad hoc, vt vel inde sustententur ii, qui ecclesiæ inseruiunt, vel alias ipsa ecclesia parochialis conseruetur.*

Definitio bonorum parochialium.

§. IX.

§. IX. Origo *bonorum eccleſiaſticorum* ſine dubio eſt eadem, quæ eſt ipſorum templorum. In primitiua enim eccleſia nemo fuiſſe videtur, qui prædia & fundos deſtinauerit in ſuſtentationem miniſtrorum eccleſiæ, vt radicatos certos & perpetuos in illis haberent reditus. ZIEGL. *de dot. eccleſ. cap. 3. §. 1. in f.* PETR. MVLLER. *de bonis paroch. n. 2. th. 1.* Succurrebatur neceſſitati eorum per collectas & contributionem *voluntariam;* ad hanc nulli cogebantur, ſed ſpontaneo ſpiritu offerebantur, quæ neceſſaria erant, vt de eorum liberalitate & promtitudine in ſubminiſtrandis neceſſariis fuſius docet ARNOLD in der Abbildung der erſten Chriſten *lib. 3. c. 8. 9. 10. & 11.* Teſtis huius rei omni exceptione maior eſt IVSTINVS MARTYR, qui *apol. 2. in f.* ita de oblationibus ſpontaneis: *Qui per facultates poſſunt & volunt, pro arbitrio quisque ſuo, quod lubet conferunt, & quæ collecta fuerunt, apud Præpoſitum ſiue antiſtitem deponunt.* Hæc deinde diſtribuebantur, prout cuique opus erat. Et ſi vel maxime aliquando prædia integra offerebantur; non tamen iſta poterant retineri propterea, quod confiſcationis periculo ſubiacerent, ſed vel ab ipſis dominis, vel ab epiſcopis vendebantur, & pretium inde redactum diſtribuebatur. Ex quo concludit ZIEGLER *cit. l. §. 6.* difficile eſſe ſtatuere, eccleſiam primitiuam ſua habuiſſe prædia, ex quibus certos annuos reditus perciperet. Neque enim iis indigebat, cum non diuitiis, ſed paupertati maxime ſtuderet.

Origo bonorum eccleſiaſticorum.

Ratio collectandi in primitiua eccleſia.

In primitiua eccleſia nulla certa bona immobilia eccleſ. fuerunt.

§. X. Equidem PETRVS MVLLER. *in diſp. de bon. parochial. c. 2. th. 1.* iam initio tertii ſeculi ſub Papa VRBANO I. eiusmodi bona eccleſiaſtica fixa fuiſſe aſſerit, nixus ſine dubio epiſtola eiusdem pontificis, relata a GRATIANO in *c. attendendum 13. C. 17. Q. 4.* vbi ita Pontifex: *Attendendum eſt omnibus, ne prædia vſibus ſecretorum cœleſtium dedicata a quibusdam irruentibus vexentur. Quod ſi quis fecerint, poſt debitam vltionis acrimoniam (quæ erga ſacrilegos iure premenda eſt) perpetua damnetur infamia, & earceri tradatur aut exilio perpetuæ deportationis vtatur.* Sed ante omnia de fide huius epiſtolæ conſtare debet: quæ, vti ex DAVIDE BLONDELLO oſtendit ZIEGL. *c. l. §. 7.* non VRBANO I. ſed impoſtori potius adſcribenda. Vnde quoque facile iudicari poteſt, quid ſentiendum de ſimili textu in *c. videntes 16. C. 12. qu. 1.* vbi idem Papa VRBANVS ita: *Videntes autem ſummi ſacerdotes & alii atque Leuitæ & reliqui fideles, plus vtilitatis poſſe afferre, ſi hæreditates & agros, quos vendebant, eccleſiis, quibus præſidebant epiſcopi, traderent; eo quod ex ſumtibus eorum tam præſentibus quam futuris temporibus plura & elegantiora poſſent miniſtrare fidelibus, communem vitam ducentibus,*

An initio tertii ſeculi iam talia fuerunt. Fides epiſtolarum Vrbani vacillans.

quam ex ipsorum pretiis: cœperunt prædia & agros, quos vendere solebant, matricibus ecclesiis tradere, & de sumtibus eorum viuere. Ipsæ vero res in ditione singularum parochiarum episcoporum (qui locum tenent Apostolorum) erant & sunt vsque adhuc, & futuris semper debent esse temporibus. Parum fidit huic epistolæ ipse BARONIVS *tom. 2. annal. anno 202. sect. 7.* Vnde & SCHOCKIVS *tr. de bonis eccles. sect. 1. c. 2.* eandem tanquam apocrypham reiicit. Omnino itaque probabile est, certa, *fixa & stabilia* bona ecclesiastica tunc demum constituta fuisse, vbi regnum clericale augeri & dominatus sacer stabiliri cœpit, quod distinctius secundum seriem temporum exposui *in iur. eccles. ad tit. de reb. eccles. non alien.* Atque hæc quoque est sententia LINCKII *de orig. templ. c. 11. n. 113.* inquientis: *Hisce tribus seculis potissimum ex bonis mobilibus ecclesia sustentata est. Neutiquam enim durante persecutionum æstu, temporum illorum conditio ecclesiæ, vt prædia & fundos possideret, permisit, ideoque ante tempora* CONSTANTINI M. *bona ecclesiastica in mobilibus ferme onstiterunt, vt de possessione rerum immobilium vix certi aliquid asseri possit.*

Quando bona fixa ecclesia possidere cœperit.

§. XI. Quod iam in genere de origine bonorum ecclesiasticorum dictum est, id merito quoque ad bona parochialia applicari posse reor. Nam vt *sect. II. c. 2.* ostensum, parochiæ illo ipso tempore institui cœperunt, quo ecclesia bonis ditescere cœpit, scilicet CONSTANTINI M., adeoque & hoc tempore parochialibus ecclesiis bona plura obuenisse, non est, quod dubitemus. Hanc nimiam in ecclesiam principis & populi liberalitatem ita circumscribit PAVLVS SARPIVS in tractatu Gallico *des benefices art. 6. Or comme la grande Devotion des Princes & des Peuples fût cause, que les biens ecclesiastiques s' augmenterent beaucoup, elle excita aussi dans les clercs un extreme desir de les multiplier, & ceux meme, qui avoient les meilleures intentions, ne furent pas exemts de ce defaut. Car voiant que la distribution de ces biens tournoit à la gloire de Dieu & à l'utilité commune, ils concluoient, que plus l'egliſe auroit de quoi distribuer, tout en iroit mieux; & ils mettoient toute leur industrie à faire de nouvelles acquisitions, sans considerer, si la maniere, dont ils se servoient, etoit conforme à l'equité & à la raison: Et pourvû qu'ils arrivassent à leur but, c'est à dire, que l'Egliſe s'enrichist, par quelque voie que ce fût, ils croioient avoir fait un sacrifice à Dieu. Et c'est ainsi, que naissent mille maux incurables de ces Zelez indiscrets, qui s'imaginent, que tout ce, qui se fait en vûe de la religion, de quelque façon, que ce soit*

Applicatio ad bona parochialia.

De argumento bonorum ecclesiasticorum & parochialium.

ſait, eſt toujours bon, agiſſent très ſouvent contra la juſtice & l'humanité, & mettent le monde en combuſtion. C'eſt ce qui arriva dans le tems, que l'egliſe commença d'avoir la permiſſion, d'acquerir de biens immeubles. Quelques religieux croioient, qu'il etoit du ſervice de Dieu, d'ôter le patrimoine aux enfans de famille, pour le donner aux Egliſes, & dans cette penſée ils n'oublioent rien, pour inciter les veuves, les filles & les autres perſonnes faciles, & foibles à depouiller leurs parens, pour laiſſer tout à l'egliſe. Sicuti vero *bona eccleſiaſtica* ſunt in duplici differentia, vt §. 7. præmiſſum: ita quoque *bona parochialia* conſiderari poſſunt vel in reſpectu *eccleſiæ parochialis*, quatenus ab illa reditus inde percipiuntur, & eius patrimonium proprium ſunt; vel reſpectu *parochi*, quatenus parocho ob ſacrum miniſterium vtenda conceduntur, & hoc ſenſu tantum deſcripta ſunt a P. MVLLERO in *diſp. de bonis paroch. c. 1. th. 6. inf.* ex quo patet, definitionem hanc bonis parochialibus in genere applicari minime poſſe. Plenius ergo illa definimus, quod ſint *bona eccleſiaſtica, ad eccleſiam parochialem ſpectantia, eum in finem data & conſtituta, vt ex eorum reditibus tum eccleſia conſeruetur & patrimonium eius augeatur, tum etiam vt parochis aliisque, qui eccleſiæ parochiali inſeruiunt, pro miniſterio parochiali inde præbeantur, quæ ad eorum ſuſtentationem ſunt neceſſaria.* Studio dixi: *ex bonis parochialibus augeri patrimonium eccleſiæ parochialis:* nam bona parochialia non tantum eo reſpiciunt, vt eccleſia parochialis duntaxat habeat, quantum neceſſitas poſtulat; ſed etiam vt ipſi beneſit, vltra neceſſitatem etiam; qua de re alibi dicendi locus erit, vbi de adminiſtratione bonorum parochialium agendum. Deinde & aliorum quoque ſuſtentationis inde faciendæ inieci mentionem: quia & hoc notum eſt, ex bonis parochialibus quoque reditus percipere ædituos, parochiales cuſtodes, cantores, organicos &c.

Diuerſa conſideratio bonorum parochialium.

Amplior definitio bonorum parochialium.

§. XII. Modi *acquirendi* bona parochialia varii ſunt. Extantiora tantum hic tangemus. Inter viuos acquiruntur bona parochialia per *donationem*, & duplici quidem modo, vel quatenus eccleſia iam adhuc eſt exſtruenda; vel quatenus iam exſtructa eſt. Priori modo in ſpecie dicitur *dotatio*, poſteriori vero *donatio*, quatenus fit ab alio quam ipſo patrono, ex libera voluntate, nullo iure cogente; *l. 19. D. de donat.* Circa hanc donationem olim hoc *ſingulare* erat, quod cum aliæ donationes abſque inſinuatione tantum valerent vsque ad *ducentos* ſolidos, per *l. ſancimus 34. C. de donat.* hæc, cum aliis, in piiſſimas cauſas factis, etiam absque inſinuatione valeret vsque ad *quingentos*

Modi acquirendi varii.

Circa donationem bonorum parochialium olim quædam ſingularia erant.

tos ſolidos *c. l. §. 1. l. illud quoque 19. C. de SS. eccleſ.* Poſtea vero in *l. ſi quis 36. C. de donat.* hoc omnibus in genere donationibus tributum legimus, vt poſſint absque inſinuatione fieri vsque ad 500. ſolidos, vt adeoque *donatio ad pias cauſas* priuilegium ſuum videatur amiſiſſe, nihil poſt hanc legem ſingulare & contra iuris communis tenorem continens. Interim admodum miror, IVSTINIANVM, qui vtriusque legis & *l. 19. C. de SS. eccleſ. & l. 36. C. de donat.* autor eſt, non feciſſe exceptionem, quoad hanc donationem ad pias cauſas; cum tamen alias in plerisque cauſis & negotiis clericis & eccleſiis multum indulſerit. Vnde ne hoc priuilegium in *l. 19. C. de SS. eccleſ.* datum prorſus interuertatur, quidam volunt, priuilegium hoc ad minimum *proportionabiliter* augendum eſſe, vt quemadmodum in donationibus *communibus* auctum ſit ad 300. ſolidos: ita in donationibus *ad pias cauſas* eodem modo auctum cenſeri debeat, & donatio absque inſinuatione vsque ad 800. ſolidos valeat. Vid. CLARVS *in §. donatio qu. 1. n. 17.* Priuilegium enim auctum & productum in vno comparatorum etiam videtur auctum in altero. Sed hæc quidem dicuntur, non probantur. Priuilegiorum hæc eſt natura, vt ea ſine *lege* & *expreſſo textu* extendere fas non ſit; *l. 14. D. de LL.* quin potius tamdiu inſiſtendum regulæ, donec exceptio probetur. Quod de *redemtione capitiuorum* in iure habetur, tanquam ſpeciale ad ſimiles vel alios caſus extendi nequit, vt recte docuit BACHOV. *ad Treutl. vol. 2. diſp. 19. th. 6. lit. E.* Cum itaque plerique viderint, donationem hanc de iure ciuili nihil ſingulare amplius habere, prouocarunt ad *ius canonicum*, ex hoc fundamento, quod in piis cauſis non ſequamur leges ciuiles, *c. relatum 11. X. de teſtam.* PEREZ. *in C. de donat. n. 34.* BARBOSA *ad l. 19. C. de SS. eccleſ. n. 3.* ZOES. *tit. de donat. n. 49.* LINCKIVS *de iur. templ. c. vlt. n. 8.* Aſt cum in *cit. c. 11.* de *relictis ad pias cauſas*, & quidem *per vltimam voluntatem* agatur, & in his demum velit pontifex, vt non ſecundum *leges ciuiles*, ſed *decretorum ſtatuta quoad ſolennia* iudicetur, adeoque tantum teſtamentum ad pias cauſas priuilegiatum eſſe inde probetur: non poſſum adduci, vt vi huius textus affirmem, ſecundum diſpoſitionem iuris canonici valere donationem ad pias cauſas factam absque inſinuatione. Neque enim huc vsque *decretorum ſtatutum* eſt productum, ex quo talis donatio plenum vigorem acciperet: ſtandum itaque hac in cauſa diſpoſitioni *iuris ciuilis*, donec priuilegium ſpecifice fuerit de *iure canonico* probatum.

An priuilegium circa donationem olim eccleſiis datum adhuc poſt l. 36. de donat. ſuperſit?

An ius canonicum hic in ſubſidium adduci poſſit?

§. XIII.

§. XIII. Cum vero donatio non sit *contractus*, sed varie possit perfici per *pactum, stipulationem*, &c.: hinc in hac donatione illud singulare occurrere puto, quod *solo voto* fieri possit, adeoque *acceptationem* non desideret a parte ecclesiæ, *l. 3. pr. de pollicit.* sed etiam absenti ecclesiæ fieri possit. TIRAQVELLVS *de priuil. piar. causar. priuil. 115.* Hinc in casu quodam, vbi parochus exstruxerat suis sumtibus ædes, & foribus ædium sequentia affixerat verba: REDONO HANC STRVCTVRAM HVIC ECCLESIAE, pronunciatum memini, hanc donationem per votum esse validam, prout retuli in disp. *de imput. culpæ propriæ*, sub præs. WILDVOGELII Ienæ habita, *c. 3. §. 16.* Plura quoque adhuc singularia circa hanc donationem occurrunt in *l. vt inter diuinum 23. C. de SS. eccles.*; quorum *primum* est, ob solam donationem dari actionem realem, seu rei vindicationem, scilicet propterea, quod dominium ex sola donatione *ipso iure* in ecclesiam transeat absque omni traditione, quæ alias necessaria est, *l. si ager. 50. D. de R. vind.* quod ideo introductum esse testatur imperator, vt inter diuinum publicumque ius & priuata commoda competens discretio sit. Conf. BRVNNEMANN. *ad cit. l. 23.* LINCKIVS *cit. l. n. 15. seqq.* *Alterum* singulare est, quod *vindicatio* rerum, ecclesiis donatarum, extensa fuerit in *l. 23. C. de SS. eccles.* ad annos *centum*, postea tamen per *Nou. 131. c. 6.* restricta ad *quadraginta*, sola *Romana ecclesia* in *auth. quas actiones C. de SS. eccles.* excepta, & gaudente adhuc *centum annorum* spatio, quæ exceptio an iure subsistere possit, cum in fonte eius nulla fiat mentio, huius quidem instituti non est, vt plenius disquiram. Conf. interim PAGENSTECHER. *in sicilim. manipul. 2. n. 205.* Denique quamuis alias leges *futuris* negotiis dent formam, *l. 7. C. de LL.* tamen vult Imperator, vt etiam hæc lex ad causas *pendentes* applicaretur; quod tamen non absque fraude, TRIBONIANO potius quam IVSTINIANO imputanda, factum esse refert STEPHANI *ad Nou. 9. n. 28.* Alii adhuc hoc singulare in hac donatione adnotant, quod quis omnia sua bona *præsentia* & *futura* possit donare ecclesiæ parochiali, per *l. iubemus nulli. 14. pr. C. de SS. eccles.* cum tamen alias donatio omnium bonorum non subsistat. TIRAQVELL. *de priuil. piæ caus. 100.* BARBOSA *in collect. ad h. l. n. 7.* Sed sententia illa communis non adeo solido nititur fundamento: nam ideo, aiunt, non licere omnia bona dare, quia eo ipso donatori auferretur potestas, testamentum condendi, quasi hoc absonum foret, cum tamen per *arrogationem* etiam de iure ciuili auferatur potestas testandi, & moribus per *pacta successoria*, quæ tamen propterea non sunt

Donatio hæc solo voto fieri potest.

Dominium ex sola donatione in ecclesiam transit.

Huic vindicationi demum præscribitur 40. annis.

l. 23. etiam causas pendentes respexit.

An hoc singulare sit, quod quis omissa sua bona possit in ecclesiam transferre?

sunt inualida: hinc, theoretice rem considerando, nullum priuilegium & ius singulare hic deprehendo. Quatenus vero sententia contraria passim *moribus* recepta, de qua testatur SCHILT. *ex. 42. th. 19.*, eatenus admitti potest, hodie aliquid singulare in hac donatione occurrere. Vid. BRVNNEM. ad *l. c. 14. n. 11.* & *in iur. eccles. lib. 2. c. 15. §. 18.*

Dotatio.

§. XIV. Alter modus acquirendi bona parochialia est DOTATIO. Sed hic modus est vt plurimum genuinus partus *superstitionis* & *auaritiæ*. Non noua narro, cum id ex nostris ICtis cordatiores iam adnotauerint, imprimis ICtissimus ZIEGLERVS *de dote eccles. c. 4.* Finxit clerus Romanus aliquod pseudomatrimonium inter ecclesiam & parochos seu presbyteros ei præpositos, & eo ipso sponsam ecclesiam a suo sponso abduxit. Liquidum id est ex *c. sicut. 11. C. 7. Q. 1.* vbi perpetua instituitur comparatio inter matrimonium carnale & hoc, quod intercedere volunt inter presbyterum & ecclesiam. Et cum tota ratio clericalis status pro fundamento habeat interesse seu φιλαργυρίαν, hinc non putandum, absque ratione hoc figmentum esse introductum. Dotem enim captauerunt clerici, cum scirent ex principiis iuris ciuilis, matrimonium ordinarie annexam habere obligationem dotandi. *Imo vero*, inquit ZIEGLERVS *cit. l. §. 8. vt rectius dicam, potius cogitatum fuisse videtur de dote, materialiter sumto vocabulo, quam de nuptiis. Et vt eo facilius ecclesia opes acquireret, comminisci oportuit, coniugium aliquod spirituale, simile carnali, inter episcopum & ecclesiam contrahi, nec ergo indotatam hanc esse debere eius sponsam.* Hoc principio semel substituto, non difficile fuit varias inde nectere conclusiones. Sicut enim dos constituitur marito ad onera matrimonii ferenda, vt propterea marito dominium aliquod ciuile in dotem competat: *l. doce ancillam 9. C. de R. V.* ita & presbytero seu marito ecclesiastico dos quædam cum ecclesia, ipsi concredita, danda fuit, ex quo posset onera huius *matrimonii spiritualis* sustinere, h. e. inde lucrari fructus; non tamen vt habeat dominium aliquod in re illa ecclesiastica, sed ius dominio non absimile, h. e. *vsumfructum quendam*, de quo infra *c. II.* Sicuti vero hodie sponsi sæpius magis dotem quam sponsam intendere solent, quid mirum, quod parochi sæpius magis inhient *doti* huic, quam vt *ecclesiæ* prospiciatur? Atque hæc est origo *dotationis*, quæ ecclesiis parochialibus tam ingentes diuitias peperit, vt habeant sufficiens & satis grande patrimonium.

Eius origo.

Cur matrimonium aliquod finxerint inter parochum & ecclesiam?

Conclusiones ex hoc principio.

§. XV.

§. XV. Sicuti itaque paternum officium esse dicitur in *l. si pater 7. C. de dot. promiss. pro sua dare progenie dotem*; ita similiter, qui quasi pater ecclesiæ est, h. e. qui eam exstruxit, seu a non esse ad esse produxit, hoc officium explere, & dotem ecclesiæ, quam exstruxit, sufficientem constituere debet, adeo vt episcopus non possit consentire in exstructionem ecclesiæ, nisi prius constet de dote, ad conseruationem eius sufficiente. *Nou. 67. c. 2. c. 26. C. 16. Q. 7.* Vnde in *concil. Tolet. III. c. 15.* episcopis interdicitur, ecclesiam consecrare, nisi prius dotis chartam confirmatam habuerint. Conf. GONZAL. TELLEZ. *ad c. 8. X. de consecr. eccles. n. 1.* STRYK. *ad ius eccles. Brunnem. l. 2. c. 8. §. 7. verb. per dotationem.* ZIEGL. *loc. cit. c. 6. §. 3.* Quod si de facto exstructionem episcopus permiserit, vel sine dote constituta ecclesiam consecrauerit, ipse eam tenetur dotare, STRYK. *cit. l.* Hoc forsan ita intelligendum, si ipse ædificans illam dotare non possit, quod sic in subsidium ad consecratorem recurrendum. Nam alioquin secundum *c. cum sicut. 8. X. de consecr. eccles.* ex debito tenetur ipse ædificans eam dotare. Conf. *c. cum secundum 26. X.* de *præb.* LINCKIVS *de iur. templ. c. 5. n. 112. 113.* Ceterum an & quatenus parochiani aliquando necessitatibus *ecclesiæ parochialis* succurrere teneantur, *sect. VII.* exponendum erit.

Quis dotare ex obligatione teneatur ecclesiam?

Episcopus non debet consentire in exstructionem templi, nisi de eius dote constet.

Quando Episcopus ad dotationem teneatur?

§. XVI. Quemadmodum vero dotis quantitas pro modo facultatum patris & dignitate mariti constitui debet: *l. cum post diuortium 99. §. 4. & 5. & l. quæro 60. D. de iure dot.* ita etiam clerici per benignam interpretationem hoc doti ecclesiæ constituendæ applicuerunt; modica enim contenti esse noluerunt, GAIL. *2. obs. 88. n. 11.* sed pro *dignitate clericorum*, in hierarchia introducta, alia constituenda fuit dos ecclesiis *cathedralibus*, alia *collegiatis*, alia *parochialibus*. Et vt saltim de parochialibus dicam, tanta dos esse debet, quanta sufficere potest tribus ministris, & ad onera soluenda episcopalia, & exercendam hospitalitatem, vti pontificii determinant. GONZALEZ. TELLEZ. *ad c. 8. n. 5. in f. X. de consecr. eccles.* Quanta vero reliquis ecclesiis sit assignanda, docet PAVLVS DE CITADINIS *p. 2. caus. 2. n. 11.* cuius rei summam exhibet ZIEGL. *de dot. eccles. cap. 7. §. 18.*

Dotis quantitas sufficiens.

Quanta dos ecclesiis parochialibus debeatur?

§. XVII. Sicuti porro dotis dominium tam diu penes maritum de iure est, quamdiu matrimonium subsistit: *t. t. D. solut. matr. quemadm.* ita etiam hæc dotis constitutio est perpetua, cum ipsa ecclesia dicatur esse perpetua, *l. 14. pr. C. de SS eccles.* adeoque proprietatis huius *dotis* vera & genuina est *perpetuitas*. Cum vero illa quam maxime obtineatur in rebus immobilibus, hinc in iis dotem ecclesiasticam consti-

Duratio dotis.

Constituitur in rebus immobilibus.

tui debere voluerunt. ZIEGL. *de dot. eccleſ. c. 8. §. 1. ſeqq.* Inde varia oriuntur genera bonorum parochialium, v. c. ſylua parochiana, das Pfarr-Holtz, agri parochiales Pfarr-Aecker und Pfarr-Felder, die Pfarr- oder Kirchen-Hufen, Pfarr- oder Kirchen-Lehn, Pfarr-Wieſen, ædes parochiales und andere Pfarr-Gebäude, horti parochiani, annui reditus perpetui parochiales, unablegliche Pfarr-Zinſe, dotales, Dienſt- oder Frohn-Leute, Pfarr-Leute, auf daß die Pfarrer Leute zu Dienſten haben, *Ordin. eccleſ. Saxon. ſub tit. General. artic.* 27. vel qui alias certum annuum cenſum præſtant, cuius generis exempla plura refert ZIEGL. *de dot. eccleſ. c. 9. §. 55. ſeqq.* & alias vocari ſolent eigene Männer, eigene Dienſt-Leute, ID. §. 62. vbi in fine adducit ex matricula conſiſtorii Wittebergenſis de anno 1555. ſub rubr. *Vkro* ſequentia: Aus dem *Filial Vkro* hat der Pfarr ein eigen Mann Claus Kopmann, giebt dem Pfarrer jährlich 12. Scheffel. *& ſub rubr.* Beyern. Ein eigen Mann zur Pfarr gehörig zinſet 8. Eyer auf Oſtern, 10. Groſchen auf Michaelis ꝛc.

Per teſtamentum ad pias cauſas quomodo acquirantur bona?

§. XVIII. Per *vltimam voluntatem* etiam acquiruntur varie eccleſiis parochialibus bona, imprimis per *teſtamentum*, quod vocari ſolet *ad pias cauſas*, idque variis gaudet priuilegiis. Equidem ad teſtamentum hoc requirunt, vt pia cauſa *heres* fuerit inſtituta. COVARRVV. *ad c. relatum X. de teſtam. n. 2.* vel etiam ſubſtituta: alioquin enim ſi ex quolibet legato, piæ cauſæ relicto, diiudicare teſtamenta ad pias cauſas velis, fere omnia teſtamenta ad pias cauſas eſſent dicenda, cum vix vllum detur teſtamentum, in quo non eccleſiæ parochiali, vel alii piæ cauſæ aliquid relictum ſit. STRYK. *in not. ad I. E. Brunnem. lib. 2. c. 12. §. 1. verb. quando eccleſia.*

Relictum ad pias cauſas debetur ex imperfecto teſtamento.

Interim non nego, etiam relictum ad piam cauſam deberi ex *teſtamento imperfecto* non tanquam ex teſtamento, ſed tanquam ab inteſtato, iure fideicommiſſi, modo de *voluntate* non amplius dubitetur. Tunc enim qualiscunque diſpoſitio valet, MEV. *§. deciſ. 5. & c. iudicante 4. X. de teſtam.* licet de cetero corruat teſtamentum. STRYK. *c. l.*

Teſtamentum ad pias cauſas valet abſque teſtibus.

§. XIX. Adeo vero fauorabilis eſt vltima ad pias cauſas diſpoſitio, vt etiam *abſque omnibus teſtibus* valere poſſit. Quamuis enim quidam præciſe verbis *c. 11. X. de teſtam.* inhæreant, & ad minimum duos teſtes requirant: vid. CARPZOV. *p. 3. conſt. 4. def. 330.* nullum tamen concludens argumentum adducitur, quod hanc ſententiam corroborare poſſet. Pontifex enim in *cit. tr.* prouocat (1) *ad ſcripturam S.* & ſecundum hanc duos autores teſtes ſufficere ſtatuit. At vero, vbi ſcriptura

ptura S. duos teſtes requirit, id non facit *ſolennitatis*, ſed *mudæ probationis* gratia, & quidem *in ſubſidium*, ſi alia certitudo deficiat; hæc ſi aliunde haberi poteſt, non præciſe neceſſaria erit duorum teſtium præſentia. Proinde cum ex *ſola ſcriptura* ſatis de *certitudine voluntatis* defuncti aliquando conſtare poſſit, quid eſt, quod in hoc teſtamento præciſe duos teſtes adhibere velimus? Hoc caſu enim non *probationis*, quæ iam ſupervacua, ſed *ſolennitatis* gratia eſſent neceſſarii, quod tamen eſt contra mentem pontificis. Prouocat (2) ad *canones conciliorum antiquorum*, in quibus ſancitum eſt, valere tale teſtamentum per ſolam voluntatis declarationem, vt oſtendi *in iur. eccleſ. lib. 3. tit. 26. §. 21.*: vnde liquet, valere teſtamentum *ad pias cauſas*, quod in *ſchedula* manu teſtatoris ſcriptum, licet plane nulli acceſſerint teſtes. BRVNNEM. *conſil. 115.* RICHTER. *deciſ. 28. n. 15.* GAIL. *lib. 2. obſ. 112. n. 116.* STRYK. *c. l. §. 4.* Inde vlterius infertur, poſſe etiam heredis inſtitutionem pietatis cauſa fieri *ſolo nutu*, ad exemplum fideicommiſſorum; *l. nutu 21. pr. D. de legat. 3.* conf. BRVNNEM. *de iure eccleſ. l. 2. c. 12. §. 6.* Porro in legato eccleſiæ parochiali vel alii piæ cauſæ relicto, ceſſat detractio quartæ ex *L. Falcidia*, *auth. ſimiliter C. ad L. Falcid.* vt & *Trebellianicæ*, BRVNNEM. *ad cit. auth. n. 3.* modo non fuerit inſtituta æque pia cauſa, quia ſic ex communi regula, quod priuilegiatus contra priuilegiatum vtatur iure communi, ſecundum ius commune eſſet pronunciandum. BRVNN. *cit. l.* Conf. *ius eccleſ. prot. cit. l. §. 28.*

Solus nutus hic ſufficit in heredis inſtitutione piæ cauſæ.

Ceſſat Falcidia.

§. XX. Proximius ad acquiſitionem bonorum parochialium ex *teſtamento ad pias cauſas* ſpectat diſpoſitio *l. quoniam 26. C. de SS. eccleſ.* vbi, cuinam eccleſiæ legatum *ad pias cauſas* debeatur? pleniſſime diſponitur. Scilicet cum ex ſuperſtitione quadam omnia templa olim ſanctis fuerint dedicata: accidebat ſæpius, vt his *ſanctis* v. c. Petro, Paulo &c. aliquid in teſtamento relinqueretur, quo caſu voluit imperator, ei *eccleſiæ* deberi legatum, cui illa, qui in teſtamento eſt nominatus, (v. c. Petro do, lego 1000) eſt dedicata. Quod ſi in tali ciuitate non reperitur templum eiusdem nominis, videndum, an non in metropoli eiusdem nominis templum deprehendatur? cui tunc ſoluendum legatum. Si vero nec illic eiusmodi templum adſit, eccleſiæ, quæ in illo loco ſunt, vbi teſtator mortuus eſt, id legatum capient. Quænam vero eccleſiæ? An omnes? Id non exprimit imperator. Ex mente tamen eiusdem dicendum puto, deberi hoc *eccleſiæ parochiali*, cum eandem deciſionem in *§. ſeq.* in alio caſu non diſſimili imperator ſequatur. Accedit, quod illa in dubio a teſtatore electa cenſeatur,

Cuinam eccleſiæ legatum debeatur?

Quid iuris, ſi ſancto cuidam legatum relictum?

Quando eccleſiæ parochiali tale legatum debeatur?

Praxis noſtrarum eccleſiarum.

cum huic in vita ſua fuerit addictus, adeoque erga illam præ aliis maiorem cenſeatur habuiſſe affectionem, ex qua alias legata interpretamur, vbi dubium occurrit. Cum vero in noſtris eccleſiis non tam reſpiciamus ad nomen ſancti, quam ad eccleſiam ipſam: deciſio imperatoris, hactenus tradita, vix commode illis applicari poteſt. Vnde infert STRYK. *in not. ad Brunnem. ius eccleſ. l. 2. c. 12. §. 14.* quod ſi Francofurti teſtator eccleſiæ D. Petri quid leget, non poſſit ſibi eapropter ciuitas Berolinenſia vel Colonienſis hoc legatum vindicare ex eo, quod templum Petrinum habeat, & Francofurti huius nominis nullum ſit; ſed legatum hoc eccleſiæ Francofurtanæ, & quidem illi, in qua ſacris vſus eſt teſtator, cuius ſilicet parochianus fuit, ſoluendum. Denique ſi plura templa eiusdem nominis in ciuitate illa, vbi teſtator vixit, deprehenduntur, ei legatum debebitur, in quo defunctus frequenter verſatus fuerit, quia erga illud *maiorem* videtur habuiſſe affectionem. Quodnam vero eſt illud *templum?* Sine dubio *parochiale*, quia in hoc frequenter verſari debuit. Quod ſi nec hoc liquet, vtpote peregrinante dicente: *Templo D. Petri huius ciuitatis do, lego mille*, ei templo relictum videtur legatum, quod ceteris eſt indigentius, & magis opis & eleemoſynæ egens. *cit. l. 26.* Forſan tamen hoc caſu dubium oriri poſſet; annon potius reſpiciendum eſſet ad illam eccleſiam, ſitam in illa parochia, in qua defunctus mortuus, ſi illud nomen præ ſe fert? Cum enim *parochialis eccleſia* alios quoque parochiales actus hodie in talem hominem exercet, ſine dubio illa ſibi vindicaret legatum: quod eo magis aſſerendum, ſi vtraque eccleſia eiusdem nominis ratione facultatum paris conditionis eſſet.

Quid ſi plura templa eidem ſancto dicata?

Bona relicta eccleſiis parochialibus aliquando deſtinantur ad certam vſum.

§. XXI. Solent vero non raro, quæ eccleſiis parochialibus relinquuntur, bona deſtinari ad certum peculiaremque vſum, v. c. ad certum cultum in eccleſia parochiali peragendum, ad catechiſationes puerorum, ad conciones certi generis, veluti paſſionales habendas, ad miſſas legendas, ad vſum cerearum, thurificationis &c. Ne vero talia bona parochialia ad alios vſus, vel etiam profanos adhiberentur, veteres imprimis teſtamenta ſua diris & exſecrationibus replebant, vt plura exempla adducit in re diplomatica peritiſſimus IO. MABILONIVS *de re diplomatica* paſſim, & IO. SAM. STRYK. diſp. *de exſecrat. teſtator. c. 2. n. 34.* LINCKIVS *de iure templ. c. vlt. n. 23.* Eiusdem formula eſt, quæ continetur in exſecrationibus Archiepiſcoporum GERONIS & NORBERTI adducta in *cit. diſput. n. 37.* Nachdem nun dieſes alſo geſetzet und durch gewiſſe Zeugen beſtätiget iſt, ſo thun wir aus Macht des

Diræ teſtamentis inſertæ.

H.

H. Geistes in Kraft unsers HErrn JEsu Christi in den Bann, und sondern durch ewigen Fluch von der Gemeinschaft der Himmlischen Bürger ab, denjenigen, der sich diese unsere Stiftung zu verletzen und durch verwegenen Turst in einigem Stücke zu zernichten unterwinden und erkühnen wird.

Plures eiusmodi formulas congessit ZIEGLER. *de dot. eccles. c. X. §. 28. sqq.* Hoc casu illud certum esse puto, talia bona REGVLARITER *in* alios *profanos vsus* a posteris licite conuerti non posse; vid. *cit. disp. n. 39.* ast alia quæstio est, an non mutatis temporibus, & deficiente ob repurgatam ecclesiam vsu, ad quem bona illa destinata sunt, illa ad alium vsum æque pium & non superstitiosum, adhiberi debeant, non obstantibus eiusmodi exsecrationibus? veluti si certa bona ad missas legendas sint destinata: quæ tamen in ecclesiis nostris recte sunt abolitæ. Quod omnino asserendum reor, præsertim cum ex *l. legatum 16. D. de vsu & vsufr. & reditu &c.* legitime inferri possit, relictum ad opus illicitum conuertendum esse ad opus simile æque licitum de consensu partium, quod ad præsentem de causa pia casum applicat ERVNNEM. *ad cit. l. n. 2.* MAVRITIVS *de seculariſat.* STRYK. *cit. disp. c. 2. n. 46.*

An & quomodo illa bona ad alium vsum adhiberi possint?

§. XXII. Possumus huc etiam *successionem ab intestato* referre, per quam ecclesia parochialis aliquando bona acquirit, non quidem ex mente pontificiorum, secundum quam in iis, quæ clerici ex prouentibus & reditibus bonorum parochialium acceperunt, ecclesia parochialis heres esse solet, *c. 19. C. 12. Q. 1.* (nam hodie nostris parochis cognati & agnati indistincte æque succedunt, vt aliis non-clericis:) sed tunc potissimum, quando parochi ab intestato decedunt, nullis relictis cognatis, aut agnatis, quo casu ante fiscum ecclesia parochialis in eius bona succedit, *l. si quis Presbyter. 20. C. de episc. & cler.* ibi: *sacrosanctæ ecclesiæ vel monasterio, cui forte fuerit destinatus aut destinata, omnifariam socientur.* STRYK. *de succes. ab int. diss. 5. c. 1. §. 39.* Alios modos acquirendi, minus frequenter occurrentes, hic non tango. Non possum tamen non mores christianorum deprauatos satis deplorare, quod etiam pessimis suis cupiditatibus ecclesias ditescere cupiant, id quod tunc fieri censendum est, quando, actione funesta iniuriarum æstimatoria instituta, pœnam piæ causæ seu templo applicari petunt; quod licet hodie admittatur, merito tamen, cum ex pessimo principio oriatur, admitti non deberet. Quodnam enim lucrum ecclesia captare iuste potest ex alterius implacabili

Quomodo per successionem ab intestato ecclesia parochialis bona acquirat?

Reprehenditur modus iniustus acquirendi per iniuriarum actionem.

odio? Et quomodo tale funeſtum lucrum poteſt adhiberi ad vſus pios, quibus tamen bona & patrimonium parochiale inſeruire debent ex confeſſione omnium?

Acquiſitio per Amortizationem.

§. XXIII. Acquiruntur bona parochialia *immobilia*, ſicuti cetera eccleſiaſtica, plurimis in locis per AMORTIZATIONEM. Cum enim eccleſia ſit tale corpus, quod non moriatur, ceu de *populo* aſſerit ALFENVS *in l. 76. D. de iudic.* adeoque bona, quæ ſemel accepit, non reddat, ſed perpetuo teneat, *l. f. 13.* atque ita dicatur habere *manus mortuas*; merito prouidendum erat, ne bona immobilia, ſuperſtitione hominum ingraueſcente, nimium vſibus reip. eximerentur, & per exuberantes diuitias eccleſiarum reſpublica detrimentum caperet. Hinc multis in locis cautum, ne immobilia in eccleſiam transferre liceret ſine conſenſu eius, qui reipublicæ gubernacula tenet, ſed vt huius demum voluntate poteſtas eccleſiæ fiat, acquirendi & retinendi bona immobilia per *manum mortuam*. Conf. PETR. PECK. *de amortizat. c. 2.* STRYK. *in not. ad Brunnem. ius eccleſ. lib. 2. c. 3. §. 6. verb. oneribus ſunt exemta.* Atque hoc ipſum eſt, quod dicitur *amortizatio*, denotatque *translationem bonorum immobilium conſenſu principis in manum mortuam ſeu poſſeſſorem immortalem*, qualis eſt eccleſia. PETRVS BELLVGA *in ſpecul. prin. rubr. 14.* SCHWENDEND. *de manu mortua & iure circa illam.* Deducta hæc vox videtur a gallica voce *amortir*, quod eſt *extinguere*. Nam bona, in eccleſiam delata, quoad *emolumenta ciuilia & vſus publicos* videntur eſſe extincta & ciuiliter mortua, cum generaliter oneribus, fundorum poſſeſſionibus impoſitis, hæc immunia & exemta ſint, CAMILL. BORELL. *in comment. ad Petr. Bellug. cit. l. c. 1. lit. a.* GREGOR. THELOSAN. *Synt. I. vniu. lib. 6. c. 1. n. 7. & l. 15. c. 38. n. 5.* adeoque hoc intuitu ex publicis cataſtris, denen Steuer-Büchern, extincta videantur, quin etiam a ſeculari iurisdictione per principem exemta ſint. CHRISTIN. *vol. 1. deciſ. 345. n. 21.* Ratio huius iuris ſat manifeſta eſt, quia & iuris naturæ principium vult, vt nemini adeoque nec reipublicæ ius ſuum auferatur, quod tamen ſæpe fit per translationem bonorum in eccleſiam,

In quem finem hæc introducta? Amortizatio quid? Vnde ita dicatur?

Origo huius iuris.

§. XXIV. Inde iam facile penetrare poſſumus in originem huius iuris. Equidem, qui ex iure ciuili eius originem repetunt, confundunt res *ſacras* cum rebus *eccleſiaſticis*. Res ſacra vt fieret, principis iuſſu opus erat: *l. ſacra D. de R. diuis.* ſed nullibi *directo* prohibetur, quo minus poſſint res priuatorum in eccleſiæ patrimonium tranſire, abſque iuſſu principis. PETR. BELLVG. *cit. l. c. 1. n. 5.* Vera itaque ratio originis huius iuris deduci debet a nimio illo pruritu ditandi eccle-

ſiam,

fiam, qui homines occupauerat, præeunte hac in re ceteros ditiores ipso CONSTANTINO M., vti MANTVANVS *l. 12. Fastorum* concinne de eius profusa liberalitate canit:

Cæsar hic in nostram gestans pia pectora gentem
Immensas donauit opes, vasa aurea, fundos:
Vnde sacerdotes magnis prouentibus aucti.

De imprudentia eius circa hanc *liberalitatem* vid. SCHOCKIVM *tr. de bonis eccles. S. 1. c. 5.* Hic scilicet, vt *sect. II. c. 2.* dixi, maximis opibus ecclesias instruxit, & ingentes thesauros hac in re consumsit. Secuti ipsum sunt alii Imperatores; præsertim vero cum opinio de *bonis operibus meritoriis* omnium animis a clero insinuaretur, pessimus quisque maluit res suas ecclesiis donare, quam spem de salute æterna dubiam sibi facere. Inde tam immensus opum cumulus ecclesiis obuenit, vt potissimam regnorum partem absumserit, ceu BODINVS *de republ. l. 5. c. 2. p. m. 830.* speciatim de opibus ecclesiarum Gallicarum ostendit. Non diffitetur id FRANC. DVARRENVS *de SS. eccles. minist. l. 2. c. 4.* inquiens: *Res ipsa loquitur, immensam principum quorundam munificentiam, vtcunque pius esset eorum affectus, tantum virus in ecclesiam sparsisse, vt ex pixide illa Pandoræ, a Poetis decantata, non plus malorum inter homines & calamitatum exiliisse videatur. Initio ægre admodum hoc datum est ecclesiæ, vt prædia possessionesque sibi relictas & donatas retineret. Et satis constat ex epistola Hier. ad Neop., legibus Christianorum principum aliquando prohibitum fuisse clericis, ne hereditates caperent.* Cum vero hæc promiscua & profusa liberalitas ecclesiis quidem prodesset, reipublicæ autem ingens detrimentum afferret: postulauit publicæ salutis ratio, vt fines certi huic acquisitioni ponerentur, & publice prohiberetur, ne vlterius liceret bona immobilia in ecclesiam absque *iussu* & *indulgentia* Principis transferre. Huic rationi recte iuris amortizandi originem adscribit PECKIVS tr. *de amortiz. c. 10.* inquiens: *Illius ratio videtur in eo consistere, ne crebra ac perpetua facultate acquirendi, ecclesiis piisue locis permissa, Principes patiantur suæ iurisdictionis diminutionem, cum bona illa mere secularia in manum mortuam seu ecclesiasticam iurisdictionem transeant, sicque eximantur a superioritate Principis.* Huc pertinet famosa illa constitutio CAROLI V. de *Anno 1520. d. 29. Octobr.* vbi ecclesiis, aliisque collegiis, quæ *manus mortuæ* appellantur, acquisitio bonorum ecclesiasticorum absque amortizatione est interdicta, insimul testamentis, contractibus, aliisque actibus, quibus in eius modi ecclesiasticam

Aequitas huius iuris.

Exempla

ecclesiasticam

constitutionum prohibentium ecclesiis acquisitionem.

ecclesiam bona transscriberentur, nullis declaratis. De *Venetis* refert BODIN. *de republ. cit. l.* quod non modo ecclesiasticis collegiis prædia iuraue præditoria, vt loquitur, in posterum denegauerint, sed etiam ecclesiæ legata distrahi, aut nisi distraherentur, fisco addici iusserint. Edidit quoque aliquod decretum hac de re ante duo secula, & quod excurrit, magistratus *Vltraiectinus*, quod exhibet MARTIN. SCHOOCKIVS *in tr. de bonis eccles. sect. 1. c. 9.* In Ducatu quoque *Iuliacensi* eiusmodi statutum reperitur, quo cauetur, ne subditi ecclesiasticis bona immobilia vendant, quod in *Camera Imperii* approbatum est, referente KLOCKIO *de contribut. c. 12. n. 89.* De ciuitate *Colonienſi* & *Estingensi* idem tradit KNIPSCHILD. *de ciuit. imp. liber. l. 2. cap. 10. n. 54.* Denique alicubi etiam tantum *alienatio temporalis* in ecclesiam permissa, quod egregie exemplo huius ciuitatis illustrat SCHWENDENDORFF. *cit. l. th. 7.* de re salinaria, quam in perpetuum in ecclesiam alienare, non facile permittitur. Inde *rescriptum*: Nachdem wir befunden, daß unterschiedliche Pfannen in den Saltzbrunnen denen Kirchen und andern piis locis alhier vor Jahren Schulden halber zugeeignet, doch mit der Bedingung, daß sie solche binnen gesetzten Zeiten an habiles wieder veräussern sollen. Wann denn, wie verlautet, solchen nicht nachgekommen, gleichwol unser Lehnrecht die Veräuserung erfordert: als befehlen wir hierdurch euch gnädigst, ihr wollet solche Thal-Güter, wovon die gegebene Jahre allbereit verlauffen oder ehestis ablaussen, hinwieder an einige habiles kaufen und bringen lassen. Datum Halle den 6. Nov. 1699.

An necessitas amortizationem impetrandi repugnet libertati ecclesiarum?

§. XXV. Equidem facile coniectura assequi possum, clerum Romanum acriter pugnauisse contra has & similes constitutiones, ex hoc obtentu, quasi libertati ecclesiarum repugnaret necessitas, amortizationem impetrandi, adeo vt quidam non erubuerint asserere, Principes, eiusmodi constitutiones edentes, ipso iure excommunicationi aliisque pœnis subiici, vti de PETRO IACOBI refert CHRISTINÆVS *vol. 1. decis. 201. n. 1.* Latius hanc quæstionem excussit PECKIVS *de amortiz. bonor. c. 6.* Verum cum hac ratione ecclesiis nihil detrahatur, nec iura eorum quæsita diminuantur; sed ingens tantum abusus reipublicæ pariter ac ecclesiis noxius restringatur: Princeps talem amortizationis necessitatem ecclesiis imponendo, nihil contra æquitatem admittit. Licet enim ecclesiis bene esse videatur, ingens patrimonium possidere: quia tamen constat, ne quidem illas opes suas in debitum finem semper erogare, sed sæpius inutilia terræ pondera ex hisce patrimoniis sustentare, modo

pſal-

pſallere vel horis canonicis intereſſe ex opere operato poſſint, cum tamen merito pauperibus inde proſpiciendum fuiſſet, vti in primitiua eccleſia factum, (vid. PAVLI SARPII *traité des benefices art. 3.*) apparet, hac quoque ratione noxium eſſe ipſi eccleſiæ patrimonium ſuperfluum. Vnde nec pontificii ſaniores haſce conſtitutiones damnare præſumunt. vid. CHRISTINAEVS *cit. l. pr. ſeqq.*

§. XXIV. Eſt autem amortizatio neceſſaria, quocunque demum titulo bona immobilia in eccleſiam transferantur, ſiue per *vltimam voluntatem*, ſiue per *negotium inter viuos*. PETR. BELLVGA *ſpecul. princ. rubr. 14. c. 2. n. 2.* Quod ſi per vltimam voluntatem eccleſiis parochialibus bona quædam relinquuntur, quæſtio oritur, vtrum, ſi amortizatio in illis locis, vbi neceſſaria eſt, impetrari nequeat, heres ad *æſtimationem rei legatæ* ſit obligatus? Equidem ſi ius ciuile intuemur, varie ad hanc quæſtionem reſponderi poſſe, deprehendimus. Primo enim quæſtio oritur: *vtrum res hæc ſit extra commercium eccleſiæ, nec ne?* vtpote quæ ab eccleſia ſine ſpeciali principis diſpenſatione acquiri nequit. Deinde *an hoc caſu debeatur ipſa æſtimatio rei legatæ?* Quod priorem concernit, euidens omnino eſt, res immobiles ea ratione eſſe extra commercium eccleſiæ, quatenus princeps prohibuit earum translationem in eccleſiam. Nam licet poſtea ex ſpeciali principis diſpenſatione eas eccleſia acquirere poſſit: ante illam tamen res talis recte dicitur eſſe extra commercium eccleſiæ, *arg. l. 39. §. 10. D. de leg. 1.* Alii forſan malunt eiusmodi res immobiles, amortizationi obnoxias, referre ad illa bona, de quibus ICtus *in l. 40. D. de leg. 1.* agit, h. e. vbi quidem legatarius habet commercium legatæ rei, ſed cui *ius poſſidendi* talia bona ademtum eſt ob aliquod impedimentum extrinſecum, veluti ſi ſeruus alicui legatus foret, qui tamen cum hoc *pacto* eſſet venditus, *vt exportaretur*, prout communiter hunc textum explicant. Verum cum prohibitio legis, acquiſitionem impediens, rem extra commercium eius conſtituat, quem prohibitio tangit: recte dicimus, bona, amortizationi obnoxia, eſſe *extra commercium eccleſiæ*. Quid itaque iuris in legato harum rerum? ICtus *in l. 39. §. 10. de leg. 1.* de rebus, quarum commercium absque iuſſu principis non eſt, docet, quod ne quidem *æſtimatio* earundem debeatur. At vero huc optime videntur referri poſſe bona hæc, quia & harum non eſt commercium eccleſiæ absque principis diſpenſatione. Accedit, quod tale legatum ne quidem poſſit dici *licite* eſſe relictum, adeoque male hic applicetur *l. filiusfam. 14. §. 5. de leg. 1.* Proinde Dd. in eo plerumque conueniunt, rei, extra commercium poſitæ legatæ, æſtima-

Quando amortizatio neceſſaria?

Vtrum heres ad æſtimationem rei eccleſiæ legatæ ſit obſtrictus, ſi amortizatio non poſſit obtineri?

tionem ne quidem præſtandam eſſe, ceu contra LAVTERBACHIVM docet STRYK. *in not. ad eund. tit. de legat.* per *l. mortuo 49. §. 2. de leg. 2.* ex qua patet, diſſenſum hac de re fuiſſe inter ICtos. Conf. STRVV. *Ex. 35. th. 9.* PECKIVS *de amortiz. bon. c. 9.* Imprimis vero tunc noſtra deciſio obtinebit, ſi in prohibitione principis, ne bona immobilia in eccleſiam transferantur, addita ſit *clauſula irritans*, quia hæc ſtrictius & fortius acquiſitioni reſiſtit. In hanc quidem ſententiam etiam inclinare videtur CHRISTINAEVS *vol. 1. deciſ. 201. n. 12.* ſed nimis tamen anxium in decidendo ſe gerit, vt ſecuriorem viam hic eſſe eligendam putet, præſtando æſtimationem rei relictæ.

Eccleſia in eccleſiam licite transfert bona absque amortizatione.

§. XXVII. Ceterum cum ideo tantum *ius amortizandi* ſit introductum, ne bona ſubditorum oneribus & impoſitionibus ſubtrahantur, præſertim ſi eccleſiæ illis non indigeant: facile apparet, recte vnam eccleſiam in alteram transferre poſſe bona immobilia quocunque contractu, quoniam hæc bona iam tum ſunt amortizata, & a ſeculari iurisdictione exemta, adeoque in illis ratio prohibitionis locum non inuenit, cum nullum præiudicium per huiusmodi acquiſitionem respubl. accipiat.

Princeps ad eam non eſt adſtrictus.

Hoc quoque indubitati iuris eſt, principem in *bonis matrimonialibus*, ſeu quæ vt quilibet priuatus *iure proprio* poſſidet, non eſſe adſtrictum ad *neceſſitatem amortizationis*, cum non ſibi, ſed ſuis ſubditis legem dixerit, adeoque huiusmodi bona libere & nullius cum diſpenſatione in eccleſiam transferri poſſunt.

An in dotatione requiratur?

Denique amortizationem quoque non deſiderari putat PECKIVS *de amortiz. c. 35. n. 2.* ad illa bona, quæ pro dotandis, ædificandis, reparandisque eccleſiis deſtinantur, ad neceſſitatem ſcilicet conuenientem. Vnde CHOPPINVS *de doman. regni Franc. lib. 1. c. 13. n. 9.* ait: *quamlibet incapax ſit rerum profanarum eccleſia, acquiſitas certe ad fundandum ſeu dotandum parœciæ templum non tenetur manu emittere.* Verum quanquam ſententia hæc fauorem & æquitatem habeat in *ædificatione*, & ita admitti poſſit: neſcio tamen, an omnem amortizationem excludat, ſaltem in *reparatione* templi parœciani, quia ibi infinitæ fraudes fieri, quinimo ſub hoc prætextu iura amortizandi interuerti poſſent. Principis itaque erit arbitrium, cognoſcere de acquiſitionis neceſſitate, & ſic non difficilem ſe geret in concedenda amortizatione.

Qnomodo fiat amortizatio?

§. XXVIII. Quoties itaque eccleſia parochialis talia bona, amortizationi obnoxia, acquirere vult; adire principem, & ab eo amortizationem petere debet, quod fit per *literas amortizationis*, quorum nonnullas adducit CHOPPINVS *de domaniis cit. l. n. 7.* vbi LVDOVICI tabulæ

hæ

hæ ſunt: *Ludouicus Dei gratia Francorum rex notum facimus, quod cum res inferius annotatæ, ſicuti nobis datum eſt intelligi, datæ fuerint in perpetuam eleemoſynam miniſtro & fratribus S. Mathurini Paris. ordinis S. Trinitatis & captiuorum quædam domus &c. Nos donationes ipſas ſi factæ ſunt, vt dictum eſt, ratihabentes, volumus & concedimus, vt in manu mortua teneant easdem in perpetuum iidem miniſter & fratres pacifice & quiete, ſalua nobis iuſtitia & aliis redibentiis noſtris, & ſaluo etiam iure in omnibus alieno. Quod vt ſtabile permaneat in futurum, præſentes literas ſigilli noſtri fecimus impreſſione muniri. Actum Pariſiis anno 1261. menſ. Mart.* Neque vero amortizatio tantum impetratur, vbi de *acquirendis rebus* præſentibus agitur, ſed & priuilegium acquirere eccleſia poteſt de bonis acquirendis absque vlla amortizatione, quale *morticinii priuilegium* anno 1522. Cœnobitæ maioris monaſterii Turonenſ. elicuerunt, numerata æris ſumma duarum librarum, teſte eodem CHOPPINO *cit. l. n. 2.*

Literæ amortizationis Ludouici regis Galliæ.

Priuilegium de bonis acquirendis absque amortizatione.

§. XXIX. Pro conceſſa hac *amortizatione*, quaſi in compenſationem publico inde ſubtractarum vtilitatum & redituum, ſolet principi certa *pecunia* ſolui, quæ merito eius arbitrio eſt committenda; quanquam conſuetudine vel lege talis pecuniæ quantitas determinari poſſit, vti de Hiſpania refert PETR. BELLVGA *cit. l. c. 3. n. 1.* quod ibi ſoluantur pro iure amortizationis quatuor ſolidi & vnus ſolidus pro iure ſigilli. In Gallia eſt tertia pars æſtimationis bonorum amortizatorum, vti conſtat ex conſtitutione regis Franciæ CAROLI VI. adducta in diſput. Zachar. Prueſchencken *de amortizat. bonor. poſit. 16.* Vnde differentiam conſtituunt inter *amortizationem* & *indemnitatem*. Illa eſt *ipſa licentia & permiſſio retinendi bona immobilia per manum mortuam* vel *ad tempus* vel *in perpetuum: indemnitas* eſt illa penſatio, quæ fit & præſtatur domino pro intereſſe ſuo, loco iurium vtilium, quæ veriſimiliter percepturus erat, remanentibus in priuatorum manu bonis. Fit autem hæc compenſatio vel per *manum vicariam*, h. e. penſitationem annuam, & in ſpecie vocatur *indemnitas:* vel fit vna in ſumma ſemel ſoluenda, & dici ſolet *finantia.* MOLINA *ad conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 57. gl. 2. n. 68.* Bene hac de re loquitur CHOPPINVS *de domaniis regn. Franc. lib. 1. c. 13. n. 5. Cum ſemel diuino vſui dicatus fuerit ager, iam tum liberatur priuato mortalium dominatu, ſaltim inalienabilis ſacerque factus, nulla deinceps producit aduentitia feudi commoda regi, omnium domino ſuperiori. Ideoque alterutrum eccleſiis onus incumbit, vel acquiſita in priuatorum manus deferendi, vel, ſi maluerit Princeps, indemnem ſeruandi eum ipſum nummaria aliqua mortuæ manus penſatione.*

Pecunia certa principi debetur pro amortizatione.

Vtrum heres, an ecclesia parochialis indemnitatem soluere teneatur?

§. XXX. Quod si itaque bona immobilia ecclesiæ parochiali sint legata, quæstio rursus exsurgit, *vtrum heres, an vero ecclesia parochialis indemnitatem seu finantiam soluere teneatur?* Equidem certi iuris est, regulariter heredem obstrictum esse, ad prædia legata a creditore redimenda, si oppignorata fuerint, *§. 12. I. de legat.* adeoque & hoc onus videtur impositum esse ipsi heredi, quoniam præstare debet bona ecclesiæ legata, quæ tamen aliter, quam per *indemnitatem* seu *ius amortizandi* præstari nequeunt. Accedit præsumta voluntas testatoris, quia, cum prædium aliquod ecclesiæ parochiali destinauerit, voluisse videtur, vt illud integrum in ecclesiam transferatur. Concurrit denique *fauor piæ causæ*, cuius multi sunt & insignes effectus in iure, relati ab ANDREA TIRAQVELLO *de priuil. piæ causæ*, & in hanc sententiam videtur abiisse PETR. BELLVGA *cit. l. n. 13.* Verum cum iam antea ostenderim, *ne* quidem æstimationem eiusmodi legati deberi, si amortizatio *obtineri* nequit, non videtur quoque heres adstringendus ad soluendam indemnitatem. Dissimilis certe est ratio in pignorata re legata, cum huius adhuc sit commercium, neutiquam vero rerum immobilium, quarum translatio in ecclesiam parochialem publica lege impeditur. Habilitat itaque princeps per *amortizationem* demum ecclesiam, vt hæc bona acquirere possit; ergo illud, quod pro hac *habilitatione* soluendum est, ipsamet merito præstare debet.

Decisio.

De praxi huius iuris nostrarum ecclesiarum.

§. XXXI. Ceterum hoc *ius amortizandi* bona, ecclesiis relicta vel donata, in Gallia quidem & Hispania alibique in viridi est obseruantia, in nostris tamen, vt puto, ecclesiis adhuc quodammodo incognitum, ex hac forsan ratione, quod rarius bona immobilia ecclesiæ relinquantur, sed plerumque pecuniæ quædam quantitas ecclesiæ parochiali legetur. Non dubium tamen, quin princeps ex eadem vtilitatis publicæ ratione ius illud amortizandi introducere, & sic acquisitionem ecclesiis interdicere possit, si abusum imminere animaduertat.

Quo iure bona parochialia possideantur?

§. XXXII. Ex hactenus dictis iudicari potest de quæstione illa, quam canonistæ tractare solent: *vtrum bona ecclesiastica seu parochialia ab ecclesia habeantur iure diuino, an humano?* Hoc certum indubiumque est, hæc bona acquiri non nisi per titulos legitimos, imo in plurimis locis solummodo ex dispensatione singulari principum, vt sine illa ne quidem acquirere possit ecclesia. Inde apparet, ecclesiam illa bona possidere *iure humano*, imo bona parochialia, ita acquisita, esse exemta

ab

ab oneribus publicis, non iure diuino, sed humano, de qua obseruatione agendum *c. III.* Vide interim PAVLI SARPII *tr. des benefices art. 21. qu. 1.*

CAP. II.

De

Iure parochiali circa bona parochialia.

§. I.

IVS *parochiale* circa bona parochialia varium est: nam & bona parochialia non sunt vnius eiusdemque naturæ. Quædam sunt destinata in parochianorum vsum & emolumentum: quædam sustentationi eorum, qui ecclesiæ parochiali operam suam impendunt, inseruiunt: quædam denique ecclesiæ parochialis *patrimonium* tantum augent, vel certis determinatisque sumtibus destinata sunt. Secundum hanc triplicem classem ius parochiale hoc capite considerabo, excussurus, quidnam iuris *ecclesiæ parochiali*, quid *parochis* aliisque operam impendentibus ecclesiæ parochiali, quid denique *parochianis* competat? Tam late enim vocem *iuris parochialis* accipere necesse est, cum natura & ordo rerum, de quibus agimus, id postulet. Bonorum parochialium tres classes.

§. II. Ad primam classem retuli bona parochialia, ex quibus etiam parochiani emolumentum vsumque capiunt. Huc fere vnice referri possunt *subsellia*, quæ reuera sunt in bonis ecclesiæ parochialis, cum lucrum & emolumentum inde habeat, & sic eius *patrimonium* incrementum inde capiat; bona enim secundum VLPIANVM *in l. 49. D. de V. S.* dicuntur, quod beent, h. e. beatos faciant & prosint: beare enim est prodesse. Referuntur autem communiter ad bona immobilia, ciuiliter talia, BRVNNEM. *iur. eccles. lib. 2. c. 2. §. 11.* eo videlicet respectu, quatenus pars sunt, rei immobilis, eique perpetuo ex destinatione cohærent. HAHN. *ad Wesemb. tit. de rer. diuis. n. 4. verb. nisi per interpretationem.* Subsellia sunt in bonis ecclesiæ parochialis. Subsellia ad bona immobilia referuntur.

Quatenus ad iura incorporalia ſpectent?

Ceterum reſpectu parochianorum, quatenus ædibus adſcribuntur certis, ad *iura incorporalia* referri debent; cum hoc intuitu ædibus hiſce ius, habendi in templo parochiali ſubſellia certa, competat. Denique ſi ſunt in bonis eccleſiæ parochialis, ſi ius quoddam parochialibus ædibus in ſubſellia acquiri poteſt, fruſtra eſt diſputatio, *vtrum ſubſellia ſint in commercio, nec ne?* Quamuis enim ipſa templa non ſint in commercio: ab his tamen omnino ſeparanda ſunt bona templorum, & quæ pro his habentur, quorſum referimus ſubſellia. Cohærent quidem templis, & hoc reſpectu, vt dictum, immobilibus accenſentur; non tamen in ceteris naturam ipſius templi habent, ſed magis eccleſiaſticis ſeu parochialibus accenſentur bonis.

Vtrum ſint in commercio?

Cura exſtruendi ſubſellia, quibus incumbat?

§. III. Cura exſtruendi ſubſellia demandatur vt plurimum in conſtitutionibus eccleſiaſticis parochis & ædilibus eccleſiæ parochialis, den Kirch-Vätern, vti cautum *in ord. eccleſ. Sax. art. gen. 36. verb.* Darum bey dem Pfarrer ꝛc. ibi: Sonderlich aber ſollen alle Pfarrer und Kirch-Väter ein fleißiges Aufſehen haben, und Verordnung thun, daß durch den Bau der Geſtühle an dem Gehör göttlichen Worts niemand verhindert werde. In *ordin. Magdeb. c.* 24. ſimul exigitur cuiuscunque loci magiſtratus conſenſus, quo ſimul eo rectius proſpiciatur indemnitati eccleſiæ. Subſellia enim ita ædificentur, daß die Leute nicht hierdurch an dem Gehör göttlichen Worts, oder den Prediger auf der Cantzel oder nach dem Altar zu ſehen, oder gemeiner Gänge ſich zu gebrauchen verhindert werden.

Quomodo exſtruenda?

Subſellia officialium. Priuatorum.

§. IV. Sunt autem ſubſellia in duplici differentia. Primo *officialium* Amts-Stühle, Raths-Prediger-Profeſſoren-Kirchen-Väter-Stühle, deſtinata illis, qui certo præſunt officio; deinde *priuatorum* & ſingulorum, qua talium. Illa aliis concedi nequeunt, quam qui ſunt de illo officio, cui ſunt deſtinata. CARPZ. *iurispr. conſiſt. l. 2. def.* 372. Quin nec officialibus hoc permiſſum eſt, quia quod alicui conceſſum eſt reſpectu officii, id ad alium, deſtitutum hac qualitate, transferri nequit. Conf. *ord. Magd. eccleſ. cit. c.* 24. *§.* 12. Hæc vero a ſingulis redimi ab eccleſia poſſunt. Et quidem poſſidentur a ſingulis vel iure hereditario, inde *hereditaria* dicta, vel ad vitam, & dicuntur *non-hereditaria.* Illa rurſus vel certis adſcribuntur *ædibus*, werden auf das Haus geſchrieben, pro reditu annuo, SCHILT. *inſtit. iur. can. lib. 2. tit. 7. §. 6.* & quia rei inhærent, cum ipſa re ad quemuis poſſeſſorem tranſeunt: vel tantum *certæ familiæ* adſcripta, & pertinent ſaltim ad

Hereditaria.

Non-hereditaria.

eos

eos, qui ſunt de familia: SCHVLZ. *de eo quod iuſt. circa paroch. c. 4. §. 29.* niſi generalius ad quoscunque heredes extenſa fuerint: tunc enim in quoscunque heredes tranſeunt, ſiue ſint de familia, ſiue non ſint. HARPRECHT. *vol. nou. conſ. XXII. n. 15.* Familiaria.

§. V. Ius parochiale, eccleſiæ parochiali circa ſubſellia *non-hereditaria* competens, conſiſtit in ſequentibus: (1) quod eccleſia eorum *proprietatem* habeat; neque enim, niſi manifeſte probetur, ius hereditarium præſumitur, ſed eccleſiæ cedunt, MEV. *ſ. deciſ. 408. n. 2.* HARPRECHT. *cit. l. n. 20.* PHILIPPI *de iure ſubſell. c. I. §. 10.* (2) quod in illius proprietate poſſit vſus parochianis concedi pro certa oblatione, quæ in *modico pretio* conſiſtere debet. CARPZOV. *cit. l. def. 360. n. 8.* Hoc ſi ſemel conſuetudine determinatum, non facile augendum, quod diſerte inhibetur in *ord. eccleſ. Magdeb. c. 24. §. 10.* ibi daß keine Steigerung damit vorgenommen werde. Equidem hanc oblationem non *pretium* eſſe vult CHILT. *inſtit. iur. can. l. cit. §. 7.* cum tantum concedatur in *recognitionem dominii.* Sed praxis docet, vendi etiam ſubſellia ad vitam, adeoque nihil obſtat, quo minus *pretii veri* naturam habeat. (3) Hinc eccleſiæ parochiali competit ius prohibendi, ne a poſſeſſoribus, quibus ab illa conceſſa ſunt, temere in alios quocunque titulo transferantur, vti expreſſe prouiſum in *cit. ord. Magd. c. 24. §. 10.* ibi; noch dieſelben erblich, ſondern allein auf des Beſitzers Leben vergünſtiget, und keinem ſeinen Stuhl einem andern zu verlaſſen, zu vermiethen, zu vertauſchen, oder durch andern Titul zu cediren und wieder zu vergönſtigen verſtattet werden, bey Verluſt des Kirchen-Stuhls, deſſen ſich die Kirche anzumaſſen hat. Equidem quamuis facilius *ceſſionem* prohibitam eſſe, concedi poſſit: illud tamen in hac ordinatione ſingulare eſſe puto, quod ne quidem per locationem vſus eorum alteri concedi poſſit, cum tamen vſufructuario, quem communiter comparant cum poſſeſſore ſubſelliorum, commoditatem vſusfructus alteri relinquere, haud ſit in iure denegatum; *l. non vtitur 38. D. de vſufr.* Vnde & CARPZOVIVS *c. l. def. 362. n. 9.* regulariter id permiſſum eſſe, etiam in ſubſelliis alteri concedendis aſſerit. (4) Sicuti vſufructuarii morte exſtinguitur vſusfructus, ita & poſſeſſoris ſubſelliorum morte exſtinguitur vſus ſubſelliorum, & eccleſia ius habet, illa ſibi vindicandi. Vnde in *ord. cit. Magdeb. c. 24. §. 11.* Wenn aber ein Beſitzer des Stuhls mit Tode abgehet, oder ſich aus der Pfarre in eine andere wegwendet, ſoll derſelbe der Kirche wieder anheim fallen. Et in *ord. eccleſ.*

In ſubſelliis non-hereditariis eccleſia habet (1) proprietatem. (2) Ius concedendi vſum parochianis.

(3) Ius prohibendi, ne alienentur.

An per locationem a poſſeſſore aliis concedi poſſint?

(4) Ius ſibi vindicandi ſubſellia poſt mortem poſſeſſoris.

eccleſ. Sax. art. gen. 36. §. derowegen ſoll in den Kirchen ibi: ſondern da er ſtirbet, ſoll deſſelben, es ſey Mannes- oder Weibes-Stuhl, der Kirchen anheim gefallen ſeyn. Conf. CARPZ. *cit. l. def. 368.*

Ius parochianorum circa ſubſellia conſiſtit (1) in iure prætendendi præ aliis.

§. VI. Ius vero *parochianorum* in his ſubſelliis conſtituitur; (1) quod ius habeant *prætendendi* ſubſellia *præ aliis*, qui non ſunt parochiani. Cum enim peculiariter huic eccleſiæ parochiali addicti ſint, & ſimul obſtricti ad percipienda ibi ſacra, id vero commode fieri non poſſe videatur, niſi de certis ſubſelliis parochiani ſibi proſpexerint; hinc merito eccleſia parochialis illis de his proſpicere debet. Inde cauetur in *ordin. Magdeb. eccleſ. c. 24. §. 10.* Zuforderſt den eingepfarreten, oder in Ermangelung auch uneingepfarreten zum Gebrauch zu verſchreiben. Ex quo ſequitur, vt, quoniam hoc ius ſubſelliorum habent, quia ſunt parochiani, mutata parochia, illud retinere *non* poſſint, ſed ſubſellia ipſa rurſus cedant eccleſiæ. CARPZ. *def. 363. n. 6. ſeqq.* Hoc nomine itaque parochianis (2) competit *ius protimiſeos*, vt, ſi hi concurrant cum non-parochianis in emtione ſubſelliorum, potiores eſſe debeant. MEV. *5. deciſ. 408.* (3) Quamuis vero morte poſſeſſoris exſpiret vſusfructus ſubſelliorum: poſſeſſoris tamen heredes iure protimiſeos & prælationis vtuntur, modo ibidem ſint parochiani. MEV. *cit. l. n. 9.* Ita enim, *in ordin. eccleſ. Sax. art. gen. 36. §.* derowegen ibi: die ihn um ein leidlich Geld des Verſtorbenen nechſten Erben vor allen andern gönnen ſoll. Ceterum communiter heredibus *ab inteſtato* proximioribus id ius datum eſt, non habita ratione *agnationis* & *cognationis*, CARPZOV. *def. 367.* neque etiam ad certos tantum gradus ſuccedentium reſtrictum; quod quomodo intelligendum, latius explicat PHILIPPI *de iure ſubſell. c. 4. §. 8.* Singulari tamen ratione in Ducatu Magdeburgico hoc ius reſtrictum tantum ad certas perſonas, prout ex *ord. Magdeb. eccleſ. c. 24. §. 11.* liquet: Gleichwol der Verſtorbenen deſcendentes Brüder und Brüder-Kindern, die Männer-; Weiber-Stühle aber denen Töchtern und Töchter-Kindern, Schweſter-Kindern, Witwen, wenn ſie eingepfarret ſeyn, auch ſich darzu binnen 4 Wochen nach der Erledigung bey dem Vorſteher anmelden, und keinem weitern Freund vor andern Eingepfarreten, hinwieder auf ihre Perſon um ein billiges gelaſſen ꝛc. Præſcribitur huic iuri protimiſeos quatuor hebdomadum ſpatio, quod rurſus expreſſum in *cit. ordin.* aber Falls ſie in vier Wochen nicht hierum anhielten, einem andern Eingepfarreten auf ſeine Lebens-Zeit verſchrieben werden, quod tempus etiam in Saxonicis eccleſiis obtinere

(2) Ius protimiſeos.

(3) Cognatis poſſeſſoris defuncti idem ius competit.

Quodnam tempus iuri huic præſcriptum?

do-

docet CARPZOV. *cit. l. def. 368.* Ignoſcendum tamen merito heredi, ſi ob iuſtam cauſam intra tam breue ſpatium iure ſuo vti non potuerit, quo etiam merito refero cum CARPZOVIO *ignorantiam.* Quamuis enim alias hæc non præbeat iuſtam contra præſcriptionem exceptionem: id tamen minime locum habere poteſt in breuiori ſpatio, cum ratio, quæ in *præſumta ſcientia* eius, qui per longum tempus inquirere ceſſauit, conſiſtit, hic omnino ceſſet. Sic minores quoque, vbi ad maiorennitatem perueniunt, intra quatuor hebdomadas reſtitutionem petere poſſunt. PHILIPPI *de ſubſell. c. 4. §. 9.* (4) Adſcribit etiam parochianis nobilibus præ aliis parochianis *prærogatiuam* CARPZOV. *c. l. def. 369.* ex dignitate & ſtatus præeminentia, qua pollent, quæque adeo non parum præcedentiæ ipſis tribuit, quod tamen tantum ad nobiles parochianos reſtringit. Equidem quin mores huic ſententiæ ſuffragium ferant, non præfracte negabo: nam & reſcripta, a conſiſtorio adducta, de ipſa praxi, ſaltim Saxonica, teſtantur; verum inde ſimul conſtat, in eo quoque abiiſſe eccleſias parochiales a natura eccleſiarum, in genere conſideratarum, quod hic in eccleſia admittat reſpectum perſonæ, quod tamen *Sect. 1. c. 2.* reiectum eſt. Rectius itaque BRVNNEMANNVS in *iur. eccleſ. lib. 2. c. 2. §. 11* tutius eſſe exiſtimat, in talibus negotiis eccleſiaſticis perſonæ reſpectum ſeponere. *Nam*, inquit, *in eccleſia, cum cultum DEO præſtamus, omnes pares ſumus, & diſerte id a Iacobo videtur prohibitum in epiſt. c. 2. verſ. 2. & 3.* (5) Ius *diſponendi* de ſubſelliis, eaque in alium transferendi, qua ratione denegetur parochianis, quatenus vero competat, dictum *ad §. 5. n. 3.* Equidem SCHVLZ. *diſp. de eo quod iuſt. eſt circa paroch. c. 4. l. 34.* contra CARPZOVIVM aſſerit, quod ne quidem *commoditas ſubſelliorum* poſſit transferri in alium, cum argumentum ab *vſufructuario* ad illorum poſſeſſorem non procedat, & magis parochianus *vſuarium* referre videatur. Verum cum eccleſiæ parochiali per ſolam *commoditatis* translationem non præiudicetur, & communiter quoque *vſusfructus* poſſeſſoribus ſubſelliorum adiudicetur, ac denique *praxis* plurimarum eccleſiarum hoc approbet: non video, quare hoc ius parochianis ſit denegandum, niſi ſpecialiter id iis ademtum ſit, vti ſupra ex *ordin. Magdeb. eccleſ.* tradidi. Vnde nec STRYK. *ad Brunnem. I. E. cit. l.* hoc negat, ſed ſolummodo praxin locorum hic variare aſſerit, quod omnino admitto.

Ignoranti tamen tempus non currit.

An nobiles parochiani hic prærogatiua gaudeant?

(5) Ius commoditatem ſubſelliorum transferendi in alium.

§. VII. Circa ſubſellia *hereditaria* minus iuris eccleſiæ parochiali competit; plus vero iuris parochianis vel poſſeſſoribus.

Quomodo hereditario iure eccleſia poſſit transferre ſubſellia?

An etiam præſcriptione?

Equidem dubitatur, qua ratione eccleſia poſſit *hereditario iure* transferre ſubſellia? Verum ſicuti ſepulchra hereditaria conſtitui poſſunt, ita eodem modo ratio iuris non impedit, quo minus eccleſia poſſit alicui pro ſe & heredibus ſubſellia vendere, quamuis eo caſu neceſſariæ videantur illæ ſolennitates, quæ alias in alienatione bonorum eccleſiaſticorum requiruntur, de quibus alibi. Vid. CARPZ. *cit. l. def. 361.* Simili ratione per *præſcriptionem* hoc ius ſubſelliorum hereditarium conſtitui poſſe, negari nequit: neque enim iuris diuini, aut nullius ſunt, aut hominum commercio exemta, ſed potius in patrimonio & proprietate eccleſiæ. Equidem ſubſellia acceſſoria templorum eſſe videntur, adeoque eodem cum ipſis iure gaudent; & ſicuti illa præſcriptioni exemta ſunt, ita quoque idem de his aſſerendum videtur. Reſpondet HARPRECHT. *vol. nou. conſ. XXII. n. 47.* diuerſam eſſe rationem *templorum* & *ſubſelliorum;* illa, non hæc conſecrari, adeoque acceſſorium hoc caſu diuerſam plane qualitatem habere. Poteſt admitti hæc ratio, ſi cum Romanæ eccleſiæ doctoribus nobis res eſt, qui adhuc ſingularem *conſecrationi* virtutem effectumque ciuilem adſcribunt. Proteſtantibus longe alia menti inſidet ſententia, qui ne quidem proprie dictam *conſecrationem* habent, & ritum, quem adhibent, indifferentem ceremoniam eſſe ſciunt, quæ tamen ædibus ſacris nullam peculiarem imprimit qualitatem, vt iuris diuini, nullius, & extra commercium conſtituantur. Eccleſia ipſa conſtituit certam peculiaremque *vniuerſitatem;* habet ſuos Syndicos, arcam, patrimonium, aliaque iura. Ad *patrimonium* pertinet ædificium, quo eccleſia congregatur, pertinent alia bona, reditus, iura &c. & ita ipſum, quod vocatur, templum, vel rectius ædificium, congregationi deſtinatum, non eſt abſolute res nullius & extra commercium, ergo nec ſubſellia, tanquam eius acceſſoria. Atque hæc vera ratio eſt, quod ſubſellia dicantur eſſe in commercio, & præſcriptioni obnoxia. HARPRECHT. *cit. l. n. 53.* MEVIVS *ad ius Lubec lib. I. tit. 10. art. 6. n. 75.* MVLLER *in pract. rer. forenſ. reſ. 73. n. 27.* GRATIANVS *diſcept. for. c. 210. n. 51.* Ex eodem fundamento porro fluit quadraginta annorum præſcriptio, ſi modo aperte conſtet, quod vt *hereditaria* per hoc temporis interuallum poſſeſſa fuerint. Neque enim præſcriptio allegari poſſet, ſi is, cui ad vitam conceſſa, per quadraginta & plures annos ſubſellia poſſediſſet. HARPRECHT. *cit. l. n. 68.* An & quatenus vero hic titulus probari debeat, euolui *in tr. iur. eccleſ. proteſt. tit. de præſcript. §. 48.* Ceterum differentia eſt inſignis inter ſubſellia *hereditaria*, & illa, quæ ædibus fundisque adſcripta ſunt. In illis,

illis, siquidem *certæ familiæ* destinata, illud ius ecclesiæ parochiali reseruatur, vt deficientibus his, qui sunt de illa familia, rursus ecclesiæ parochialis liberæ dispositioni aperiantur. SCHILT. *instit. iur. can. t. 2. c. 7. §. 6.* Quæ vero ædibus adscripta sunt, nunquam videntur redire ad ecclesiam, & illud inde ius ecclesiæ parochiali adhuc competit, quod reditum annuum a possessore ædium capiat, quanquam hic magis respiciendum sit ad pacta, cum ecclesia inita. SCHILT. *c. l.*

§. VIII. Ius, quod heredibus circa *hereditaria* competit, consistit in eo, quod iure suo possint prætendere subsellia tanquam *heredes*, non quidem vt libere de illis possint disponere, sed vt, sicuti primus acquirens illa pro se & heredibus acquisiuit, eum in vsum quoque ipsimet illa adhibeant. *Hereditarium* enim dupliciter dicitur: (1) proprie pro eo, quod ita est in dominio, vt ad quoslibet vsus adhiberi possit: (2) vt quidem ius heredibus, qua talibus, competat, ab aliis tamen quam heredibus possideri nequeat. Sic & subsellia, ædibus adscripta, ab illis separari, & in alios a possessoribus transferri nequeunt, quia ius illud subselliorum *possessoribus ædium* istarum demun concessum. Vnde & *ordin. Magdeb. eccles. c. 24. §. 12.* diserte cautum, **daß, wenn die Stühle von denen Häusern veräussert, dieselbe wieder darzu gebracht werden sollen.**

Ius heredibus competens circa subsellia hereditaria.

Subsellia ædibus adscripta ab ædibus separari nequeunt.

§. IX. Ad *secundam classem* retuli bona illa parochialia, quæ sustentationi eorum, qui ecclesiæ parochiali inseruiunt, destinata sunt. Equidem si faciem primitiuæ ecclesiæ intuemur, animaduertimus, presbyteris certa non fuisse bona destinata, vti bona parochialia nostris parochis deputata sunt. Tempore Apostolorum communio bonorum obtinebat, & sic dominium bonorum ecclesiasticorum penes totam ecclesiam, i. e. penes omnes christianos fuit, ceu ex actis Apostolorum constat, adeoque tunc etiam presbyteri ex hisce communibus alebantur bonis, quatenus indigebant. Quamuis vero illa communio bonorum inter omnes christianos diutius non substiterit, vti docet ZIEGLERVS *de dot. eccles. cap. II. §. 3.* presbyteri tamen indigentes adhuc ex communibus bonis alebantur, cum ecclesiæ omnes sua peculiaria æraria habuerint. HOSPIN. *de orig. bon. eccles. c. 1.* Circumscribit hoc ipsum PAVLVS SARPIVS *in tr. des benefices art. 3.* ita: *Et cet usage dura environ deux-cens ans, les ministres de l'Eglise & les Pauvres subsistant toujours de la bourse commune sans qu'il y eût d'autre fonds, que les ofrandes, que les fideles faisoient dans l'Eglise; les quelles veritablement etoient très abon-*

Presbyteri olim alebantur ex bonis communibus.

dantes, car la charité etoit si grande, que chacun donnoit tout ce qu'il avoit moien de donner. Neque vero patrimonium constans ecclesiis comparare studebant, quod illis esset affixum in perpetuum, prout hodie fieri solet, sed quæ abundabat diuitiis, alii egenti succurrebat. Ita enim pergit idem *c. l.: Ainsi lorsque les biens des Chretiens d'une ville suffisoient aisément aux besoins de leur propre Eglise, il se faisoit aussi des collectes pour les autres Eglises, qui etoient pauvres.*

Bona ecclesiæ superflua egentibus submistrabantur.

Occasio recedendi a communione.

§. X. Verum, vti *sect. II. c. 2.* adnotaui, postquam clericis, relictis cœlestibus, incessit amor rerum temporalium, & maluerunt proprium aliquod territorium, intra quod regnarent, possidere; facilior fuit occasio, recedendi a pristinis moribus, & certum sibi vindicandi fundum, vnde non tam viuerent, quam sibi diuitias compararent. Et quod mireris, iam CYPRIANVS suo tempore seculo III. conqueritur de auaritia quorundam episcoporum, quod illi, quos & *hortamento esse oportet ceteris & exemplo, diuina procuratione contemta, procuratores secularium rerum fieri, derelicta cathedra, plebe deserta, per alienas prouincias oberrantes, negotiationis quæstuosæ nundinas aucupari studeant.* Vid. AMELOT DE LA HOVSSAIE *in not. ad Pauli Sarpii tr. des benefices ad art. 4.* Interim adhuc eo tempore nulla bona immobilia quiete possedit ecclesia, quia secundum leges Romanas ecclesiæ christianorum, tanquam collegia publice reprobata & illicita, non erant habiles ad possidendum aliquid immobile, vid. *l. 8. C. de hered. instit.* sed si quæ res immobiles ecclesiis dabantur, confiscationi statim erant obnoxiæ; vid. HOSPIN. *de orig. bon. eccles. cap. 1.* CONSTANTINVS demum in *l. 1. C. de SS. eccles.* ius capiendi ex testamento dedit ecclesiis, simulque aditum iis aperuit, acquirendi, & optimo iure possidendi bona immobilia. Spuriæ itaque sunt traditiones plerorumque, qui ad hæc tempora *fixa* bona immobilia ecclesiis adscribunt, vti bene iudicat SARPIVS *cit. l. p. 17.*

Cypriani querelæ de auaritia quorundam episcoporum.

Immobilia non possedit ecclesia eo tempore.

Constantini tempore immobilia possidere ecclesia cœpit.

§. XI. CONSTANTINI itaque temporibus immobilibus bonis cœpere ecclesiæ abundare, &, discretis eo tempore quoque parochiis, successu temporis inualuit, vt clericis de certo ex illis bonis prospiceretur reditu. Inde cœpit diuisio fieri de reditibus bonorum parochialium, cuius mentionem facit SIMPLICIVS Papa (quem alii SVLPICIVM vocant) in *c. de reditibus 28. C. 12. qu. 2.* quod vna portio ex his reditibus episcopo debeatur, duæ vero ecclesiasticis fabricis, & erogationi peregrinorum & pauperum, vltima denique clericis pro singulorum

rum meritis diuidatur. Distinctius hanc diuisionem enarrat GELASIVS Papa in *c. vobis 23. C. 12. q. 2.* quod ita sit instituenda, *vt vnam sibi tollat Antistes, aliam clericis pro suo iudicio & electione dispertiat, tertiam pauperibus sub omni conscientia faciat erogari, fabricis vero quartam.* Quod idem repetit in *c. quatuor. 27. C. 12. Q. 2.* Videlicet, vt ex *cit. c. vobis 23.* apparet, omnium reditiuum summa ex omnibus prædiis rusticis vrbanisque, ad ecclesiam illam pertinentibus, collecta ad Antistitem deferebatur, & ab eo diuisio instituebatur, vt clerici parochiales etiam suam portionem caperent: nam etiam quælibet ecclesia parochialis iam suum proprium habebat patrimonium, vti contra M. A. DE DOMINIS recte euincit ZIEGL. *de dot. eccles. c. 11. §. 10.* Probabile vero est ex verbis SIMPLICII in *c. de reditibus 28. cit.* vltimis, non tam *arithmetice* factam fuisse istam diuisionem, quam secundum *proportionem geometricam*, de quo ita iudicat PAVLVS SARPIVS *in tr. des benefices art. 7. Il ne faut pas croire, que cette division fût en quatre parties aritmetiques & égales, mais bien avec proportion. Car le nombre de Clercs dans quelques Eglises requéroit une portion plus forte, que celle des pauvres, au lieu que c'etoit le contraire dans les autres, ou il y avoit beaucoup de Pauvres & peu de Clercs: & comme dans les grandes Villes la depense de la fabrique étoit plus grande, que dans les petites, chaque Eglise, qui acceptoit le decret de partager en quatre, faisoit cette division avec vne proportion diférente selon la diference du besoin.* Conf. ZIEGL. *cit. l. §. 28.* MARTIN. SCHOOCK. *de bonis eccles. sect. I. cap. 5.* vbi pauperibus primum locum assignandum esse contendit. Illud vtique ex hac diuisione patet, rectius tunc temporis consultum paupertati fuisse, quam hodie, vbi ecclesiarum patrimonium superfluum rarius ad hoc impenditur, quanquam & postea quadrimembris ista partitio conuersa fuerit in bimembrem, constitutumque, vt omnes prouentus inter episcopum clerumque parochialem diuiderentur, cum magno pauperum detrimento & neglectu.

Diuisio reditiuum ex bonis paroch. in quatuor partes.

Eius modus in quatuor portiones.

Diuisio ista portionum parochialium fiebat geometrice.

§. XII. Ita ergo ipsi reditus inter parochos distribuebantur; bona vero ipsa parochialia non diuidebantur, sed manebant sub administratione eorum, qui ad hoc destinati erant. Lubet id rursus verbis PAVLI SARPII *in tr. des benefices art. 7.* referre, qui ita: *Mais environ l'an 500. quoique les revenus fussent divisez en quatre parts, les fonds, tant des biens immeubles que des ofrandes & des aumônes, ne l'etoient pas pour cela, mais le tout etoit gouverné conjointement par les Diacres & par*

Reditus diuisi, non bona parochialia.

les Sous-diacres, ſans autre partage, que celui des revenus. Quamuis itaque *nonnunquam* ſub adminiſtratione Diaconorum res eccleſiaſticæ eſſent: Epiſcopi tamen ſe vt plurimum adeo huic rei ingeſſiſſe videntur, vt neceſſum fuerit in *concilio Chalcedonenſi c. 26.* hanc adminiſtrationem eis auferre, œconomisque, ad hoc negotium conſtitutis, demandare. Refert hunc canonem GRATIANVS in *c. quoniam 21. C. 16. Q. 7.* vbi ita: *Quoniam in quibusdam eccleſiis, vt rumore comperimus, præter Oeconomos epiſcopi facultates eccleſiaſticas tractant, placuit omnem eccleſiam habentem epiſcopum, habere Oeconomum de clero proprio, qui diſpenſet res eccleſiaſticas ſecundum ſententiam proprii epiſcopi: ita vt eccleſiæ diſpenſatio præter teſtimonium non ſit; & ex hoc diſpergantur eccleſiaſticæ facultates & ſacerdotio maledictionis derogatio procuretur. Quod ſi hoc minime fecerit, diuinis conſtitutionibus ſubiacebit.* Horum œconomorum paſſim quoque iniicitur mentio in noſtro iure, vid. *Nou. 6. 7. & 123. l. 14. C. de SS. eccleſ. l. 25. 42. & 49. de epiſc. & cler.* quamuis & hi œconomi, epiſcopis minus grati, tandem deſierint eſſe, clero ad ſe adminiſtrationem rapiente, vti docet MARTIN. SCHOOK. *de bon. eccleſ. ſect. 1. c. 4.* vbi addit hoc epiphonema de clero ſui temporis: *Vtinam expendant quidam ex illis, qui reformati miniſtri haberi cupiunt, quos audire eſt ſæpe ſtomachantes, quod non poſſint mitti in poſſeſſionem bonorum, quæ ad parochiam ſuam pertinent, eaque per ſe adminiſtrare.* Sed quæ hic peranguſte retuli, fuſius pleniusque excutienda ſunt *ſect. ſeq.*

Oeconomorum origo.

Clerus tandem ad ſe rapuit adminiſtrationem bonorum.

§. XIII. Atque ad hæc vsque tempora incognita erant beneficia eccleſiaſtica, de quibus poſtea vberrime fama increbuit. Tunc enim demum innoteſcere cœperunt, vbi clero non e re amplius videbatur, iſti diuiſioni portionum inhærere; ſed malebat propria poſſidere bona. Occaſionem huius rei recenſet SARPIVS prælaudatus *art. 10.* ex quo, quæ huc ſpectant, breuiter contraham: Videlicet ſicuti diſſenſionum fomes communionem Chriſtianorum primæuam ſuſtulit; ita eædem præbuere anſam, œconomis eripiendi adminiſtrationem. Forſan enim hi non ſatis auiditati clericorum faciebant, & ſic hi quaſi de iniuria ſibi facta conquerebantur. Hinc conſultius ſibi eſſe putabant epiſcopi, ſi ipſi per ſe adminiſtrarent bona illa parochialia. Ad ſe itaque traxerunt ea, & diuiſione inſtituta, parocho cuique pedetentim ad morem feudorum ſuam portionem bonorum aſſignarunt, Neque vero talis diuiſio eſt eodem tempore facta, ſed in quibusdam primitus locis recepta adeo ſe extendit, vt ſucceſſu temporis mores

Occaſio & origo introductorum beneficiorum.

pri-

priſtini in omnibus fere eccleſiis deponerentur a clericis, imprimis malis, qui quo citius currunt, eo minora obſtacula inueniunt, vt ait SARPIVS. Inde occaſio nata *beneficiorum* introducendorum. Cum enim eo tempore, quo in hoeſtatu res eccleſiæ eſſent, principes agros publicos optime de militia meritis diſtribuerent, ſed hac lege, vt fidelitatem præſtarent in defendendis limitibus & caſtris, quales agri vocabantur *beneficia, fiefs comme choſes tenües des bienfaits du Prince*: ita clerus, politicos mores ſumme amplectens, partem de fundis eccleſiaſticis ſibi aſſignatam, vel potius ius illam poſſidendi appellauit BENEFICIA, quod eſſent inſtar *militum cœleſtium*, qui quaſi pro tali conceſſione fidelitatem in præliis ſpiritualibus promitterent, & pro hoc *ſeruitio eccleſiaſtico*, quæ & ipſa, quamuis per abuſum, *beneficia* dicuntur, poſſidere deberent, adeo, vt primæua feudorum ratio tutiſſime adhuc in his *beneficiis eccleſiaſticis* conſpici queat. Vnde etiam a nonnullis ita definiuntur, quod ſint *certa & ſpirituali muneri coniuncta bonorum eccleſiaſticorum portio, quæ certis ædibus ſacris ad hoc eſt aſſignata, vt clerico ob miniſterium ſacrum perpetuo ad vitam ſuſtentandam in victu & cultu cedat.* PETRVS MVRGA *de benefic. quæſt. 1. n. 4. in f.* Quæ autem ad hoc requirantur, vt *beneficium* proprie dictum appellari mereantur, a canoniſtis & imprimis MVRGA *c. l.* & BARBOSA *de iur. eccleſ. lib. 2. c. 4.* fuſius pertractatur, nec illa quidem materia huius loci eſt. Beneficiorum definitio.

§. XIV. Atque ex eo tempore parochi bona parochialia ceu *feuda eccleſiaſtica*, quibus inueſtiuntur ab epiſcopo tanquam feudi domino, poſſidere inceperunt, & adhuc in poſſeſſione quieta exiſtunt, pleriſque in locis, adeoque ea ipſa vt *vaſalli* adminiſtrant. Vtrum vero conſultius ſit, vt redeatur ad priſtinos mores, nec tam parochis quam aliis œconomis adminiſtratio eorum permittatur, non ſine ratione quæritur? Certe de Belgorum moribus id factum eſſe, aſſerit MARTIN SCHOOKIVS *de bon. eccleſ. ſect. 2. c 25.* vbi teſtatur, quod ringantur ſæpe multi ex ipſis Reformatis, quod alicubi, imo in ipſo Belgio, magiſtratus hæc bona ſiue alienauerit, ſiue fiſco ſuo vindicata per quæſtores adminiſtret, per hos cuique parocho dimenſum ſuum aſſignando, & mallent non ſolum ea ſuis parœciis annexa a paſtoribus loci curari, verum etiam quod indignentur grauiſſime, hæc bona a quibusdam fuiſſe emta, cenſentes, a ſacrilegio eum abſolui non poſſe, qui conſentiente quoque magiſtratu, imo ab eo ipſo bona mercatus fuerit, adeoque parocho, cuius forte intereſſet, obloqui magiſtratui, bonorumque ab eo Vtrum conſultius ſit, bona parochialia aliis adminiſtranda concedere, quam ipſis parochis adminiſtrationem permittere?

alie-

Rationes decidendi.

alienatorum restitutionem efflagitare posse. Quodsi hæc omnia, quæ hactenus de *origine iuris parochialis* circa bona parochialia dicta sunt, conferamus, meliori certe tunc visa fuit res esse loco, vbi per œconomos administrabatur res parochialis, singulisque parochis sua portio assignata ex reditibus loco *salarii* præbebatur, quam vbi clerus administrationem rerum parochialium sibi vindicauit. Etenim si modo rite magistratus suo satisfaciant officio, & œconomos fideles piosque administrationi præficiant, non video, qua ratione parochi conqueri possint. Qui itaque absque præiudicio examinauerit rationes SCHOOCKII *l. cit.* adductas, inueniet, illas omnino esse fundatas: ostendit enim, sæpe accidere, vt viri, donis eminentioribus præ aliis præditi, imo familia numerosiori onerati, vix tantum accipiant, vt suam suorumque famem propulsare queant, aliis interim non tantum deliciis vacantibus, verum etiam multum ex redituum annuorum residuo comparcentibus: quod nullam aliam ob causam accidere dicit, quam quia pastores coguntur contenti esse annuis reditibus, qui ordinarie ex bonis, parœciæ annexis, percipi solent, nec semper integrum est magistratui, defectum ex ærario publico supplere. Deinde quoque parochi exonerantur variis molestiis & laboribus, quos sustinere debent illi, quibus ipsa bona parochialia, vt ex eorum reditibus viuant, administranda committuntur. Denique quod eo modo obex ponatur auaritiæ parochorum. Nam si illis bonorum parochialium annui prouentus conceduntur, incertum est, quantum ordinarie accipiant, & sic auari parochi prætendere possunt, se minus quotannis accipere, quam reuera accipiunt &c.

Ius parochorum circa bona parochialia consistit in quodam vsufructu.

§. XV. Ceterum si de *iure* quæramus parochorum, quod illis in bona parochialia competit, facile patet, iure *quodam* vsusfructus tantum illa eis concedi, ad rationem *primitiuorum feudorum*, quæ etiam *vsumfructum quendam* constituebant, vt ex reditibus perceptis viuere possint. SCHILT. *instit. iur. can. l. 2. c. 8. §. 4.* CARPZOV. *iurispr. consistor. l. 2. def. 353. n. 1.* Vnde LVTHER. *tom. 6. Witt. f. 332.* dicit: **Niemand kan leugnen, daß kein Pfarr-Herr etwas eigenes hat an der Pfarre, sondern seyn Gäste in den Pfarr-Güthern, und müssen sie hinter sich lassen, wenn sie sterben.** Hoc tamen non esse intelligendum *absolute* puto, cum in quibusdam quidem referant *vsufructuarium*, in quibusdam vero ab eo discrepent, & partim deterioris, partim melioris conditionis esse soleant, prout antiquitus feuda erant constituta, vt de singulis postea videbimus.

§. XVI.

§. XVI. Quodnam vero *ius parochi* in ipſis reditibus habeant, etiam valde diſputatur, & per aliquot ſecula diſputatum fuit, vt teſtatur PAVLVS SARPIVS *in tr. des benefices art. 52.* illamque adhuc hodie eſſe relictam indeciſam. Videlicet eo recurrit tota controuerſia, *vtrum ſint proprietarii fructuum & reddituum, an vero tantum vſufructuarii, vel diſpenſatores?* ita vt priori caſu de iis diſponere pro lubitu, non vero poſteriori, ſed tantum inde neceſſaria vitæ capere poſſint, ſuperfluum autem reſtituere teneantur? Ex quo ſimul deciſio alius quæſtionis dependet: *vtrum miniſtris eccleſiæ, qui aliunde habent vnde viuant, liceat reditus ex bonis parochialibus capere?* Opiniones inter ſe hac de re certantium exhibent ZIEGL. *de dot. eccleſ. c. 11. §. 32.* SARPIVS *cit. l.* SARMIENTO *de redit. eccleſ.* Mediam quandam ſententiam elegit CAIETANVS, relatus ab AMELOT DE LA HOVSSAIE *in not. ad* SARPIVM *cit. l.* Ipſe PAVLVS SARPIVS adiudicat proprietatem reddituum parochis, modo officio ſuo, propter quod illos accipiunt, non deſint. Ita vero ille: *la iuſtice veut, que celui, qui eſt ſervi, paie le ſalaire à l'ouvrier, & que celuici en puiſſe faire ce qu' il veut: & il eſt indubitable, que le Chantre, le Organiſte et les autres Officiers des Egliſes ſont les maitres de la recompenſe, qu' ils ont pour leur peine. Il n' eſt pas non plus hors de raiſon de dire, que les Pretres & les autres Clercs doivent être païez pour le ſervice, qu' ils font à l' Egliſe, & que leur ſalaire eſt à eux.* Approbat eandem ſententiam quoque ZIEGL. *de dote eccleſ. cit. l. §. 33.* quod nullum præceptum extet diuinum, proprietati talium fructuum contrarium, quodque ſtipendia parochis adimat ſuperflua: quæ quidem ſententia in noſtris parochis admitti omnino poteſt, cum & vſufructuarius, licet fundi non ſit dominus, tamen fructuum inde perceptorum dominium habeat. Imo & antiqua feudorum ratio id docet, quæ ad inſtar *ſalarii* officialibus data ſunt, nec vnquam dubitatum fuit, quin vaſalli fructuum fierent domini. Aſt in aliis beneficiis, vt canonicatibus, præbendisue difficilior quæſtio occurrit, cum, vt praxis oſtendit, parum vel nihil laboris ſuſcipiatur ratione cultus diuini, & tamen ratione eius reditus percipiantur. Et huc puto reſpexiſſe PAVLVM SARPIVM, quando in fine de quæſtione hac ita iudicat, quod quidem controuerſia hæc difficulter decidatur in theſi, ſed facilius in hypotheſi, quod conſcientia cuiuslibet, ſi non plane quis obduratus ſit voluntaria quadam ignorantia, facile omnia tollat dubia: *Car Dieu*, inquit, *ne laiſſe point d' incertitude à ceux, qui veulent cheminer ſelon ſes commandemens.* Interim etiam in *foro externo* ſatis tuti ſunt, cum eodem, quo parochi, titulo fructus ſuos faciant.

De iure parochorum in reditus ex bonis parochialibus perceptos.

Sunt proprietarii reddituum.

Vtrum parochi ditiores reditus ex bonis parochialibus salva conſcientia percipere poſſint?

§. XVII. Sed de altera quæſtione, *vtrum parochi ditiores, qui ex propriis bonis ſe exhibere poſſunt, reditus ex bonis parochialibus iuſte percipere queant?* adhuc paucis videndum. Inter theologos tractauit hanc quæſtionem fuſius GERHARDVS relatus a DEDEKENNO *P. 1. vol. 1. membr. 4. ſect. 2. n. 1. pag. 971.* vbi contra PROSPERVM diſputat, ſed ex talibus argumentis, de quibus STRYK. *in not. ad Brunnem. ius eccleſ. l. 2. c. 5. §. 2.* iudicat, quod non omnia concludant. Ex ICtis illam reaſſumſit CARPZ. *iurispr. eccl. lib. 1. def. 122.* nihil aliud tamen agit', quam vt argumenta GERHARDI in compendio referat. Nihilominus eius ſententia in *ordin. eccleſ. Sax. art. gen. 24.* eſt approbata, vbi ita: Und ſoll keine gemeine Entſchuldigung angenommen werden, da ſie fürgeben, als ſey der Pfarrer ſonſt reich genug, dergeſtalt ſie allezeit ſich ausreden, und dem Pfarrer ſeinen gebührenden Sold verhalten möchten. Verum licet facile concedam, iure externo parochum, etiam diuitem, reditus ex bonis parochialibus prætendere poſſe; circumſtantiæ tamen tales adeſſe poſſunt, quæ faciunt, vt absque conſcientiæ ſuæ violatione exigere nihil quicquam poſſit: veluti ſi eccleſia & ipſi parochiani inopia premantur, iniquum certe foret, ſi parochus propterea ſuo officio defungi nollet, quod reditus ipſi non poſſent præberi. Tranſiret talis ſine dubio in *mercenariorum* ſortem, vt egregie iudicat STRYK. *cit. l.*, & oſtenderet, ſe magis parochiæ præeſſe propter fructus, quam ad promouendam gloriam Dei, & animas parochianorum ad veram Dei cognitionem ducendas.

Deciſio.

Ius parochi in ædes parochiales.

§. XVIII. Verum ſpecialior formanda eſt conſideratio bonorum parochialium. Primo loco occurrunt *ædes parochiales*, die Pfarre, in quibus ipſi ius habitandi conceſſum, quamuis vtrum *vſusfructus*, an vero tantum *vſus* ipſi in illis conceſſus, accurate determinari non poſſit, ſed potius cogitandum ſit, bona hæc parochialia *iure feudorum antiquorum* concedi, nec plus iuris, quam quod olim vaſallis, antequam feuda eſſent hereditaria, competiit, illis aſſignari poſſe. Cum vero etiam horum ratio pedetentim tum *moribus locorum*, tum *ordinationibus eccleſiaſticis* mutata ſit, ante omnia ad hæc iura reſpiciendum. SCHILT. *cit. l. §. 3.* Ex quo dependet deciſio quæſtionis, *vtrum parochus poſſit ædes parochiales aliis locare, vel inquilinos recipere?* Id paſſim prohiberi in conſtitutionibus eccleſiaſticis, conſtat. *In ordin. eccl. Magd. c. 24. §. 9.* ita diſpoſitum legimus: Weil auch fremde Hausgenoſſen wenig Vortheil ſtiften, ſondern vielmehr in den Häuſern Schaden thun, ſo ſollen die Prediger, Schulmeiſter und Küſter keine, es wären denn arme

An parochus poſſit ædes parochiales locare, vel in iis inquilinos recipere?

arme vertriebene ehrliche Leute, die Unterrichts und Troſts auf eine Zeitlang nöthig hätten, einzunehmen befugt ſeyn, doch denen, ſo bey ihren Filialen ſondere Wohnung haben, ſoll zu vermiethen frey ſtehen, aber der Conductor keine Hausgenoſſen mehr zu ſich nehmen. Hic occurrit aliqua limitatio, quam in *Saxonica ordinat.* non reperio, ſcilicet quod poſſit parochus *pauperes & ſolatii egentes* recipere, ne ei præcludatur materia benefaciendi, quod omnino commendandum puto. Ita enim indiſtincte *in ord. Saxon. eccleſ. art. gen. 32. in fin.* cauetur: Es ſoll auch hiermit allen Pfarrern und Küſtern ernſtlich befohlen ſeyn, daß ſie keine Hausgenoſſen in ihre Häuſer einnehmen, allerley Gefahr, Aergerniß und Schaden zu vermeiden, welche oftermals hieraus erfolgen. Wenn aber einem Pfarrer auch ein filial zu verſorgen zuſtehet, und daſſelbe auch eine beſondere Behauſung hätte, ſoll ihm vergunt ſeyn, ſolche zu vermiethen oder zu verpachten, doch daß derſelbe auch nicht andere Hausgenoſſen zu ſich nehme, und dem Hauſe keinen Schaden zufüge, ſondern da es geſchehen, denſelben alsbald wieder erſtatten ſolle. Vnde contractus locationis merito nullus eſt, quod confirmat CARPZ. *lib. 2. def. 253.* reſcripto quodam, vbi inter alia hæc leguntur; Ob nun wol euer Mieth-Contract vorhanden, und mit einer darüber gefertigten Schrift beyzubringen. Dieweil aber dennoch dem Pfarrer nicht gebühret, der Churfürſtl. Sächſ. Kirchen-Ordnungen zuwider einen Mieth-Mann und Hausgenoſſen zu ſich in die Pfarre zu nehmen, noch darinnen einige Stuben und Cammern um Geld andern zu vermiethen, ſo mag der mit euch getroffene Contract für gültig nicht geachtet, noch ihr in der Pfarr-Wohnung geduldet werden. V. R. W. Quodſi hæc iura examino ſecundum naturam *vſus*, in aprico eſt, plane ipſa recedere ab *vſu*, cum vſuario nullatenus ſit prohibitum, inquilinum ſecum recipere, *l. 4. pr. D. de vſu & habit.* quod tamen parochis expreſſe denegatum, adeoque nec ad regulas *vſus* hic ſemper recurrendum eſt. Quid ergo dicendum, quando nihil quicquam hac de re deciſum in ordinationibus eccleſiaſticis, *an in dubio locare illas ædes poteſt?* Quod exiſtimo: quamuis enim has ædes deſtinatas eſſe certæ perſonæ propter certum officium obiiciant; conſtat tamen, etiam eas res, quarum vſus ſimplex alicui conceſſus eſt, aliis locari poſſe. Vnde etiam olim vaſallos prædia feudalia locare potuiſſe, negari nequit, quamuis plurimi diſſentiant. vid FRANC. STYPMAN. *de ſalar. clericor. c. 9. n. 56. ſqq.* Interim etiam in *ordin. Sax. art. 22. §. 18.* cautum, ohne des

Parochus minus iuris habet in ædibus parochialibus, quam vſuarius.

In dubio ædes parochiales aliis locari poſſunt.

Consistorii sonderbare auf gewisse Maaß und Geding geschehene Zulassung soll kein Pfarrer oder Schulmeister aus seiner ordentlichen Amtswohnung in sein eigenes oder fremdes Haus mit der Wohnung sich wenden.

Parochus debet ædes parochiales sartas tectas conseruare.

§. XIX. Sunt vero parochi obstricti, ita ædibus parochialibus vti, prout patremfamilias bonum decet, vti de vsufructuario dicitur in *§. sed si gregis 38. I. de R. diuis.* Cum vero officium boni patrisfamilias quoque in eo consistat, vt sartæ tectæ ædes conseruentur; parochus ad illas impensas *modicas*, per quas ædes sartæ tectæ conseruantur, obstringitur. FRANC. STYPMAN. *de salar. cleric. c. 9. n. 3. sqq.* conf. *c. 1. X. de eccl. ædific.* Variant tamen hac in re constitutiones locorum. In *ordin. Magd. eccl.* id claris verbis dispositum in *c. 4. 5. & 6.* vbi distinguitur, daß dasjenige, so von dem Gesinde durch den täglichen Gebrauch beschädiget wird, als Ofen, Fenster, Thüren, Schlösser, Dach und Fach, von denen Predigern, in baulichem Wesen erhalten werde, zumaln wenn die Kirchen und Küstereyen oder Eingepfarrete unvermögend sind.

Ad maiores impensas parochus non obligatur.

Quodsi vetustate ædes corruptæ maiores impensas ad refectionem requirunt; ad has non obligatur parochus, sed a parœcianis vel ecclesia talis refectio est suscipienda, vti docebitur infra *sect. VII.* & si eo nomine necessariæ impensæ a parocho factæ, illas repetere potest. STYPMAN. *cit. l. n. 45.* Eodem modo distinguitur *in ordin. Sax. elect. art. gen. 32.* vbi in genere additur clausula, so lange sie darinnen wohnen, und daselbst Pfarrer bleiben, wie guten Hauswirthen gebühret, im baulichen Wesen erhalten und nicht verfallen lassen.

In Marchia onus sartas tectas ædes conseruandi tantum incumbit parocho rurali.

Sed in *ordin. March. consist. tit. 25.* inter ædes parochiales, in *ciuitate* & *ruri* positas, distinguitur, vt onus sartas tectas conseruandi incumbat parochis ruralibus, non vrbanis. Dicitur enim ibi: Es sollen die Collatoren, auch Räthe in Städten und Flecken, mit Hülfe und Zulage der Gemeine, die Pfarren und Capellaneyen, da es im gemeinen Kasten nicht verhanden, bauen und in baulichen Würden erhalten. In Dörfern aber soll es also damit gehalten werden, daß welcher Pfarrer eine Pfarre beziehet, so wohl gebauet, auch mit allen zugehörigen Gebäuden nothdürftig zugerichtet, der soll die auch mit Dach, Fenstern, Kachelöfen, Schlössern, Bäncken und allen andern Eingebäuden wesentlich erhalten, darauf denn die Dorfherren, Schultzen und Gotteshaus-Leute, wenn die jährliche Kirchen-Rechnung geschicht, fleißig sehen und den Pfarrer deß verwarnen, wo das Pfarrhaus und die andere zugehörige Gebäude an obberührten Stücken und des Dachs

Dachs halben würde Schaden nehmen, daß er oder seine Erben auf sein Absterben solches allein reficiren und wieder bauen soll. Conf. CARPZ. *lib. 2. def. 352.* BRVNNEM. *ius eccles. lib. 2. c. 3. §. 1.* PETR. MVLLER. *de bon. paroch. c. 3. th. 7.*

§. XX. Quod ad *agros* attinet, seu alia *prædia rustica parochialia* itidem omnem tenentur adhibere operam, vt bene colantur. Hunc in finem in *ordin. eccles. Magd.* cautum *c. 24. §. 8.* daß die Pfarrer das Stroh und den Mist, so von den Pfarräckern kommt und gemacht wird, zu den Pfarräckern wieder gebrauchen, und dieselbige in gutem Stande erhalten sollen. Et in *Elect. Saxon. ordin. visit. rubr.* von der Kirchen-Diener ꝛc. *n. 14.* visitatores inquirere iubentur, ob die Pfarrer auch ihre Haushaltung und Aecker wohl bestellen? Agros parochiales bene colere debent parochi.

§. XXI. Ceterum facilius est, vt parochi in *agris parochialibus* aliis locandis non impediantur. Hoc enim experientia hactenus est comprobatum, parochos rurales, dum ipsi rus colere debuere, a cura animarum sibi commissarum magnopere auocatos fuisse: vnde, vti iam supra monui, consultius vtique foret, si agri parochiales parochis sub lege hac committerentur, vt aliis rusticis vel nobilibus illas locarent, quamvis si monitum BRVNNEM. *de iur. eccl. lib. 2. c. 5 §. 6.* obseruaretur, quod *agricultura eos posset sui muneris in agricultura & messe spirituali admonere*, secure quoque agriculturæ operam dare possent. Conf. FRANC. STYPMAN. *de salar. cleric. c. 9. n. 71 seqq.* Et in hoc passu fere referunt vsufructuarios, qui & ipsi non prohibentur suos agros locare. Inde in *ordin. March. consist. tit. 19.* dispositum ita: Die Pfarrer mögen ihre Pfarrhufen selbst beackern, oder denen von Adel und Bauren ihres Gefallens, und so hoch sie können, auf ein Revers austhun, daß sie die, wenn es die Pfarrer begehren, wieder abtreten wollen, und sollen solche Revers unserm Consistorio überantwortet, und durch den Notarien desselben in ein sonderlich Buch registriret werden. Quod caute prouisum, ne occasione locationis fiat alienatio, & prædia in conductores sub aliquo colore transferantur STRYK. *in not. ad Brunn. ius eccl. lib. 2. c. 8. §. 6. verb. aliis locare possunt.* Hunc in finem quoque in iure canonico cautum, ne vltra triennium aliis locentur *c. ambitiosæ extrau. de reb. eccl. non alien.* Idem tamen ædituis & custodibus permissum non esse arbitror, cum illi per agriculturam non abstrahantur ab officio suo, adeoque in *ord. Sax. Elect. visitat. rubr.* von den Schreibern *n. 13.* visitatores inquirere iubentur, Ob er (der Kirchdiener) selbst seine Garten, Agros parochiales locare possunt parochi. Aeditui suas ædes locare nequeunt.

Aecker und Wiesen gebrauche, die er ohne Vorwissen und Vergünstigung nicht vermiethen soll.

§. XXII. Ne itaque parochi, vbi locare vel non possunt vel nolunt suos agros, ipsi manus huic rei admouere tenerentur, & ita circa secularia occupati, ea, quæ sui officii essent, negligerent, maiores ecclesiis prospexerunt de certis hominibus, qui curam & operas istas in se susciperent; vnde factum, vt ecclesia parochialis suam haberet familiam, quod ex antiquitate germanica fusius eruit ZIEGL. *de dot. eccl. c. 9.* & varia genera eiusmodi personarum, ecclesiæ parochiali addictarum, recenset. Noti adhuc sunt in Saxonia alibique *dotales* h. e. **Dienst und Frohn-Leute, auf daß die Pfarrer Leute zu Dienste haben**, qui sine dubio cum *dote* ecclesiæ parochiali cesserunt, & ad hoc ecclesiæ addicti sunt, vt dotem ei datam colerent, & operas, alioquin dotanti debitas, ei præstarent. His igitur competit onus, parochiales agros colendi, & culturam, quatenus illa pertinet ad eos, præstandi, qua de re ita cautum in *ord. Sax. eccles. art. gen. 27.* **Dieweil an etlichen Orten von den löblichen Vorfahren, alten Herrschaften oder Collatoren zu den Pfarren Dotales, das ist, Dienst- und Frohn-Leute verordnet, auf daß die Pfarrer Leute zu Dienste haben, und ihre Güter desto geruhiger und besser bestellen können, sollen durch jedes Orts Obrigkeit und Visitatores die Leute vermahnet werden, solche Dienste willig und gerne ihren getreuen Seelsorgern zu leisten.**

Familia ecclesiæ parochialis. Dotales.

Dotales ius parochiale colere debent.

§. XXIII. Sunt vero eiusmodi *dotales* in multiplici differentia, quamuis CARPZ. *lib. 2. def. 357. n. 7.* eos exinde solummodo metiatur, quod sint possessores bonorum ecclesiasticorum, & sic ab illis oneribus & seruitiis magistratui debitis immunes, in cuius immunitatis compensationem parochiæ gratis inseruire, ac propterea ad culturam agrorum parochialium operam *absque mercede* præstare debent. Hoc enim genus dotalium olim proprie huc non pertinebat; sed a fundatorum destinatione tales fiebant, quando scilicet præter dotem certos *colonos*, qui olim seruilis conditionis, & glebæ adscriptitii erant, ecclesiæ tradebant, vt partem *dotis* ecclesiasticæ constituerent, & illi proprie erant *dotales*. Prout autem a fundatoribus ad emolumentum ecclesiæ parochialis destinabantur, eatenus etiam ecclesiæ inseruire tenebantur. ZIEGLER. *de dot. eccl. c. 9. §. 52.* Promiscue tamen hodie etiam *dotales* vocantur, qui dotem seu bona parochialia possident. Sic itaque sunt *dotales*, qui, vt dictum, operas agriculturæ causa parocho præstant, vti exemplum affert. ZIEGL. *cit. l. §. 53.* de duobus rusticis, quotannis agrum præ-

Varia genera dotalium.

Dotales qui nam hodie vocentur?

præpoſiti raſtro ſubigere, omnemque culturam eidem præſtare obſtri-ctis. Deinde ſunt alii *dotales*, qui bonis parochialibus inſiſtunt, & vel certum cenſum vel ſeruitium præſtant parocho, quod rurſus dupliciter contingit, vt vel eccleſia retineat dominium, vel etiam transferat in dotalem. Exemplum poſterioris refert ZIEGL. ex matricula *conſiſtorii Wittebergenſis* de anno 1555. ſub *tit.* Paſerin vbi ita: Dieſer Pfarr iſt vom Churfürſten zu Sachſen Hochlöbl. Gedächtniß mit einem Acker-Guth verſehen und begnadet, ſamt einem groſſen Gehöfe und Garten, und zwey Huſen Landes und etliche Morgen Wieſen und Hueſſchlag, ſamt etlichen geringen Holtz. Daſſelbe Pfarr-Guth hat ietzund Blaſius Krüger, und giebt dem Pfarrer jährlich 18. Scheffel Korn, 18. Scheffel Hafer, 1 Schock an Gelde, ſoll ihm auch wie andere des Pfarrers eigene Dienſt-Leute davon dienen. Reliqua ex ZIEGLERO hic addere ſuperſedeo, quamuis optime ad illuſtrationem huius materiæ faciant, & hinc B. L. plura deſideranti ſatisfieri inde poſſit. Gaudent hi dotales patrocinio ipſius conſiſtorii, CARPZ. *cit. l.* & *iurisdictio* inferior in ipſos non competit domino loci, in quo eſt eccleſia parochialis, ſed *parocho*. SCHILT. *in prax. iur. Rom. Ex. 6. th. 24. inf.*

Aliud genus dotalium.

Dotales gaudent patrocinio conſiſtorii.

§. XXIV. Ad bona parochialia quoque pertinent *ſiluæ parochiales*, Pfarr-Höltzer, & cum vſusfructus tantum in talibus ſiluis parochis competat, videndum, quatenus ius eorum ſeſe exſerat, in cædenda ſilua. Secundum ius ciuile vſufructuarius, qui vſumfructum in ſilua cædua habet, ita cædere debet, ſicut bonus paterfamilias cædere ſolet; *l. 9. in f. de vſufr.* Hinc grandes arbores non cædere, ſed ramos tantum ſumere, arbores euulſas, vel vi ventorum deiectas, vsque ad vſum ſuum adhibere poteſt. *l. 18. n. 12. pr. D. eod.* Idem de parocho dicendum eſſe arbitror, vt optime obſeruatum eſt in *ordin. Sax. eccl. art. gen. 31.* his verbis: Als aber befunden, daß die Pfarr-Gehöltze durch die Pfarrer zu Zeiten aus Geitz, oder ſonderlich eigenem Nutzen vorſetzlich mercklich verhauen und alſo verwüſtet, daß etwa ihnen ſelbſt, auch ihren Nachkommenden an jährlicher Beholtzung mangelt, ſo wollen wir, daß hinführo denen Pfarrern ihres Gefallens Holtz zu hauen nicht verſtattet, beſondern nach Gröſſe und Gelegenheit, auch Abtheilung des Holtzes, und an guten gelegenen Orten (damit es wiederum wachſen, und nicht etwa gar verhauen werden möge) mit Vorwiſſen der Erb- und Lehen-Herren (da die verhanden oder zu erlangen,) oder in deren Mangel des Richters, oder Kirch-Väter nothdürf-

Silua parochialis quomodo cædenda?

Conſtitutio Saxon. de ſiluis parochialibus.

dürftig Feuerholtz zu hauen angeweist, und ferner nichts, weder durch sie, die Pfarrer, Kirch-Väter, oder jemandes anders, aus den Pfarr-Höltzern zu Brennholtz oder bauen etwas gehauen werde, damit alle nachkommende Pfarrer so wol und viel Holtzes finden und haben mögen, wie die ietzigen Pfarrer haben und bekommen ꝛc. Ceterum si silua sit ingens, & ligna non solum vsui parochorum sufficiant, sed etiam aliis quædam inde vendi possint, parochis ius vendendi non competit, sed potius pecunia, ex tali ligno redacta, sub vsuris collocatur, & hæ tantum parochis cedunt CARPZ. *def. 101. n. 5. & 6.*

Parochi ligna ex silua parochiali vendere nequeunt.

Cura parochorum circa fines.

§. XXV. Denique & *fines agrorum* aliorumque bonorum parochialium sunt conseruandi, ne confines exarando aliquid detrahant. Id quod si fiat, merito fines dirigendi, & malitiosi, qui fines turbant, puniendi. Huic malo in plurimis constitutionibus ecclesiasticis obex positus est, & magistratui loci iniunctum, die Kirchen-Pfarr- und Schul-Güter richtig zu versteinen, und nachmals durch die Kirchen-Väter oder Vorsteher jährlich einmal besichtigen und erkundigen zu lassen, ob etwas denenselben entzogen, davon abgeackert, oder sonsten Schaden daran zu mercken, und da sie dergleichen befinden, dasselbe unnachläßlich bestrafen ꝛc. vid. Kirch-Ordnung adiecta FRITSCH. *iur. eccles. in calce c. 6. §. 1.* Add. PETR. MVLLER. *de bon. paroch. c. 3. §. 9.* vbi eiusdem materiæ adducit constitutionem.

De anno gratiæ remissive.

§. XXVI. Mortuo parocho viduæ eius solet *annus gratiæ* concedi. Ex quo patet rursus differentia ab *vsufructuariis*, quibus mortuis statim exstinguitur vsusfructus, & heredibus de fructibus nondum perceptis parum vel nihil adiudicatur. Hic vero diuersa est ratio in vidua & liberis, quæ alicubi per integrum annum adhuc fructus percipit; alicubi per dimidium; variant enim hic mores. Verum meretur hæc materia peculiarem disquisitionem, adeoque quæ huc pertinent, & quæ de *salario promerito* dici possunt, plenius enucleaui in dissert. de *anno deseruito*, cui iungenda est diss. STRYK. *de anno gratiæ* & STYPMANNI *tr. de salar. clericor. c. XI.*

De reliquo patrimonio parochiali remissiue.

§. XXVII. Superest adhuc tertia classis bonorum parochialium, quæ magis patrimonium ecclesiæ parochialis augent, vel etiam ad alios vsus & sumtus statutos adhibentur, velut ad ceram comparandam &c. Hæc bona imprimis dependent ex administratorum, derer Kirchen-Vor-

Vorſteher, adminiſtratione. Verum & hæc iura hic intacta relinquo, & *Sectioni VII.* reſeruo.

CAP. III.
De
Priuilegiis bonorum parochialium.

§. I.

Antiquiſſima inter ICtos eſt traditio, *piam cauſam eſſe fauorabilem;* quæ quo antiquior, eo firmiores egit radices, vt ſæpe fauor iſte ad *iniqua* & *impia* per *abuſum* extendatur, quod tractatus ANDREAE TIRAQVELLI *de priuil. cauſar. piarum* abunde docet, in quo ſine examine doctorum tradita, rariſſime fundata, ad nauſeam coaceruauit. Vnde ſedulo cauendum eſſe arbitror, ne hac regula abutamur, ſed ſuis includamus limitibus, nec fauorem, piis cauſis datum, vtra *diſpoſitionem iuris expreſſam* extendamus. Non nego, ſingularia *piæ cauſæ* attributa eſſe priuilegia, & hoc intuitu recte dici, magnum eſſe in iure *fauorem* piæ cauſæ. Verum ſicuti *ius ſpeciale*, tanquam *exceptio* a *regula*, non eſt producendum ad conſequentias; *l. 14. D. de LL.* ita iniqui ſunt, qui hunc fauorem nimium extendunt vltra caſus, in iure expreſſos, & hoc proletario argumento ducuntur: *quicquid eſt fauorabile, ei vbique exceptio a regula attribui debet*, quod tamen non eſt *interpretis*, ſed ſolius *legislatoris*. Cùm itaque in præſenti capite priuilegia *bonorum parochialium* expoſiturus ſum: danda erit opera, vt priuilegia quidem, quæ bonis hiſce indulſerint leges, fideliter exhibeam, non tamen fauorem hunc vlterius extendam, quam quatenus leges & ratio admittunt. De fauore piarum cauſarum.

§. II. Iam ſupra *c. I.* demonſtraui, eandem eſſe originem bonorum eccleſiaſticorum, quæ eſt templorum inter chriſtianos. Sicuti itaque bona eccleſiaſtica *patrimonium ipſius eccleſiæ* facta ſunt, & templis ingens fauor ſtatim ab initio conciliatus eſt; ita non mirandum, quod & eorum *patrimonio* tanta priuilegia ſint indulta. Iam ve- Vnde depeneat fauor bonorum eccleſiaſticorum?

Vnde exemtio bonorum eccleſ. a poteſtate ſeculari?

ro templa ad res *iuris diuini* relata, & propterea extra commercia humana poſita ſunt, proprietate quaſi adiudicata Deo, ex quo collegerunt, eius patrimonium commercio humauo eſſe exemtum vt ſeculari poteſtati non amplius eſſet obnoxium. Ex hoc principio ſemel firmato, quod res eccleſiæ eſſent quaſi in *dominio diuino*, non poterant non plures concluſiones ſequi, quæ tot tantaque priuilegia ipſis attribuerent. Quare recte cenſet ZIEGLERVS *de dot. eccleſ. c. 12. §. 8.* inde fontem omnium priuilegiorum petendum eſſe.

Cuinam competat proprietas rerum eccleſiaſticarum?

§. III. Vt vero conſtet de origine huius opinionis, primo inquirendum eſt, *cuinam proprietas rerum eccleſiaſticarum adſcribi poſſit?* Sunt, qui dicunt, bona eccleſiaſtica eſſe *poſſeſſiones ipſius Dei; c. reuertimini 65. C. 16. Q. 1.* Id quod ſi intelligatur de dominio vniuerſali Dei in omnes res creatas, admitti poteſt ſententia ſecundum *Pſalm. XXIV. Domini eſt terra & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuerſi, qui habitant in eo.* Verum hæc ſententia de *ſingulari* & *peculiari proprietate*, Deo competente, intelligi ſolet, ita vt nullum ius homini in tales res amplius ſuperſit, ſolis clericis, vt *vicariis DEI*, & quibus præterea Deus hæc bona appropriavit, ius in illa exercentibus: & de hoc ſolummodo eſt quæſtio. Qui volunt, res eccleſiaſticas, adeoque bona parochialia, tantum eſſe in *proprietate* ipſius *Dei*, næ conceptum *eccleſiæ* valde turbant, cum hæc *communitatem* denotet, & ſic *perſonam* induat *myſticam*, quæque adeo ſubiectum huius dominii & proprietatis merito audit. Sed non adeo in obſcuro poſitum eſt, fontem opinionis contrariæ indagare, quando vel ad ethnicorum rationes in legibus poſitas reſpicere, vel conceptum *eccleſiæ* in ſenſu iuris canonici denudare volumus. Ethnici cum crederent, templa eſſe in proprietate Dei, ſimul quoque eius bona conſtituere debebant in eiusdem proprietate ſingulari, adeoque etiam CARPZOV. *iurispr. eccleſ. lib. 2. def. 299. n. 1.* non dubitat, bona eccleſiaſtica *iuris diuini* & velut *DEO dicata* profiteri. Etiam has opiniones poſtea inter chriſtianos fuiſſe receptas, vel potius ex ethnicorum ſcholis in chriſtianiſmum deductas, fatetur ipſe ZIEGLERVS *de dot. eccleſ. c. 12. §. 2.* Saniori & meliori ratione in primitiua eccleſia *bona eccleſiaſtica* magis denominabantur ab *eccleſia*, quatenus *congregationem fidelium* denotabat, quam quatenus *templum*, vti poſtea ex deprauato iſto ſenſu factum eſt. Præterea ſi vocem *eccleſiæ* in ſenſu iuris Pontificii intuemur, expeditum eſt, ea appellatione venire *clerum*, vt non diffitetur GELASIVS *de reſtitut. in*

An Deo?

Negatur.

Vnde contraria opinio orta?

Quo ſenſu bona eccleſiaſtica dicta in primitiua eccleſia?

in-

integr. ad c. 1. de restit. in integr. in 6. n. 57. & sic *bona ecclesiastica* reuera sunt *bona clericorum*, & quia hi sunt *sors Dei*, etiam *iure Dei* dicuntur possidere hæc bona; quemadmodum in veteri testamento *Leuitæ* possidebant illa, quæ Deo debebantur. Ex hoc itaque exemplo apparet, quantum nocuerit, quod vox ecclesiæ *templis* & *clero* sit attributa.

§. IV. Aliena forsan a veritate dico, & credulis suspectus sum: vnde propter hos necesse erit, alios quoque hac de re audire. PAVLVS SARPIVS *intr. des benefices art. 21. qu. 2.* optime totam rem definit, & veram rei denudat rationem. Ita autem ille: *C'est pourquoi le même Cajetan & le Pape Hadrien VI. disent: que la proprieté des biens est à l'Eglise, c'est-à dire, à la communauté des fideles du lieu, auquel les biens sont laissez; de sorte que la proprieté des biens de l'eglise Romaine apertient à toute la communauté des Romains. Tout le monde sait, qu'une communauté dans le droit est aussi capable de posseder, qu'une personne privée, & c'est en ce sens, que l'on dit, qu'un tel bien est à la ville, pour dire, qu'il n'est à aucun particulier, mais à tous ensemble; & que plusieurs disent dans leurs testaments: Ie laisse à l'Ecole de S. Roch, au couvent des Cordeliers &c. Cete doctrine se confirme tres bien par l'ancien usage de l'Eglise, & par la façon de parler des Canons. Il est sans doute, que les fonds, aiant à etre surnommez du nom d'une personne, sont appellez de celui du proprietaire; Or tous les Canons & l'ancien usage ont toujours apellé ce qui apartient aux Ecclesiastiques, les biens de l'Eglise, elle en est donc la proprietaire: Et ceux là s'accordent avec nous, qui disent, que ces biens sont à Jesus-Christ; car toutes les Eglises Chretiennes, depuis tres-longs temps, se sont dénomées non seulement du nom de la ville, mais encore de celui de leur premier, ou plus fameux Evéque: Ainsi l'Eglise-Romaine c'est surnommée de S. Pierre; l'Eglise d'Alexandrie, de S. Marc; & celle de Ravenne, de S. Apollinaire; d'ou les biens de ces Eglises ont pris aussi le nom de ces Saints: de sorte que les biens de l'Eglise Romaine sont appellez biens de S. Pierre. Et c'est de là qu'est venu l'usage de dire, comme font tous anciens Ecrivains, le Patrimoine de S. Pierre, les Terres de S. Pierre, le patrimoine de S. Apollinaire &c. Et dautant que Jesus-Christ est le Chef & le protecteur uniuersel de toutes les Eglises, ce qui est à l'Eglise universelle, & à chaque Eglise particuliere, s'appelle le patrimoine de Jesus-Christ, qui est la même chose, que de dire, de l'Eglise, dont Jesus-Christ est le chef, de même que les biens de la Republique de Venise sont dits biens de S. Marc, c'est-à dire d'une Republique, qui porte le nom de ce Saint. Et veritablement tout ce qui fut ac-*

Sententia Sarpii, de proprietate rerum ecclesiasticarum.

quis, lorsque les biens Eccleſiaſtiques etoient en commun, dans chaque dioceſe, apartenoit en propre à l' Egliſe univerſelle, puisque toutes les donations & tout les legs ſe faiſoient à elle. Il eſt certain, que ces biens furent acquis, & ils ne purent étre acquis, ſi non par ceux, à qui la loix permit de les acquerir. Or les loix de Conſtantin permirent, qu' il fut donné au communautez Chrêtiennes, c' eſt - a dire, à tout le corps des Chrêtiens, qui ſe trouvoient dans les villes; le domaine de ces biens eſt donc à ces communautez. Mais depuis que les partages furent faits, & les beneſices inſtituez, les legs & les donations ſe firent aux Egliſes particulieres, & le plus ſouvent, pour un uſage particulier de pieté. Ainſi de quelque choſe que ce puiſſe être, l' on ne ſauroit dire, qui en eſt le maitre, ſi l' on ne voit la diſpoſition des Teſtaments & des donateurs. Pour parler donc avec fondement, nous ne pouvons rien dire, ſi non que les Prelats & les autres eccleſiaſtiques ſont gouverneurs & diſpenſateurs des biens d' Egliſe, pour en faire ce, qu' a pretendu celui, qui les a donnez ou laiſſez, & non autre choſe; & que le maitre de ces biens eſt la perſonne particuliére ou la communauté, en faveur de qui a été le legs ou la donations &c. Hactenus SARPIVS. Egregie certe hanc cauſam enucleauit: hinc operæ pretium eſſe duco, mentem eius quoque latino exprimere idiomate. Ita autem verſio inſtitui poteſt: „Quo circa idem Caietanus & Papa Hadrianus VI. dicunt, „proprietatem bonorum eſſe eccleſiæ, h. e. *vniuerſitatis fidelium illius loci*, cui ſunt relicta bona, ita vt proprietas bonorum Romanæ eccleſiæ „pertineat ad *vniuerſitatem* Romanorum. Quilibet nouit, *vniuerſitatem* in iure eodem modo bona poſſidere poſſe, quo priuatus quispiam. „Et hoc ſenſu etiam vulgo dicunt, talia bona ſpectare ad *ciuitatem*; h. e. „non eſſe *ſingulorum*, ſed omnium, ſimul ſumtorum. Item quod plerique „in teſtamentis dicant: *Lego Scholæ ſeu Gymnaſio de S. R., lego conuentui &c.* „Hæc doctrina optime confirmatur antiqua praxi eccleſiæ, & more „loquendi ſecundum canones. In dubium certe eſt, fundos, a perſona „quadam denominationem accipientes, denominatos eſſe a *proprietarii* „nomine: quo circa omnes canones & praxis inueterata illud, quod ad „*eccleſiaſticos* pertinuit, appellarunt *bona eccleſiæ*. Illi itaque proprietas „competit. Illi quoque nobiscum faciunt, qui dicunt, illa bona eſſe „Ieſu Chriſti; omnes enim eccleſiæ chriſtianæ ab antiquis vsque tem„poribus non ſolum denominationem ſuam acceperunt a ciuitate, ſed „etiam a primario & celebriori eius epiſcopo. Sic eccleſia Romana „a S. Petro dicta, Alexandria a Marco, Rauennenſis a S Apollinario, „vbi etiam bona illarum eccleſiarum nomen ſuum ſortita ab illis Sanctis, „ita

Proprietas bonorum eſt penes vniverſitatem eccleſiaſticam, etiam in ſenſu primitiuæ eccleſiæ, quo ſenſu bona dicta ſunt Ieſu Chriſti?

„ita vt bona ecclesiæ Romanæ nominata sint *bona S. Petri.* Inde iam est, „quod vulgo dicatur, ceu etiam in more positum est omnibus antiquis „scriptoribus, *patrimonium S. Petri*, *terræ S. Petri*, *patrimonium S. Apolli-„narii.* Et quia Iesus Christus est *caput & protector vniuersalis omnium „ecclesiarum;* ita quoque, quicquid est ecclesiæ vniuersalis, quicquid „item particularis, appellatur *patrimonium Iesu Christi*, quod idem est, ac „si dicerem; *patrimonium eius ecclesiæ, cuius caput est Iesus Christus*, eodem „modo, vti bona reipublicæ Venetæ dicuntur *bona S. Marci*, h. e. Reipubl. „nomen huius Sancti habentis. Certe quicquid fuit acquisitum, bonis „ecclesiasticis adhuc in commune existentibus, in quauis diœcesi ecclesiæ „vniuersalis erat, quia omnes donationes & legata ad illam dirigebantur. „Certum est, quod bona fuerint acquisita, nec aliter potuerint acquiri, „quam per eos, quibus lex acquisitionem indulget. Iam vero leges „CONSTANTINI permiserunt, vt aliquid daretur *vniuersitati christia-„norum*, h. e. omni *corpori christianorum*, in ciuitate existenti: ergo do-„minium illorum bonorum est penes *vniuersitatem* illam. Diuisione ve-„ro facta, & beneficiis introductis, legata & donationes fiebant *ecclesiis „particularibus*, & frequentius ad vsum peculiarem pium. Itaque quæ-„cunque demum res seu causa incidat, nemo potest, quis dominus eius sit, „dicere, nisi inspectis tabulis testamenti, vel donationis. Quod si itaque „ex fundamento rem diiudicamus, aliter dicere non possumus, quam „prælatos aliasque personas ecclesiasticas tantum esse *administratores* & „*dispensatores* bonorum ecclesiasticorum, vt in eum conuertantur vsum, „cui ab illo, qui ea reliquit, sunt destinata, non ad alium, & quod domi-„nium eorum bonorum sit penes illam *personam mysticam* seu *communita-„tem*, in cuius fauorem legatum aut donatio facta.

Bona sæpe nomen suum accipiunt a sancto quodam.

Nouum argumentum quod bona spectent ad ecclesiam, qua vniuersitatem denotat.

Presbyteri sunt tantum administratores.

§. V. Itaque secundum huius viri doctissimi philosophiam sat sobriam, quæ communem opinionem prorsus destruit, res ecclesiasticæ sunt reuera *res vniuersitatis*, quod & indoli *ecclesiæ* quam optime conuenit. Verum deprauata significatione *ecclesiæ*, solisque *templis* vel *clero* adscripta, bona quoque ecclesiastica magis dicta *patrimonium templi*, vel *clericorum*, seu *ecclesiæ parochialis*, quam *vniuersitatis* illius, intra certæ parochiæ fines concluſæ Sicuti itaque a *bonis vniuersitatis* quidam distinguunt *bona ciuitatis*: ita quamuis olim bona ecclesiastica fuerint bona *vniuersitatis ecclesiasticæ;* postea tamen desierunt talia esse, & *patrimonium templi* vel potius *cleri* facta sunt, indeque varia priuilegia templorum sibi vindicarunt, quod Autor prælaudatus non obscure videtur innuere.

Quomodo hæc omnia deprauata fuerint?

Bona parochialia potestate seculari sunt exemta iure humano.

§. VI. Fluit inde principale priuilegium bonorum parochialium, quod sint exemta a *seculari iurisdictione & potestate*, non quidem *iure diuino*, sed *humano*, vti ipse fatetur FELICIANVS DE OLIVA *tr. de foro eccl. p. 1. qu. 10. n. 6. seqq.* cuius rei ratio manifesta est. Cum enim non aliter ab ecclesia acquirantur & possideantur, quam ex concessione principis, imo & modis, iure humano probatis, in ecclesiam transferantur, nec aliter possint immunitatem habere, quam quatenus princeps iis hanc indulserit: illa exemtio est a iure humano, quod etiam fatetur ZIEGL. *de dot. eccl. c. 12. §. 22.* Qui autem exemtionem hanc a *iure diuino* repetunt, vnice se fundant in *exemtione clericorum & templorum*, quorum patrimonium esse dicuntur.

Quatenus beneficio imperatorum bona parochialia fuerint exemta.

§. VII. Reuera tamen principes hæc priuilegia bonis hic dedisse, apparet ex plurimis legibus codicis vtriusque, tum *repetitæ prælectionis*, tum *Theodosii*; vbi partim aucta, partim imminuta inueniuntur hæc exemtionis priuilegia. In *l. placet 5. C. de SS eccles.* quæ in *C. Theod.* est *l. 40. de episc. & cler.*, ita immunitas bonorum ecclesiasticorum determinatur. *Placet rationabilis consilii tenore perpenso districta moderatione præscribere, a quibus specialiter necessitatibus singularium vrbium ecclesiæ habeantur immunes. Prima quippe illius vsurpationis contumelia depellenda est, ne prædia, vsibus cœlestium secretorum dedicata, sordidorum munerum fece* (in C. Theod. dicitur: *fasce*) *vexentur* (in C. Theod. hæc insuper adiiciuntur: *nulla iugatione, quæ talium priuilegiorum sorte gratulatur: muniendi itineris constringat iniuria;* quæ ideo omissa a TRIBONIANO videntur, quia postea hoc correctum in *l. 7. C. de SS. eccl.*) *Nil extraordinarium abhinc superindictumue* (in *C. Th. legitur superindictitiumue*) *flagitetur:* (rursus additur in *C. Theod. nulla pontium instauratio*, quod tamen itidem abrogatum *in l. 7. cit.*) *nulla translationum solicitudo signetur* (*Theod. C.* legitur: *gignatur*, vbi & sequentia adduntur a TRIBONIANO omissa: *non aurum ceteraque talia poscantur:*) *postremo nihil præter canonicam illationem quam aduentitiæ necessitatis sarcina repentina popposcerit, eius functionibus adscribatur. Si quis contrauenerit: post debitæ vltionis acrimoniam, quæ erga sacrilegos iure promenda est, exilio deportationis perpetuo subdatur* (*C. Theod.* legitur *Vratur.*)

Priuilegium hoc non pertinet ad pontium & itineris constructiones.

§. VIII. Hæc constitutio (1) indicat, ab initio sat amplum fuisse hoc priuilegium, adeo vt ne quidem ad *itinerum & pontium instructiones* quid ex bonis ecclesiasticis contribui debuerit. Verum post vndecim annos hoc restrictum, & bona ecclesiastica ab hac collectione non fuerunt amplius immunia, *l. 7. C. de SS. eccles.* quod talis con-

contributio ad ſordida munera referri non debeat. (2) Ex hoc porro concludo, non omnes omnino collationes hic excluſas fuiſſe: fere enim tantum, quæ ad ſordida munera, & extraordinarias collectiones tunc temporis referebantur, hic continentur, quod agnoſcit ipſe ZIEGLER. *de dot. eccl. c.12. §.55.* Munera eiusmodi *ſordida* exhibentur in *l. 12. C. de excuſ. mun.*, *l. 15. & 18. C. Theod. de extraord. ſiue ſord. muner.* quæ ſigillatim perluſtrat P. MVLLER. *in diſput. de immunit. prædior. eccleſ. a munerib. §. 18. ſeq.* Et hæc immunitas eccleſiis a ciuitatibus videtur in dubium vocata fuiſſe, vt imperiali reſcripto opus fuerit. Quæ vero relata fuerint ad *extraordinaria onera*, itidem declarat fuſius prælaudatus MVLLER. *cit. l. §.32. ſeqq.* Excepta ab hac immunitate fuit *canonica illatio*, h e. publica & ordinaria penſio; vid. *l. 1. C. de annon. & tribut.* Canon enim *tributum* denotat, vnde etiam eius executores in *Nou. 128. c. 6.* vocantur *canonicarii.* Sic & *ſuperindirectum*, quod in *h. l. 5.* refertur ad *extraordinaria* munera, poſtea in *l. 1. C. de indiction.* ad *ordinaria munera* eſt translatum, diſpoſitumque, vt nulla in poſterum domus, etiamſi priuilegium habere doceatur, ab hac neceſſitate immunis eſſet, adeoque eccleſiaſticorum bonorum immunitas hic reſtricta. Hæc ideo adduxi, vt conſtaret, quatenus priuilegia bonorum eccleſiaſticorum fuerint extenſa & reſtricta pro libera Imperatorum voluntate. (3) Denique illud quoque conſtat; bona hæc fuiſſe quidem exemta a iurisdictione inferiorum magiſtratuum, ſed non ipſorum imperatorum, qui varie circa illa diſpoſuere, cuius contrarium tamen iuris pontificii Doctores contendunt.

Comprehenſa ſub immunitate munera ſordida.

Ordinaria onera immunitate exemta.

§. IX. Vix vero hoc priuilegium ad *bona parochialia* extendi poſſe videretur, cum in *cit. l. 5.* tantum fiat mentio *ſingularum vrbium eccleſiarum*, ſub quibus *regulariter* non comprehendebantur eccleſiæ parochiales, quippe quo vocabulo tantum denotabantur eccleſiæ ruri conſtitutæ, ceu *ſection. III.* declaratum, niſi hunc ſcrupulum nobis exemiſſet IVSTINIANVS in *Nov. 131. c. 5.* vbi generaliter ita definit: *ad hæc ſancimus, omnium* (adeoque & parochialium ſeu ruſticarum) *ſanctarum eccleſiarum & omnium venerabilium domorum poſſeſſiones neque ſordidas functiones neque extraordinarias functiones ſuſtinere &c.* De quo eo minus dubitandum, poſtquam eccleſiæ etiam *vrbanæ* nomen parochialium aſſumſerunt.

§. X. Illud denique ex *cit. l. 5.* perſpicuum redditur, olim bona parochialia ſeu eccleſiaſtica indiſtincte immunitate illa gauiſa fuiſſe

Inter bona eccleſiaſtica ratione im-

munitatis olim non erat distinctio.

fuisse, non adhibito discrimine, vtrum essent necessario *ecclesiæ parochiali* in dotem data, an vero alio modo, quocunque titulo in ecclesiam translata, ad eius patrimonium augendum, conf. ZIEGL. *cit. l. §. 59.* Quin ipse CAROLVS M. hic nulla distinctione vsus videtur in suis *Capitul. lib. 5. cap. 18*. sed fere iisdem verbis constitutionem THEODOSII & HONORII in *l. 5.* supra relatam repetit inquiens: *Placuit, ne prædia cœlestium secretorum vsibus dicata Deoque tradita* (hic itaque adscribit proprietatem Deo, & in eo videtur rationem decidendi formasse, quod apertius indicat *lib. 6. cap. 30.*) *a quibusdam aliqua occasione vexentur, aut inuadantur, sed sub immunitatis tuitione perpetua firmitate perdurent, similiter & homines earum* (forsan intelligit *dotales*, qui ecclesiæ quasi glebæ adscripti) *& omnia, quæ eis subiecta esse noscuntur. Si quis contrauenerit, componat, sicut de immunitate constituimus* (pœna est sexcentorum solidorum, vid. *lib. 5. cap. 148.*) *& pœnitentia publica a sacerdotibus vsque ad satisfactionem mulctetur.*

Postea tantum priuilegium applicatum doti ecclesiæ necessariæ.

§. XI. Verum in *concilio Wormatiensi c. 50.*, relato in *c. sancitum 25. C. 23. qu. 8. & c. 1. X. de Censib.* videtur inter bona quædam distinctio nata. Sancitum etenim, vt vnicuique ecclesiæ vnus mansus integer (quid hac voce intelligatur, solide exponit GONZALEZ TELLEZ. ad *c. l. n. 4.*) absque vllo seruitio attribueretur, neque Presbyteri seu parochi, neque de domibus neque de atriis vel de hortis, iuxta ecclesiam positis, neque de præscripto manso aliquod seruitium facerent præter ecclesiasticum: si quid vero amplius habuerint, inde maioribus (vel vt alii legunt, *senioribus*) suis debitum impenderent seruitium. Hic itaque tantum illa bona parochialia eximuntur a *collectis* & *oneribus publicis*, quæ sustentationi necessariæ ipsius parochi inseruiunt, ita vt reliqua adhuc iisdem oneribus subiacerent. Distinguit itaque optima ex ratione ZIEGLERVS *de dot. eccl. c. 12. §. 41. inter bona parochialia, quæ dotis necessariæ* causam sustinent, & hæc immunia esse ab oneribus & collectis merito fatemur: & illa, quæ vltra dotem necessariam in ecclesiam transferuntur, quæ non iisdem priuilegiis fruuntur, sed cum sua pristina qualitate vel oneribus transeunt in ecclesiam, nisi forsan specialiter quoque exemta sint.

An bona, quæ antea tributis erant obnoxia, eo ipso, quod fiant parochialia, immunitate gaudeant?

§. XII. Vnde facile resolui potest quæstio, quam fusius & enixe tractat BARBOSA in *iur. eccles. lib. 1. c. 49. §. 5. n 35.* vtrum bona, quæ, antequam in *parochialem ecclesiam* transferantur, tributis & oneribus subiecta erant, eo ipso, quod parochialia fiant, gaudeant priuilegio exemtionis a tributis & gabellis? Et quamuis nonnulli id simpliciter asser-

ſeruerint; rectius tamen BARBOSA *cit. l. n. 37.* exploſis horum ſententiis, illa bona propterea immunia fieri negat, quod tributa & exactiones ſint onera, ipſi rei inhærentia; adeoque ad eccleſiam quoque transeant, ceu eorum poſſeſſorem, quanquam ſubtilius hic procedant canoniſtæ, aientes: talia onera, rei inhærentia, ab eccleſia non ſolui, vt *tributa* & in *recognitionem dominii*, quam difficulter admittit clerus pontificius, ſed ob conditionem, rei inſeparabiliter inhærentem. ALEX. SPERELLVS *deciſ. for. eccl. deciſ. 35. n. 3. & 4.* Hæc tamen ſubtilitas nihil aliud indicat, quam quod per indirectum admittere debeant, quod *directo* concedere nolunt. Illud facilius largior BARBOSAE *cit. l.*, bona nullo onere antea affecta, libera quoque in eccleſiam tranſire, & mutata priſtina qualitate, ab *extraordinariis*, quæ nouiter imponuntur, immunia eſſe: tranſit enim res ordinarie cum ſuis qualitatibus. Deinde & illud facile concedo, tantum hic eſſe ſermonem de *onere reali*, ipſi fundo inhærente, non autem *perſonis* propter bona impoſito. Id. *n. 57.* Imo & hoc addi poteſt, non apparere, in quem finem amortizatio eſſet a ſummo principe in republica petenda, ſi ſtatim eo ipſo, quo bona ſecularia *parochialia* fiunt, eximerentur ab oneribus publicis. Aut itaque dicendum, taliũ bona tranſire cum ſuo onere; aut vitio non erit vertendum Gallis, Britannis, Hiſpanis, Venetisque, quod prædia & bona immobilia eccleſiæ dare & elargiri prohibuerint, vt ait ZIEGL. *ad Lancell. lib. 2. tit. 20. §. 14.* verb. *quibuscunque poſſeſſionibus.*

§. XIII. Proinde & hodie prædia eccleſiaſtica a collectis *ordinariis* non ſemper ſunt immunia. Vid. P. MVLLER. *de immunit. prædior. eccleſ. a muner. th. 45.* vbi & *th. 44.* ſequens affert reſcriptum ducis Saxoniæ GEORGII ad ciues Dornburgenſes: Georg von GOttes Gnaden, Hertzog zu Sachſen ꝛc. Liebe Getreue. Euer Schreiben mit Vermeldungen, wie unſere Amtleute bey euch von euch ſinnen, der Kirchen-Güther anliegenden Gründen zu verſteuren, und daß ihr auch die Mauren in unſerm Forwerg, die ſehr zufallen ſind, wiederum bauen und beſſern ſollet, das doch vormals nie von euch geſonnen, und haben wir alles Inhalts verleſen, und ob wol die Güther von der Geiſtlichkeit zu Lehn rührend, und doch derſelben nicht gäntzlich einverleibt ſind, will ſich daraus nicht erfolgen, daß dieſelbe von der Steuer gefreyet ſeyn. Hierüber iſt unſer Begehr, ihr wollet derſelben Steuren von ſolchen Güthern einfordern, und die unſerm Amtmann überreichen, daran geſchicht unſere Meynung. Und des Bauens halber unſers

An hodie indiſtincte prædia parochialia a tributis ſint immunia?

sers Forwergs haben wir unserm Amtmann geschrieben und zu erkennen gegeben, wie er sich in dem gegen Euch verhalten soll, der Zuversicht, er werde dem also thun, und sich der Gebühr bezeugen, das wolten wir euch unvermeldet nicht lassen, darnach zu richten. Geben zu Leipzig Donnerstags vigilia Epiphaniæ anno domini cIↃ Ↄ XV. Quando itaque CARPZOVIVS *lib. 2. def. 308. iurispr. consist.* indistincte de *bonis ecclesiasticis* asserit, vectigalia & tributa ab iis exigi non posse, hoc *primario* intelligendum est de ipsis *bonis dotalibus*, ad necessariam sustentationem ecclesiæ datis, non præcise de reliquis quæ præter dotem necessariam in ecclesiam cum suo onere transferuntur; quamuis si rationes Carpzouianas, quæ tamen non concludunt, inspiciamus, illæ meras rationes iuris pontificii sapiant, & ex his pro *omnimoda immunitate* bonorum omnium ecclesiasticorum certare videantur.

Conductores prædiorum parochialium eadem immunitate gaudent.

§. XIV. Quid vero dicendum de *conductoribus* prædiorum parochialium, an hi eodem priuilegio gaudent immunitatis? Quod affirmandum existimo cum CARPZOVIO *lib. 2. iurispr. consistor. def. 300.* scilicet semel a tributis immunitatem acceperunt. Quamuis enim intuitu *ecclesiæ* hoc priuilegium concessum sit: quia tamen adhuc ecclesia illa *mediate* possidet, licet ea locando in alium transferat; in eius damnum & præiudicium vergeret, si conductor ad soluenda tributa obstringeretur, quia regulariter conductor non obstringitur ad tributa; & quamvis fiscus possessionem sequatur, *l. 7. de publ. & vectigal.* TABOR. *de metat. p. 2 c. 3. th. 19.* tamen nisi aliud actum, a locatore conductor repetere potest, quæ tributorum nomine soluit, TABOR *c. l.* HAHN. *ad Wesenb. tit. locati cond. n 6.* KLOCK. *de contribut. c. 11. n. 189.* STRYK. *ad Lauterb. tit. locat. ad p. 387. verb. tributorum & collectarum*, adeoque in effectu grauaretur *ecclesia parochialis*, & sic contra immunitatem suam teneretur ad collectas. An vero & quatenus *emphyteutæ* & *coloni partiarii*, qui bona ecclesiastica possident, tali immunitate fruantur, plenius excutiunt MENCH. *de arb. iud. quæst. cas. 562.* & ASCANIVS TAMBVRINVS *de iur. abbat. t. 1. disp. 15. q. 21.* in duobus subiectis responsis.

Dotales immunitate quoque fruantur.

§. XV. Idem priuilegium immunitatis a seruitiis, domino præstandis, sibi iure vindicant possessores bonorum ecclesiasticorum non *simplices*, vti conductores, sed *iure hereditario*, vel coloni perpetui talia possidentes, qui vocantur *dotales*, de quibus iam supra. Cum enim prædiis istis immunitas semel quæsita, ista transit quoque ad possessorem;

rem: præsertim cum *dotales* seruitia parocho etiam præstare debeant, & plerumque sub hac conditone bona parochialia transferantur in dotales. Inde Elector AVGVSTVS gloriosæ memoriæ rescripsit ad Quæstorem Seidensem anno 1573. referente ZIEGLERO *de dot. eccl c. 12. §. 45.* Lieber Getreuer, welcher Gestalt sich an uns der Pfarrer zu Mügeln beklaget, daß seine 2. Bauren zur Pfarr gehörig wider alten Gebrauch mit dem Pferde Dienst zu unserm neuen Schloß-Bau alhier beleget werden wollen, das hast du aus seiner Supplication zu vernehmen. Weil wir denn nicht gemeynet wider alten Gebrauch iemand beschweren zu lassen, so befehlen wir dir hiemit, da sie vor Alters niemand als dem Pfarrer zu frohnen schuldig gewesen, du wollest sie nochmals dabey geruhig bleiben, und hinführo mit neuen Frohn-Diensten unbeleget lassen, daran geschiehet unsere Meynung. Datum Annaberg, den 7. Octobr. 1573. Conf. etiam CARPZ. *lib. 2. iurispr. consist. d. 307.*

§. XVI. Ceterum hæc immunitas a *contributionibus* & *collectis* non eo vsque extendenda, vt etiam casum *vrgentissimæ necessitatis* in se comprehendat, qui semper in omni immunitate exceptus censetur, modo bona parochialia non tantum parochorum sustentationi sufficiant, sed etiam præterea adhuc alia bona, quibus immunitas indulta, adsint. Ecclesia enim habet aurum non tam vt seruet, quam vt ad conseruanda fidelia Christi membra eroget. MYLER. *ab* EHRENB. *de Princ. & Stat. Imper. c. 88. §. 10.* Illa itaque, quæ ad superstitionem huc vsque impensa, vel quæ thesauri loco recondita, necessitati publicæ omnino applicari possunt. conf. MAVRIT. *speciali dissert. de secularisat. c. 4.* Obseruarunt id optime S. R. I. Principes & Proceres in centum illis *grauaminibus*, contra ecclesiasticum ordinem propositis, & Oratori Pontificis oblatis, quæ referuntur a SCHILTERO de *libert. eccles. Germ. lib. 7. c. 2. §. 10.* vbi *§. 28.* hoc fusius declaratur. Cessat hæc immunitas in casu necessitatis.

§. XVII. Supponitur vero *necessitas vrgentissima*, ita vt laici huic soli subleuandæ non sufficiant, quanquam recte ZIEGLERVS *de dote eccles. c. 12. §. 61.* iudicet, hoc postulatum dare clericis perpetuam exceptionem, semper obiicientibus, laicorum bona adhuc sufficere. Inde Principis arbitrio hoc potius relinquendum, vt ipse æstimet, an necessitas tanta vrgeat, vt etiam *extra ordinem* prædiis parochialibus onus contribuendi imponi possit. Inde constitutum est in *R. Imperii*, præ- Quænam necessitas supponatur?

dia ecclesiastica collectas ad expeditionem Turcicam die Türcken-Steuer soluere debere. Ita enim in *R. I. de anno 1555. §.* und nemlich sollen & §. und zu diesen Churfürstl. ibi: daß zu solchem Christlichen Mittelwerck sollen auch alle Stifter, Capitul, Klöster, Ordens-Leute, Kirchen, der Kirchen Fabricken und Spitäle, sie seyn in Städten oder anderswo, geistliche und weltliche Brüderschaften und alle Versammlungen, Communen und Clausen von Mannen und Frauen, sie seyn exemt oder nicht, ihre Steuer und Anlagen geben, in Betrachtung, was ihnen an Handhabung des Christlichen Namens und Glaubens, davon Sie auch ihre Würde, Einkommen und Unterhaltung haben, gelegen ist. Conf. *R. I. de anno 1518. 1582.* Simile quid occurrit in *l. u. C. de SS. eccles.*

Quomodo fieri debeat impositio?

§. XVIII. Equidem Canonistæ duo requirunt: (1) vt impositio fiat a *iudice ecclesiastico* cum consensu Cleri, quod hoc sensu concedi potest, vt prælatis distributio collectarum, prædiis parochialibus imponendarum, apud pontificios relinquatur: Impositio enim est ipsius principis, & consensus cleri non est necessarius. Sed forsan id ideo pontificii vrgent, ne principi vllam particulam potestatis in se adscribant. (II) Vt pontifex desuper consulatur, LINCKIVS *ad cit. X. de immun. eccles. §. 2.* & quidem sub pœna excommunicationis *c. 3. de immun. eccles. in 6.* Quodsi tamen propter moræ periculum & damnum ineuitabile consensus Papæ haberi non potest; tunc *tacite* in hoc eum consensisse videri aiunt; BARBOSA *in collect. ad c. 2. n. 7. X. eod.* vbi enim magna adest necessitas, etiam episcopus dispensare potest in casibus, alias Pontifici reseruatis. PYRRHVS CORRADVS *in Praxi dispens. Apostol. lib. 8. c. 4 n. 36.* Sed cum hoc requisitum supponat, immunitatem hanc quasi ipso *iure diuino* rebus ecclesiasticis esse impositam, adeoque in hac solum dispensare posse pontificem: (id quod tamen concedi nequit) recte dicimus, principem quemcunque iure suo tempore *necessitatis* collectas a bonis parochialibus petere. Cum enim eius sit, immunitatem rebus concedere: eius quoque erit, non considerata hac immunitate, existente necessitatis casu, extra ordinem aliquid iis imponere. Vnde & imperatores HONORIVS & THEODOSIVS libere disposuerunt de hoc priuilegio immunitatis, adeo vt quamuis antea res ecclesiasticæ nihil conferre tenerentur ad pontium & itinerum exstructiones, illud tamen postea mutatum sit in *l. 7. C. de SS. eccl.*

An consensus Papæ sit necessarius?

§. XIX.

§. XIX. Alterum priuilegium, rebus parochialibus competens, consistit in eo, quod exemtæ sint a *iurisdictione seculari*, & tantum subiectæ *ecclesiasticæ*. Originem huius priuilegii Canonistæ deducunt a duplici potestate, *seculari* & *spirituali*, quibus duabus potestatibus regimen totius mundi contineri autumant; ita vt vtraque terminos suos distinctos recipiat, & *spiritualis* ad ea, quæ quouis modo spirituale quid continent, referri debeat, vti operose hanc iurisdictionem inde deducere conatur FELICIANVS *de* OLIVA *de foro eccles. p. 1. q. 2.* Verum ad hæc commenta sæpius iam a nostris responsum est, *potestatem spiritualem* non inuoluere aliquam *iurisdictionem*, sed hanc vnice dependere ex concessione summæ Maiestatis politicæ, cuius particula est, tam in *ecclesiasticis* quam *profanis*. Si vero dicendum, quod res est, videtur nimia propensio & indulgentia principum erga episcopos aliosque clericos ansam huic iurisdictioni dedisse. Vt enim ostendit PAVLVS SARPIVS *in tr. des benefices art. 17.* principes primitus episcopis, qui præterea potentia quadam in curiis regum pollebant, concrediderunt quandam partem regiminis, præsertim in res, quæ ad ecclesias spectabant. Sed quæ precario semel concessa, denegarunt postea in ius quoddam prætensum proprium. Ita enim pergit prælaudatus SARPIVS; *Du commencement il ne les y employoit, que par occasion, mais dans la suite, voiant, que les affaires reüssissoient entre leurs mains, il se servit d' eux ordinairement, non pas pourtant de la meme maniere dans toutes les Villes, mais selon les besoins du lieu & l' habilité de l' Eveque, & quelque fois aussi selon l' incapacité du Comte, à qui l' on supleoit en lui substituant l' Eveque; & cela fut cause, que la posterité de Charle magne venant à degenerer & à tomber enfin dans une profonde ignorance, les Eveques s' aviserent de ne plus reconnoître cète autorité, comme reçüe du Prince, mais de se l' attribuer & de l' exercer, comme propre de leur ministere sous le nom de IVRISDICTION ECCLESIASTIQVE.* Conf. LINCK. *tr. de iur episcop. c. 11. n. 16. seqq.* Primitus vero personæ ecclesiasticæ huic iurisdictioni erant subiectæ, cum de rebus ecclesiæ adhuc penes Principes esset arbitrium, vt ostendit ZIEGLERVS *de dot. eccles. c. 12. §. 3.* Verum tractu temporis & hanc de rebus ecclesiæ iudicandi potestatem vindicarunt sibi Clerici, adeo vt in concilio Toletano III. expresse hæc iurisdictio in res ecclesiæ clericis fuerit attributa. Vid. *c. sic quidam 2. C. 10. Q. 1.*

Bona parochialia non subiacent iurisdictioni seculari.

Origo iurisdictionis ecclesiasticæ.

Quando sibi adscripserint clerici iurisdictionem in bona ecclesiastica.

In terris nostris retinuerunt forum priuilegiatum.

§. XX. Quamuis vero in nostris terris potestatem talem ecclesiasticam, Principis iurisdictioni non subordinatam, haud cognoscamus; factum tamen inde est, vt melioris ordinis gratia in plerisque locis, res *ecclesiasticæ* & *parochiales* forum peculiare nactæ fuerint, in quo, quæ de illis controuersiæ incidunt, decidi debent, scilicet in consistoriis. Sed iudicia nostra ecclesiastica non proueniunt ex potestate ecclesiæ propria, nec iudices ecclesiastici habent eam suo iure, sed ex *voluntate* & *delegatione* ipsius Principis; ita vt eius rei Principi rationem reddere debeant, prout in *iure eccles. protest. lib. 1. tit. 28.* fusius docui. Conf. ZIEGLERVS *in prælect. ad decret. ad rubric. tit. de iudic. p. 17. seqq.*

Vt bona parochialia, noviter parochiæ quæsita, fori priuilegium consequantur, quid requiratur?

§. XXI. Cum itaque bona in ecclesiam transferuntur, & ita in sortem *parochialium bonorum* recidunt; præiudicium aliquod gignere-tur ei, qui iurisdictionem patrimonialem adhuc in illa bona exercuit, si ita libere eius iurisdictoni bona subtraherentur, præsertim propter fructus iurisdictionales. Hinc vt fori priuilegium hæc bona consequantur, requiritur consensus illius, de cuius præiudicio ratione iurisdictionis agitur. Conf. ZIEGL. *de dot. eccl. c. 12. §. 29. seq.*

(o)

SE-

SECTIO VI.
DE
ADMINISTRATORIBVS BONORVM PAROCHIALIVM.

CAP. I.
De
Origine & legitima conſtitutione adminiſtratorum bonorum parochialium.

§. I.

Bona *parochialia* ſub duplici conſtituta ſunt adminiſtratione & cura: (1) *parochorum*, qui bona *dotalia* inſtar *beneficii feudalis* loco ſalarii poſſident, iis fruuntur, & vti bonum patrem familias decet, illa cuſtodire, curare, & adminiſtrare debent; quæ *adminiſtratio* dici poteſt *qualificata*, quia ſimul perceptionem redituum continet, vt de his rationes non ſint reddendæ, de qua *ſectione antecedente* fuſius actum. (2) *Præfectorum ærarii*, qui *ſimplices adminiſtratores* dicuntur, & primario illorum bonorum redituumque curam gerunt, quæ præter *dotalia* in patrimonio eccleſiæ ſunt, de quibus legitime rationes reddere tenentur, & hæc *adminiſtratio* vocari poteſt *ſimplex*, & huius loci eſt.

Adminiſtratio bonorum parochialium duplex: (1) qualificata. (2) ſimplex.

§. II.

Rei & publicæ & ecclesiasticæ interest, vt bona parochialia rite administrentur.

§. II. Vtraque' administratio vt rite peragatur, imprimis vero vt *præfecti ærarii*, die Kirchen-Vorsteher und Kirch-Väter, bona parochialia debito modo augeant, prudenter dispensent, & sollicite conseruent, interest tum rei ecclesiasticæ tum publicæ. Illius enim onera inde ferenda, huius vero cura æque ad ecclesiam eiusque iura se extendit, ac quidem ad pupillos, & minores, aliosue, defectu quodam iudicii laborantes, qui eo intuitu in *tutela reipublicæ* esse dicuntur in *l. 2. §. 1. D. ne dest. defunct.* Quantam enim iacturam perfidi administratores, quos *publicis latronibus* æquiparandos censent ICti, adferre possint reipublicæ & ecclesiæ, illi haud diffitentur, qui sincera in pectore præcordia gerunt, eaque de causa ecclesias pupillis minoribusque in iure æquiparari norunt, (*vid. clem. 2. de relig. dom.*) quod æqualis sollicitudo publica illis impendenda sit, cum æque facile lædi queant. Conf. LVTHERVS in der Kirchen-Postille *P. IV. p. 18.* ARNOLD. *in histor. eccles. & hæretic. P. II. lib. 16. c. 11. §. 16.* IO. AMOS COMENIVS *excitat. vniu. c. V. n. 19.* Quid notius vulgato cantico?

Die Schätze der Kirchen sind ihr Gift,
Sie sind von ihnen nicht gestift,
Noch nehmen sie das Kirchen-Guth,
Sieh, was der leidige Geitz nicht thut.

Vtilitas varia ex recta administratione.

§. III. E contrario si bona parochialia ab eorum præfectis fideliter & debito modo administrantur, (1) facilius & rectius sustentari possunt ministri ecclesiæ, & qui scholis operas suas præstant, quos hodie ob maiorum perfidam administrationem & desidiam in pluribus locis indigere videmus, vt fere querela HIERONYMI in *c. 23. D. 93.* sibi hic locum vindicet, quibus malis omnibus modis occurrendum est, quod speciali dissertatione explicuit THOMASIVS *de offic. princip. in augend. salar. ministr. eccles.* Præterea etiam (2) tot indigentium, orphanorum viduarumque miserabilium necessitatibus succurri ex bonis parochialibus posset, & deberet, si finis primarii horum bonorum ratio haberetur, vel potius in praxin, hodie quasi emortuam, reduceretur. Sunt bona ecclesiastica ex sua prima origine & *primordiali destinatione* nihil aliud, quam bona pauperum, Maxime propter pauperes. VT AMBROSIVS *epist. 31.* scribit: *Nihil ecclesia sibi nisi fidem possidet. Hos reditus præbet, hos fructus, possessio ecclesiæ sumtus est egenorum. Numerent, quos redemerint templa captiuos, quæ contulerint alimenta pauperibus, quibus ex*

ve-

vrbibus viuendi subsidia subministrauerint. Ex professo id ipsum fusius ex antiquitatis penu collegerunt & demonstrarunt IO. LAVNOIVS *de cura ecclesiæ pro miseris & pauperibus*, & THOMASSINVS *P. II. de nou. & vet. eccles. disciplin. lib. 3. c. 26. seqq.* Sed hic legitimus bonorum ecclesiasticorum finis hodie incognitus est; vnice præfecti ærarii intenti sunt, imo ex plerorumque locorum ordinationibus intenti esse debent, corradendis diuitiis, & augmento patrimonii ecclesiastici, vt vitio iis verteretur, si bonorum parochialium reditus in pauperes erogarent, adeo vt eo nomine ad restitutionem sine dubio cogerentur. Rebus sic stantibus, ne quidem permissum iis erit, pecuniam ecclesiæ parochialis pauperibus & indigentibus gratis & sine vsuris mutuam dare, quod statim ad damna patrimonii ecclesiastici refertur; cum tamen non habeat ecclesia bona, vt ex illis superbiat, sed vt egentibus inde benefaciat. Adeo hodie ex praxi iuris pontificii discessimus a ratione antiqua legitimæ administrationis bonorum parochialium. Qualis hæc olim fuerit, egregie in *can. apost. 39.* enarratur. *Omnium rerum ecclesiasticarum episcopus curam gerat, & eas administret, tanquam DEO intuente. Ne liceat autem ex eis aliquid sibi vindicare, propriis cognatis, quæ DEI sunt, largiri; si autem sunt pauperes, vt pauperibus suppeditet, sed non eorum prætextu vendat, quæ sunt ecclesiæ.* Similiter in *Synodo Antioch. c. 25.* iis iniungitur, vt *cum multa cautione & Dei timore* administrationem peragant.

Quamuis hic finis hodie fere cesset.

§. IV. Antequam vero iura circa *administratores bonorum parochialium* euoluamus, statum & conditionem administratorum horum ex antiquissimis temporibus referre, & qua ratione & occasione iura hodierna nata fuerint, recensere non inutile erit. Si ad tempora apostolorum recurrimus, edocemur, postquam virtute verbi diuini ingens multitudo fidem in Christum amplecti cœperat, mox hinc inde congregationes fidelium institutas fuisse, vt coniunctis precibus se in fide saluifica confirmarent, Deoque pro opere redemtionis gratias agerent deuotas. Iam naturale est, vt, institutis congregationibus & collegiis, bona quædam in commune conferenda sint, quibus onera collegii sustineri, aliique sumtus, ex natura collegii necessarii, fieri possint. Pari ratione in primitiua ecclesia, quæ indigentibus admodum laborabat, pecunia a fidelibus in medium collata fuit, & quamuis purior ecclesia non adeo multis bonis, nec in alios quam pauperum vsus conuertendis, indigeret, quamdiu adhuc labe auaritiæ non-

Ratio antiqua bonorum primitiuæ ecclesiæ.

nondum infecta erat: tamen cum fideles *ſponte* offerrent, quæ in vſus communes eſſent impendenda, aut pauperibus eroganda, & præterea alia miniſteria circa agapas expedienda occurrerent, nec vero hæc omnia ab apoſtolis ſatis adminiſtrari poſſent; conducibile viſum fuit apoſtolis, eligere ſeptem viros pios, quibus cura hæc committeretur, *Act. VI, 2. ſqq.* quique oblationes, quæ antea apoſtolis fieri ſolebant, *Act. IV, 34. ſeq. V, ſeq.* reciperent, & in debitum finem verterent. Concernebat hoc miniſterium imprimis curam *viduarum pauperum*, ceu patet ex *Act. VI*, vbi fit mentio τῆς διακονίας τῆς καθημερινῆς der täglichen Handreichung, quod officium ab apoſtolis in hos ſeptem viros eſt translatum, & ſubſequentibus temporibus continuatum. vid. HIERONYMVS *in Ezech. c. 48.* AMBROS. *de offic. eccl. c. vlt.* ESPENCAEVS *lib. 1. Digreſſ. c. 4.*

Eorumque adminiſtratio.

Septemuiri pauperum curatores erant presbyteri, non diaconi.

§. V. Fuiſſe autem hos ſeptemuiros non alios, quam ipſos *presbyteros*, qui olim curam pauperum habebant, non *diaconos*, oſtendi plenius in *diſſert. iuris eccleſ. antiq ad Plinium II. & Tertull. diſſ. VI. §. 20. ſeqq.*, quam ſententiam ab omni probabilitate prorſus alienam eſſe, nuper quidam exiſtimauit. Breuibus ergo liceat cauſam rei euoluere. Ante omnia prouocari ſolet ad locum celebrem *Act. VI.* quo *electio ſeptemuirorum* refertur. Electi dicuntur, vt eſſent διακονοῦντες ταῖς τραπέζαις, *h. e. vt menſis miniſtrarent:* improbabile autem videtur, conſtitutos fuiſſe presbyteros ad hoc *viliſſimum* officium, qui potius erant *rectores eccleſiarum*, *ad grauiorem præfecturam* vocati, & denique alia erat διακονία λόγου, alia διακονία τραπεζῶν. Admitto quidem, hæc duo miniſteria fuiſſe diuerſa, ſed inde tamen non probantur, quæ probanda erant. Vtrumque miniſterium ante ſeptemuirorum electionem apoſtoli ſuſtinebant, vt liquet ex *Act. IV. 31. ſeqq. V, 2. VI, 2.* nec *miniſterium menſarum* apoſtoli a ſuo munere, grauiſſimo & ſanctiſſimo, presbyterorum curam longe ſuperante, alienum eſſe exiſtimabant, donec tandem rei communi magis congruere viſum fuerit, huic functioni alios præficere. Rectores presbyteros fuiſſe non nego, ſed negari ſimul nequit, rectoribus in eiusmodi communitatibus primario *curam pauperum* incubuiſſe, non tantum *generalem*, ſed imo etiam *ſpecialem*. Præterea *miniſtrare menſis* non tam denotat, viliſſimum mancipiorum officium præſtare & famulorum, der Tafel-Diener, ſuſcipere vices, ſed potius curam eorum habere, qui alebantur ex penu eccleſiæ. Quis crederet, apoſtolos, famulorum inſtar, miniſtraſſe menſis, præbuiſſe potantibus vina, & prandentibus inſeruiiſſe, & tamen

Quid ſit, miniſtrare menſis?

men hoc de semet ipsis prædicant, *Act. VI. 2. Non placet*, aiunt, *nos, omisso DEI sermone, mensis ministrare.* Ante omnia ergo videndum, in quo hoc *ministerium mensarum* constiterit. Illud enim ipsum ministerium, quod antea Apostoli gesserant, septemuiris postea demandatum est, non aliud aut diuersum. Erat scilicet in primitiua ecclesia intima animorum vnio, quæ mox communionem quandam bonorum producebat. *Act. II. 44. IV. 32.* Bona hæc in communi collata diuendebantur, & in pauperes distribuebantur, *Act. II. 45. IV. 35.* non vero communi quadam mensa pauperes reficiebantur, quod ne quidem in tam ingenti christianorum numero concipi potest; quamuis quidam mensam duplicem fingant, *communem & sacram.* Agapas quidem instituebant, sed has quilibet paterfamilias intra domesticos parietes adornabat & instituebat, *Act. II, 46. 47.* quotidiana autem *alimentorum* præstatio, pauperibus facienda, huc non pertinebat. Cura & administratio bonorum, in commune collatorum, erat penes Apostolos; *Act. IV. 35.* & qui ipsimet bona sua diuendebant, pecuniam inde redactam mox ad Apostolos deferebant, eorumque distributioni relinquebant, *Act. IV. 37. V. 2.* in qua *distributione quotidiana* consistebat διακονία καθημερινῆ, cuius fit mentio *Act. VI. 1. XI. 29.* Habebant ergo Apostoli hanc διακονίαν, seu *distributionem ad quotidiana alimenta*, & ea de causa eam vocabant διακονίαν τραπεζῶν, non quod proprie mensas iustruerent, sed quod suppeditarent pauperibus, vnde mensæ eorum instrui possent, quod ex antecedentibus circumstantiis, in actis Apostolorum relatis, liquet, Tale officium ab initio gerebant Apostoli verbi diuini præcones, & tale deinceps collatum est septemuiris, qui *Act. IX. 30. presbyteri* vocantur, cum etiam apud Iudæos presbyterorum functio circa alendos pauperes versaretur. Nisi enim huic officio presbyteri fuissent præpositi, pecunia, in ecclesia Antiochena collecta, ad eos deferri non potuisset, sed potius ad *Diaconos.* Sicuti autem ante horum constitutionem pecunia, in medium collata, ad *Apostolos* deferebatur: ita deinceps ad hos septemuiros deferenda erat, qui *cit. l. presbyteri* vocantur.

Quid olim fuerit διακονία καθημερινῆ?

§. VI. DIACONORVM sane diuersa erat ratio & conditio. Hi primitus *ministerium corporis nudum* præbebant, presbyteris & ecclesiæ inseruiebant, nec *certum definitumque munus* habebant, sed quicquid iis agendum erat, ex iussu *presbyterorum* & *ecclesiæ* dependebat, vt latius ostendi *in tr. iur. eccl. protest. tit. de offic. archidiac.* Negari itaque nequit, eos quandoque etiam eleemosynas distribuisse, & pauperum eu-

Quæ olim fuerit Diaconorum ratio.

ram habuiſſe, ſed non aliter, quam ex *iuſſu* presbyterorum; peculiariter autem eis hoc munus demandatum fuiſſe, oſtendi nequit, in quo cardo controuerſiæ conſiſtit. Et quia latiſſima erat presbyterorum functio, vicaria Diaconorum opera in pluribus vtebantur, adeoque merito ſingularia prædicata *1 Tim. III. 8. 9. 10.* Apoſtolus in iis deſiderabat. Hunc in finem etiam diaconiſſæ adſumebantur, vt ægrotantibus mulieribus adeſſe, aliaque miniſteria peragere poſſent, quæ commode per maſculos expediri non poterant. PHOEBE vocatur *famula eccleſiæ Cenchreenſ Rom. XVI, 1.* PLINIVS II. *lib. 10. ep. 97.* duarum *ancillarum* facit mentionem, aitque, eas apud chriſtianos *miniſtras* vocari. Sed his quoque *gulariter* & ex *officio proprio* diſtributionem pecuniarum incubuiſſe, nullo monſtrari poteſt indicio; nec quod Phœbe hoſpitium Paulo aliisque præbuerit, vti quidem colligunt ex *Rom. XVI. 2.* idoneum argumentum præbet, quod *curam pauperum peculiarem* ex officio habuerit. Si vel maxime προστάτις πολλῶ fuerit, hoc ex officio communi chriſtianorum fecit, ideo eam laudat PAVLVS. Commendat eam PAVLVS Romanis, aitque: *commendo vos Phœben - - ἵνα παραστῆτε αὐτῇ ἐν ᾧ ἂν ὑμῶν χρήζῃ πράγματι*; ſicuti enim illa multis auxilium præbuerat, ita vult, vt illi quoque in quibuscunque neceſſitatibus adſiſtant. Inde vero nulla *peculiaris* cura pauperum colligitur. Poterant ergo diaconi adhiberi ad curam pauperum, ad miniſterium agaparum, ſed non aliter, quam ex *determinatione epiſcoporum* & *presbyterorum*, quorum & eccleſiæ miniſtri erant, vti paſſim vocantur.

Probabile aliunde eſt, agi Act. VI. de presbyterorum conſtitutione.

§. VII. Denique etiam hoc vrſi, probabile admodum eſſe, *Act. VI.* agi de *inſtitutione presbyterorum*, cum mox in *ſeq. capitibus* paſſim eorum fiat mentio, nec tamen alibi, qua ratione inſtituti fuerint? aſſeratur. Contra hoc vrgetur, presbyteros & epiſcopos coincidere, adeoque ſufficere quod ſtatim ab initio, etiam ante conſtitutionem ſeptemuirorum, in eccleſia Hieroſolymitana epiſcopi fuerint, qui erant ipſi presbyteri. Si hæc aſſertio probari poſſet, victas darem manus. Nullo autem indicio demonſtrari poteſt, ſtatim ab initio in eccleſia Hieroſolymitana fuiſſe epiſcopos, quorum nullibi mentio iniicitur: imo nullos fuiſſe vel inde apparet, quod Apoſtoli omnem curam in hac eccleſia ſubierint, præſertim cum *communioni iudaicæ* nondum renunciaſſent, ſed ſynagogis & templo, eorumque ſacris hactenus conſtanter intereſſent. Vnde etiam primi presbyteri, qui creabantur, non propter *ſacra* primario conſtituebantur, ſed propter directionem eorum, quæ communitati

in

in genere erant neceſſaria; quamuis poſtquam chriſtiani a Iudæis prorſus ſecedere, & res ſuas ſibi habere cogerentur, cura eorum & præfectura magis magisque aucta fuerit. Tempora vbique ſunt diſtinguenda, ſecundum quæ etiam ſtatus eccleſiarum variauit.

Aerarii eccleſiaſtici antiqui ratio & inſtitutio.

§. VIII. Sed redeo in viam, & ſpecialius *adminiſtrationem bonorum eccleſiaſticorum* ex antiquitatibus eccleſiaſticis illuſtrabo. Admodum ſcilicet probabile eſt, tractu temporis ærarium quoddam fuiſſe conſtitutum, quo pecunia a ditioribus oblata, vel etiam in eccleſiis collecta, interim deponeretur, donec debito ordine & modo diſtribueretur, cuius meminit TERTVLLIANVS *Apol. c. 39.* IVSTINVS Martyr. *Apol. 2. inf.* de his collectionibus hæc commemorat: *Qui copioſiores ſunt, & volunt, pro arbitrio quisque ſuo, quod viſum eſt, contribuunt, & quod ita colligitur, apud præpoſitum deponitur, atque inde opitulatur pupillis & viduis, & his, qui propter morbum aut aliquam cauſam egent, quique in vinculis ſunt, & peregre aduenientibus hoſpitibus, & vt ſimpliciter dicam, INDIGENTIVM IS OMNIVM CVRATOR EST.* Quamuis vero ab initio bonorum horum erogatores & diſpenſatores *presbyteri* & *epiſcopi* fuerint, vt ex antea adductis liquet: diaconis tamen raro eorum adminiſtrationem commiſerunt, ſuprema directione ſibi reſeruata, cum, vt dictum, diaconorum officia olim ad *iuſſum* & *determinationem epiſcoporum* & *eccleſiæ* eſſent reſtricta: quamuis primario ad eam ſpartam conſtituti haud fuerint. Quando ergo diaconis ea erogatio hinc inde conceſſa legitur, illud nec *perpetuum*, nec *vniuerſale* fuit, cum alibi epiſcopi & presbyteri hanc ſpartam ſibi reſeruauerint. Exemplum diaconi, cui hæc erogatio conceſſa erat, occurrit in LAVRENTIO martyre, de quo PRVDENTIVS *in hymno 2. verſ. 37. ſqq.* περὶ στεφάνων ita canit:

Cui aliquando præficiebantur diaconi.

Hic primus e ſeptem viris,
Qui ſtant ad aram proximi,
Leuita ſublimis gradu
Et ceteris præſtantior,
Clauſtris ſacrorum præerat,
Cœleſtis arcanum domus
Fidis gubernans clauibus,
Votasque diſpenſas opes.

His verbis eleganter officium horum adminiſtratorum circumſcribitur, vbi præterea notandum, verba hæc: *Clauſtris ſacrorum præerat*, inter-

prete clariſſ. CELLARIO *in not.* idem denotare ac: *ærarii ſacri cuſtos erat.* Addit porro PRVDENTIVS *verſ. 146. ſqq.* LAVRENTIVM has opes in pauperes diſtribuiſſe, his verbis:

Tales (pauperes) *plateis omnibus*
Exquirit, aſſuetos ali
Eccleſiæ matris penu,
Quos ipſe promus nouerat.

Quorum officium deſcribitur.

Dicitur hic LAVRENTIVS *promus* hoc ſenſu, quod ex penu & arca eccleſiæ *promere* & proferre ſolitus fuerat, ex interpretatione prælaudati CELLARII *in not. verb. ipſe promus.* Qui ex huiusmodi ærario alebantur, cura horum prouiſorum, *matriculæ* inſcribebantur, quo etiam reſpicit PRVDENTIVS *cit. l. verſ. 162.* dicti inde *matricularii*, DV FRESNE *in Gloſſar. voce matricula*, vt & *Aerarii*, quod ex *ærario* ſtipem acciperent, AMBROS. *epiſt. 15.* Hanc denominationem poſtea ſibi vindicarunt clerici, qui, pauperibus neglectis, ex penu eccleſiæ ali cœperunt, & *matricularii* quoque dicti ſunt, ANTONIVS MATTHAEI *de nobilit. p. 537.* Equidem adhuc hodie in plerisque eccleſiis *ærarium pauperum* des Gottes- und Armen-Kaſten eſt ſub cura *adminiſtratorum eccleſiæ*, qui adhibitis vtplurimum miniſtris verbi diuini, pecuniam collectam pauperibus diſtribuunt. Sed in hoc plane receſſimus a more primitiuæ eccleſiæ, quod hoc *ærarium pauperum* plane diuerſum ſit a ceteris *bonis eccleſiaſticis* ſtabilibus, quæ ad perpetuos reditus inde percipiendos impenduntur, vt fiſcus eccleſiæ quotidie inde augeatur, & alii ſumtus inde fiant. Olim non erat ſic. Vnum erat ærarium, nec ita ſors quædam ſub vſuris ſtabilibus collocabatur, ſed, quod offerebatur, ſtatim in vſus pauperum convertebatur. Sic itaque non adeo opus erat, iura circa *adminiſtrationem horum bonorum* conſcribere, cum paucis tota hæc adminiſtratio abſolueretur, neque immobilia adeſſent, circa quæ, quid adminiſtratores poſſent? inquirere neceſſum eſſet; imo & credibile eſt, ne quidem rationes ab his diſpenſatoribus fuiſſe redditas, cum præpoſiti non alii præficerentur ærario, quam qui fidelitate & pietate eſſent conſpicui, & præterea in plerisque locis adhuc ipſi epiſcopi ærarii curam haberent.

Quod nec olim variis iuribus circumſcriptum.

Suprema inſpectio in adminiſtrationem relicta eſt epiſcopis, imo & adminiſtratio.

§. IV. Quamuis vero presbyteris epiſcopisque hoc miniſterium eſſet commiſſum, Apoſtolis in docendo occupatis: *ſupremam* tamen *curam* hi ſimul retinuiſſe videntur, quod debita cura omnia ab illis fierent. Hanc poſtea, vbi eccleſia bonis affluere, & bona immobilia poſ-

possidere cœpit, id quod tempore CONSTANTINI M. factum est, eo lubentius episcopi continuarunt, quo magis illorum intererat, ne male administrarentur, aut reditus pessime consumerentur. Apparet hoc ex *canonibus apostolorum* sic dictis, vbi *c. 41.*, relato a GRATIANO in *c. 24. C. 12. q. 1.*, ita disponitur: *Præcipimus, vt in potestate sua episcopus res ecclesiæ habeat. Si enim animæ hominum pretiosiores illi creditæ sunt, multo magis oportet eum curam pecuniarum gerere; ita vt potestate eius indigentibus omnia dispensentur per* PRESBYTEROS *&* DIACONOS, (non ergo per solos diaconos) *& cum Dei timore & omni sollicitudine ministrentur.* Videntur autem quidam episcopi ex auaritia hanc potestatem in abusum traxisse, reditusque ecclesiasticos, in alium finem destinatos, subtraxisse, cui abusui obuiam iuit *Concilium Antiochenum* in *c. 25.* relato a GRATIANO in *c. 23. C. 12. qu. 1.* his verbis: *Episcopus ecclesiasticarum rerum habeat potestatem, ad dispensandum erga omnes, qui indigent, cum summa reuerentia & timore Dei. Participet autem & ipse, quibus indiget (si tamen indiget) tam in suis, quam in fratrum, qui ab eo suscipiuntur, necessariis vsibus pro futuris, ita vt in nullo qualibet occasione fraudentur, iuxta sanctum apostolum, sic dicentem: habentes victum & tegumentum, his contenti simus. Quod si contentus istis minime fuerit, conuertat autem res ecclesiæ in vsus suos domesticos, & eius commoda vel agrorum fructus non cum presbyterorum conscientia diaconorumque pertractet; sed horum potestatem domesticis suis aut propinquis, aut fratribus filiisque committat, vt per huiusmodi personas occulte res lædantur ecclesiæ, synodo prouinciæ pœnas iste persoluat.* Quodsi episcopi administrationem diaconis delegabant, supremam tamen directionem merito sibi vindicabant; quod eo magis necessarium erat, quia diaconi quandoque perfide agere poterant, vt antiquitates ecclesiasticæ docent. Collineat huc ORIGENES *homil. 25. in Matth.* inquiens: *Diaconi, qui non bene tractant ecclesiasticarum pecuniarum mensas, & semper de his fraudant, & ipsas, quas dispensant; non secundum iustitiam dispensant, & diuites fiunt de rebus pauperum, ipsi sunt nummularii pecuniarum, mensas habentes, quas Christus euertit.*

§. X. Sed quis crederet? Plures episcopi, quorum fidei res ecclesiasticæ commissæ erant, tandem illas magis dilapidare, sibique applicare, quam fideliter administrare inceperunt. Duo autem potissimum illis circa administrationem obiecta sunt: (1) quod magis curam bonorum quam populi christiani haberent. Constat id ex CHRYSOSTOM. *homil. 86. in Matth c. 27.* qui inter alia ita: *modo autem in procuratores, dispensatores, caupones redacti episcopi sunt, ob istarum rerum* Epiſcopi hac adminiſtratione abuſi.

curam & sollicitudinem, cumque oporteat ipsos animarum habere curam vestrarum, hoc prætermisso, illa sollicite curant, quæ publicanis, quæstoribus atque villicis curanda sunt. De his quotidie cogitant & peruigilant. (II) Quod illa in suos vsus applicarent. Respexisse huc videtur HIERONYMVS *de septem ordinib. eccl. c. 5.*, cuius verba in *c. 23 §. 5. D. 93.* referuntur, quæ rem satis aperte demonstrant. *Nunc autem*, inquit, *ex quo in ecclesiis, sicut in Romano imperio, creuit auaritia, periit lex de sacerdote & visio de propheta, singuli quique per potentiam episcopalis nominis, quam sibi ipsi illicite absque ecclesia vindicarunt, totum, quod Leuitarum est* (Diaconos intelligit, quos ante cum *Leuitis* comparauerat, sicuti & passim a scriptoribus ecclesiasticis ita vocantur) *in vsus suos redigunt; nec hoc sibi, quod scriptum est, vindicant, sed cunctis auferunt vniuersa. Mendicat infelix clericus in plateis, & ciuili operi mancipatus publicam a quolibet deposcit alimoniam. Et quidem ex eo despicitur cunctis sacerdotale officium, dum misericordia desolatus iuste putatur ad hanc ignominiam deuenisse &c.* Equidem obiicit episcopis, quod totum officium, diaconis debitum, sibi vindicaverint; respexit tamen sine dubio ad morem plerarumque ecclesiarum, in quibus cura hæc diaconis committi ab episcopis solebat, quod etiam sine dubio tutius erat.

Inde œconomi sunt introducti.

§. XI. Vt malis hisce obuiam iretur, constitutum est, vt cura horum bonorum sub inspectione episcopi certis *œconomis* demandaretur, qui proprie dicti sunt *administratores*. Aegre hos admittebant quidam episcopi, contra quos sanctio hæc lata est in *concilio Chalcedonensi c. 26.* cuius verba refert GRATIANVS in *c. 4. D. 89. & c. 21. C. 16. q. 7.* huius tenoris: *Quia in quibusdam ecclesiis, sicut ad nos peruenit, sine œconomo episcopi res ecclesiasticas tractant; placuit omnes ecclesias habentes episcopos, etiam œconomum habere de proprio clero, qui gubernet ecclesiæ res cum arbitrio sui episcopi; vt non sine testimonio sit gubernatio ipsarum rerum ecclesiasticarum, & ex hoc eueniat, res eiusdem ecclesiæ dispergi, & sacerdotali dignitati obtrectatio generetur. Si vero quis non hoc obseruauerit, diuinis subiaceat regulis.*

Etiam laici; postea tantum clerici.

§. XII. Respiciebat hæc administratio curam mere secularem, inde non solum *clerici*, sed etiam *laici* olim ad *œconomiam* hanc admissi sunt, donec concilio Chalcedonensi administratio hæc, ex arcana quadam causa, ad solos *clericos* restringeretur, quod etiam in *Concilio Hispalensi II. c. 9.* prouisum. Huius verba refert GRATIANVS in *c. 22. C. 16. q. 7.* ita se habentia: *In noua actione didicimus, quosdam ex nostro collegio contra mores ecclesiasticos laicos habere in rebus diuinis con-*

sti-

ſtitutos œconomos. Proinde pariter tractantes eligimus, vt vnusquisque noſtrum ſecundum Chalcedonenſium patrum decreta ex proprio clero œconomum ſibi conſtituat. Indecorum eſt enim, laicum vicarium eſſe epiſcopi, & ſeculares in eccleſia iudicare. In vno enim eodemque officio non debet diſpar eſſe profeſſio, quod etiam in lege diuina prohibetur, dicente Moyſe: non arabis in boue ſimul & aſino, i. e. homines diuerſæ profeſſionis in officio vno non ſociabis. Vnde & oportet nos & diuinis libris & ſanctorum patrum obedire præceptis conſtituentes, vt hi, qui in adminiſtrationibus eccleſiæ pontificibus ſociantur, diſcrepare non debeant, nec profeſſione, nec habitu. Nam cohærere & coniungi non poſſunt quibus & ſtudia & vota diuerſa ſunt. Si quis autem epiſcopus poſthac eccleſiaſticam rem aut per laicalem procurationem adminiſtrandam elegerit, aut ſine teſtimonio œconomi gubernandam crediderit, vere vt contemtor canonum & fraudator eccleſiaſticarum rerum, non ſolum Chriſto de rebus pauperum iudicabitur reus, ſed etiam concilio manebit obnoxius. In *c.* 5. *D.* 89. aliæ adduntur rationes, cur *laicis* adminiſtratio hæc denegata fuerit, tum quod ruſticos deprædationibus & fatigationibus male habuerint; tum quod clericis actionum ſuarum reddere rationes recuſauerint: cui etiam hæc addi poteſt ratio, quod œconomis hiſce paulatim *vilium & minimarum cauſarum iurisdictio* obuenerit, quæ ſpeciatim in *concilio Hiſpalenſi* vrgetur; indecorum autem viſum clericis fuerit, iudicem in rebus eccleſiaſticis habere laicum. Tenebatur præterea *excipere & inſtituere* actiones nomine eccleſiæ, *l.* 33. §. 4. *C. de epiſc. & cleric.* aliarumque rerum curam habere. GONZALEZ TELLEZ *ad c.* 4. *X. de offic. iud. ordin. n.* 5.

§. XIII. Præterea alii quoque *œconomis* ſimilia officia geſſe- Similes ſunt
runt, ceu patet ex *c. ſaluator.* 8. *C.* 1. *q.* 3. vbi ita: *Nomine procuratoris* adminiſtra-
intelligit præfata ſynodus quemlibet eccleſiaſticarum rerum adminiſtrato- toribus præ-
rem, vt verbi gratia, præpoſitum, œconomum, vice-dominum. Defenſoris poſiti.
nomine aduocatum ſiue caſtaldum & iudicem. Fuerunt itaque (I) PRAEPOSITI quandoque *rerum eccleſiaſticarum adminiſtratores;* quamuis enim is, qui regit monaſterium poſt abbatem, & qui canonicis in capitulo præeſt, *præpoſitus* ſæpe dicatur: *concil. Aquisgran. c.* 139. ANTON. MATTHAEI *de nobilit. lib. II. c.* 25. *p.* 451. & 457. in cathedralibus eccleſiis tamen *præpoſiti* quoque curam gerebant rerum temporalium non eo tempore, quo canonici *menſa communi* vtebantur, tum etiam, vbi quædam pars relicta in communione, & ſingulis canonicis bonorum pars aſſignata, quod plenius illuſtrat MATTHAEI *cit. l. p.* 458. & præterea apparet ex *c.* 46. *X. de appellat.* (II) VICE-DOMINI quales fuerint non omnium vna Vice-Domi-

est sententia. Dum in *cit. c. 8.* inter *administratores rerum ecclesiasticarum* collocantur, apertum est, eos etiam curam harum rerum gessisse. Non inepte iudicat GONZALEZ *ad c. 1. X. de calumniat.* illos ita dictos fuisse, quod ab episcopo rerum sacrarum administrationi essent præpositi, & pro hospitibus recipiendis, & eleemosynis elargiendis, & vt prouiderent omnibus rebus, quæ *domi* prouidendæ erant. Sed & *vice episcopi*, qui *domini* sæpe dicuntur, eos iudicasse quoque constat, ceu probat ZIEGLER. *de dot. eccles. c. 11. §. 43.* Huc pertinent verba ex *concilio Mogunt. c. 50. Omnibus igitur episcopis, abbatibus, cunctoque clero omnino præcipimus, vicedominos, præpositos, aduocatos siue defensores bonos habere, non malos, non crudeles, non cupidos, non periuros, non falsitatem amantes, sed Deum timentes, & in omnibus iustitiam diligentes.* Videtur quoque huc respexisse GREGORIVS in *c. 3. D 89.* asserens, *vicedominum* se constituisse, cuius arbitrio episcopium commiserit disponendum, vbi per *episcopium* non tantum ipsæ res ad episcopum spectantes, sed etiam alia, quæ ad *officium episcopale* spectant, intelligi commode possunt.

et aduocati. §. XIV. Quamuis autem *aduocati ecclesiarum* sæpe *vicedomini* dicti sint, ceu probat MATTHAEI *de nobil. lib. 1. c. 8. in f. p. 86. sq. & lib. II. c. 29. p. 499.* in adducto tamen canone ab horum classe excluduntur, & in sortem *defensorum* reiiciuntur ADVOCATI; vnde proprie *administratores* haud fuisse videntur. Sed animaduertendum est, duplicem in formulis pragmaticis occurrere *aduocatiam*, alteram quæ *nudam defensionem* denotat, alteram vero, quæ plus iuris, imo ipsam *iurisdictionem* aduocatis tribuit; ceu accurate obseruat, & variis chartis comprobat HERTIVS *diss. de consult. LL. & iudic. in special. rebus publ. Germ. §. 17. & in diss. de iactata vulgo ord. Cistert. libertate sect. vlt. §. 15. seqq.* Aduocatia in priori significatu non est huius loci: sed si in posteriori sensu sumitur, manifestum est ex antiquitate, amplissimam potestatem eiusmodi aduocatos sibi vindicasse circa *administrationem rerum ecclesiasticarum:* quod nec diffitetur LEHMANNVS in *chronico Spirensi lib. 2. c. 36.* inquiens: Daß sie durch ihre Diener und Beamten der Kirchen und Bischöfe Güter und Feld bestellet, und die Leibeigene zu Frohndienst und Arbeit angehalten, gebührende Sorge für die Haushaltung getragen, alle Frucht und Gefälle, Einnahme und Ausgab zu der Kirchen Nutz und Besten zu rechter Zeit und Ort verfüget. Conf. MAYER *de aduocat. c. 11. n. 43. seq.* SCHILTER. *in pr. iur. Rom. ex. 10. §. 8.* Creuit eorum potestas magis magisque, cum ab initio potissimum *causas*

eccle-

eccleſiaſticas agerent, rationesque inſpicerent. vid. BESOLD. *in theſ. pract. voce* Kaſten-Voigt. Sed poſt etiam *iurisdictionem* quandam nacti ſunt, & adeo potentes facti, vt clero nimis graues eſſent. CAROL. DV FRESNE *in gloſſar. voc. Aduocatus.*

§. XV. Pertæſi tandem clerici horum adminiſtratorum, varias contra eos querelas mouerunt, quorum defenſionem ipſe pontifex ſuſcepit apud ARNOLDVM LVBECENSEM *lib. 3. c. 10.* In quo autem ſumma querelarum conſtiterit, recenſet FRIDERICVS Cæſar, ibi proceribus inquiens: *Affirmat etiam iniuſtum eſſe, quod aliquis in prædiis ſeu hominibus eccleſiarum Aduocatum ſibi vſurpat, aut ſicut eccleſiæ de libera voluntate ſiue donatione imperatorum vel principum fundatæ ſunt, ita res eccleſiaſticæ a Prælatis tantum libere diſpenſentur. Et quamuis hæc pro prælatis eſſe videantur, non tamen credo, quod ita facile mutari poſſunt, quæ ex longa antiquitate vſus in conſuetudinem vertit, imo ipſa conſuetudo, a progenie in progeniem deſcendens, quas iuſta traditione roborauit.* Apparet ex his verbis, imperatorem haud abnegare potuiſſe, aduocatorum poteſtatem magis *conſuetudine* quam *certo iure* niti; cum autem, quæ *conſuetudine* obtineant, variare ſoleant; probabile admodum eſt, aduocatorum non vnam eandemque fuiſſe vbique poteſtatem circa bona & rationes eccleſiarum, ſed alibi maiorem, alibi minorem. Adducit CAROLVS DV FRESNE exempla, vbi circa *diſpoſitionem bonorum eccleſiaſticorum* adhibitus aduocatorum conſenſus commemoratur; vtrum autem id perpetuo ita obſeruatum vbique fuerit? non ſatis conſtat.

Quorum poteſtas reſtricta.

Quæ varia fuit circa bona eccleſiaſtica.

§. XVI. Manſerunt tamen adhuc œconomi in plerisque eccleſiis: & cum horum quoque ius aduocati ad ſe rapere niterentur; turbæ ſæpe inde motæ ſunt, quod illuſtrat CHRISTIANVS FRANCISCVS PAVLINI in *tr. de aduocat. & œconomis monaſt. §. 10.* ſententia FRIDERICI I. Imperatoris, anno 1188. lata, qua aduocatorum poteſtas in eccleſias Goslarienſes circumſcribitur, & ab *œconomorum* poteſtate diſcernitur hoc modo: *Perlata ad nos importunitate, quam in bona eccleſiæ noſtræ Goslarienſis aliquando exercere præſumſerint aduocati, vel villicationes eius locando, vel nihil ad eos, vel hereditates litonum eccleſiæ ſibi vſurpando, vel etiam manſos eccleſiæ nouis collocando colonis: nos hæc illicita de cetero fieri authentico prohibentes edicto, nullam permittimus aduocatis ad talia perpetranda poteſtatem. Cum enim de iure aduocatorum coram nobis in palatio Goslarienſi quæſtio moueretur, de communi principum conſilio ſententiatum fuit, quod in bonis eccleſiarum aduocati nihil iuris haberent, niſi tantum in tribus caſibus, in furto videlicet, in pugna & raptu, & omnes aliæ*

Quibus tandem adminiſtratio per ſententiam Friderici negata.

quæstiones essent ad œconomum seu villicum referendæ. Hanc Cæsaris sententiam quoque recitat ANTON. MATTHAEI *de nobilit. lib. II. c. 29. p. 502. sq.* Sed malignitas *aduocatorum* tandem hisce aduocatiis in plurimis locis finem imposuit, ceu optime demonstrat prælaudatus PAVLINI *cit. tr. inf.* Quin & *œconomi* pedetentim cessarunt, postquam clero magis expedire videbatur, administrationem bonorum *iure feudorum* ad se trahere, MARTINVS SCHOOCKIVS *de bon. eccles. sect. 2. c. 4.* vel etiam quandoque œconomi in *administratione rerum ecclesiasticarum* pessime & minime œconomice versabantur. Inde in antiquis tabulis sæpe *vitrii ecclesiæ* dicti fuerunt, prout erudite ostendit SCHVRTZFLEISCHIVS *peculiari dissert. de vitriciis ecclesiæ*, variisque diplomatibus illustrat, eos *sacri patrimonii curatores* fuisse, quod eo probabilius est, quia nonnunquam *vitrici & prouisores* dicuntur, ceu *§. 11. cit. dissert.* diplomate adducto docet: vt præteream, illos in diplomate apud HVNDIVM in *metropoli Salisburgensi Tom. I. p. 64. procuratores* seu *vitricos fabricarum* appellari. Recte vero huius appellationis causam inde deriuat ANTON. MATTHAEI *de nobilit. cit. l. p. 501.* quod non semel in bonis grassati licenter vixerint & solute, in ecclesiam iniqui. Tandem in occidentali ecclesia penitus quidem desierunt, postquam mensæ communis partitio facta est inter canonicos, obseruante THOMASSINO *P. I. de vet. & nou. eccles. discipl. lib. III. c. 70. §. 6.* ipsa tamen administratio bonorum ecclesiasticorum haud desiit, sed aliis commissa, præsertim in *ecclesiis parochialibus*, cum *prouisorum & vitricorum ecclesiæ parochialis* sæpe in antiquis diplomatibus adhuc iniiciatur mentio per seculum XIV. & XV. obseruante MATTHAEI *cit. l. p. 500. sq.* Neque enim ecclesia, quæ *personam mysticam* constituit, administratoribus carere potest: quamquam, prout docui, hi varia fata habuerint, & ecclesiæ ab his non leuem sæpe cladem pertulerint. Inde est sine dubio (I) quod *ecclesiæ minorum* conditioni adscriptæ sint, vt eo citius illis succurri, & contra iniquas administratorum oppressiones & facinora in integrum restitui possint: (II) quod duplex administratio tandem inualuerit, *parochorum*, qui *iure beneficii* seu feudi tenent quædam bona ecclesiastica loco salarii, & *administratorum* seu *ærarii præfectorum*, qui reliquum patrimonium ecclesiasticum possident.

Quinam hodie sint administratores bonorum parochialium?

§. XVII. Hæc fuere fata administrationis bonorum ecclesiasticorum, ex quibus facile patet, quinam hodie sub nomine *administratorum bonorum parochialium* veniant, illi videlicet, qui res & bona *ecclesiæ parochialis* administrant, inuentarium de illis, librum rationum, data accepta continentem, conficiunt, nomina *ecclesiæ parochialis* exigunt, & pecuniam

niam elocandam procurant, aliosue actus, in vtilitatem ecclesiæ vergentes; summa cum diligentia expediunt, Germanico idiomate Kirchen-Väter, Kirchen-Beschworne, Kirchen-Iuraten, GOttes Haus- oder Heiligen-Pfleger, LINCK. *de iur. episc. c. 10. n. 18.* In *R. I. de anno 1548.* vocantur die Kirchen-Pfleger, alias Kirchen-Vorsteher, Kastner, Kasten-Vögte, Kasten-Vorsteher ꝛc. Speciatim Hamburgi vocantur Kirchen-*Iuraten*, quæ appellatio antiquissima est, ceu ostendit inscriptio de anno 1342. adducta ab ANTONIO MATTHAEI *de nobilit. lib. II. c. 29. p. 500.* huius tenoris: *Inceptum est fundamentum huius turris. Orate pro IVRATIS;* & alia *ibid. Anno 1457. ante festum Paschæ hæ nouæ domus sunt incœptæ, & in pro-festo paschæ sunt completæ: orate pro PROVISORIBVS TEMPLI.* Possunt etiam huc referri *executores testamentarii*, quibus cura *legatorum*, piis causis relictorum, incumbit, & quidem tunc imprimis, si *ecclesiæ parochiali* hoc legatum sub *administratione huius testamentarii* relictum, qui ad instar *particularis administratoris* censetur, & de rationibus reddendis æque vt alii administratores tenetur, prout plenius ostendit LAVTERB. *diss. de executor. vltim. volunt.* & infra *c. II. §. 12.* illustrabitur. Dubium autem est, an etiam *Altaristæ* seu Altar-Leute, qui inter sanctam communionem communicantibus linteola aperta subtendunt, œconomiam ac curam rerum ecclesiasticarum gerunt, quique eleemosynas viritim in templo, vel ostiatim in plateis colligunt, vulgo die mit dem Klinge-Beutel umgehen, inter *administratores* sint referendi? quod recte affirmat LINCKIVS *cit. l. n. 6.* Quamuis enim non vbique hi, qui oblationes colligunt per sacculum sonantem, simul administrent; in plurimis tamen ecclesiis hoc quoque munus iis iniunctum est. Sic in electoratu Saxoniæ per decretum Synodale generale de anno 1624. sequentem in modum sancitum est: Es sollen auch die Kirch-Väter mit dem Cymbul-Säcklein alle Sonn- und Feyertage das Almosen mit Fleiß sammlen und berechnen. Interim ea propter legatum Altaristis, denen Altars-Leuten, relictum, indistincte nolim administratoribus rerum ecclesiasticarum cum SCHILTERO *instit. iur. can. L. 1. tit. 10. §. 11.* tribuere, sed potius ordinariis ecclesiæ ministris cum CARPZ. *l. 2. definit. eccles. 323.* & GROENWEGEN *ad L. 42. §. 2. C. de episc.* illud attribuendum esse iudico, quia per vocem, Altar-Leute, illi præcipue etiam intelliguntur, qui ministerium altari proprie præstant: quicunque enim altari inseruiunt, digni omnino habentur, vt de altari quoque victum aliaque emolumenta sumant, *1 Cor. IV, 15.* Nulla itaque ratione eiusmodi legatum ad præfectos ærarii ecclesiastici extendendum, sed potius ad ec-

An & quatenus altaristæ veniant sub nomine administratorum B. E.

cleſiæ miniſtros reſtringendum, alioquin etiam adminiſtratores ex reditibus eccleſiæ victum & amictum capere deberent, quod tamen hactenus nondum receptum eſſe puto. Quod ſi tamen conſtaret, per vocem, Altars-Leute, *vnice* in illo loco, & *tantum*, denotari adminiſtratores bonorum parochialium, quos quidam Older-Leute vocant, quaſi *ſeniores*, aliud dicendum eſſet.

Suprema cura bonorum parochialium ad Principem ſpectat.

§. XVIII. Ea vero eſt natura & indoles bonorum parochialium, vt ſingularem *curam* & *adminiſtrationem* requirat, quæ vt rite peragatur, imprimus ſupremus Princeps tanquam nutritor eccleſiæ eo reſpicere debet, vt iis adminiſtrandis pii & cordati viri præficiantur, prædones autem ab iis arceantur, ne diſpenſatores degenerent in perfidos diſſipatores, & eccleſiæ tutores in bonorum decoctores, quo ipſo non *nomine* tantum, ſed re ipſa *vitrici* eccleſiarum parochialium fiunt. CARPZOVIVS *lib. II. iurisprud. conſiſt. def. 299.* quidem hoc ius Principibus proteſtantibus recte tribuit, ſed non alio reſpectu, quam quatenus ſunt *epiſcopi*: *nam*, ait, *curam hanc & adminiſtrationem bonorum eccleſiaſticorum proceres ac ſtatus Imperii euangelici, non vt principes politici, ſed vt epiſcopi gerunt ex tranſactione Paſſauienſi & pacificatione religioſa.* Sed fluxit hæc hypotheſis ex ſpurio & falſo principio iuris pontificii, ſupremam inſpectionem in bona eccleſiaſtica, eorumque adminiſtrationem ſoli epiſcopo tribuendam eſſe, cum potius *iure reipublicæ* imperantibus debeatur, quorum intereſt, bona *eccleſiaſtica*, & ſic etiam *parochialia* recte adminiſtrari. Omni fundamento deſtituitur *qualitas* illa *epiſcopalis*, quæ Principibus euangelicis tribuitur, vt oſtendi peculiari diſſertatione *de iure epiſc. principum euangel.*, quin potius principes, *qua tales*, omne ius ſuum in ſacra exercent, ceu *ſect. I. c. 2.* oſtendi. Neque enim olim reges imperatoresque ſub alia qualitate, quam *principali*, hanc curam exercuere, quod multis ex argumentis liquet, id quod etiam obſeruat LEHMANNVS *in chron. Spir. lib. II. c. 36.*, qui de temporibus PIPINI & CAROLI M. hæc refert: Dieweil denn hiezu, inquit, Verwalter und Regenten von nöthen geweſen, die Biſchöffe aber ihren geiſtlichen Stand und Amt unzienlich befunden, daß ſie ſich mit weltlichen Geſchäften ſolten beladen, regieren, Herrſchung und der Beſtellung des Feld-Baues, und andern ſo politiſchen Verrichtungen anhanget, nachſetzen und abwarten, ſo haben ſie deßhalben auf allgemeiner Reichs-Verſammlung geſchloſſen, und den Reichs-Ordnungen einzuverleiben, und von ihren Königen und weltlichen Fürſten zu beſtätigen, und darob zu halten gebeten, daß dem Königlichen Amte ſolle zugefüget

füget werden, daß ein ieder König alle und iede Bißthum, Stift und Kloſter mit einer weltlichen Regiments-Perſon, ſo ofte daran Mangel vorfällt, ſoll verſehen und beſetzen, und auf ihr ungebührlich Verhalten, Uebergriff und Verbrechungen wieder abſchaffen, wie denn die Könige und Stände der Chriſtlichkeit hierin willfahrt, und den Reichs-Verfaſſungen, ſonderbare Geſetze ſolcher weltlichen Regenten bey den Stift und Klöſtern einverleibet. Hac de cauſa, reformatione facta, principes euangelici curam ſupremam, quam circa bona eccleſiaſtica ſuprema in republica poteſtas eis defert, quamque immoderato epiſcoporum auſu fere amiſerant, renouarunt, & *iure proprio* exercuerunt, ſuſpenſa epiſcoporum poteſtate, quod ordinationes eccleſiaſticæ paſſim oſtendunt. Et ſicuti optimi principis eſt, prouidere, ne bonis eccleſiæ inique priuentur: ita merito laudanda eſt ſingularis cura & prouidentia ſereniſſimi ducis Megapolitani IOANNIS ALBERTI, immortalis nominis principis, qui acerbiſſimas de corruptiſſimo eccleſiæ noſtræ ſtatu querelas ducens huic aliisue eccleſiæ defectibus ſubuenire, & medelam quærere voluit in teſtamento, a STRYKIO *in append. tract. de cautel. teſtam. num.* 7. exhibito, vnde hæc excerpere libuit:

Illuſtratur teſtamento Ioannis Alberti, ducis Megapolitani.

Und dieweil bey vielen Paſtorn und Schul-Dienern hin und wieder in unſern Ländern täglich allerley Klagen geführet werden von wegen ihres geringen Unterhaltes, und in unſern fürnehmſten Städten, da zuvor groſſe Cleriſeyen geweſen, und viel Meß-Pfaffen im Pabſtthum reichlich gelebet, ietzo wenig Perſonen mit Verrichtung des Gottesdienſtes mit Noth ernehret werden können, welches unſers Erachtens dahero am allermeiſten verurſachet wird, daß die angeſtelleten Viſitationes an vielen Orten nicht vollkömmlich gehalten, zum theil von denen Oeconomis unordentlich und übel hausgehalten, die Haupt-Summa und Güther, von dero Renthen und Hebungen die Kirchen-Diener leben und beſoldet werden ſollen, abgemahnet, nicht wiederum zu Nutzen angelegt, auch von ihnen jährliche Rechnung ſelten, oder an etzlichen Orten gar nicht genommen, und gleichwol die Kirchen Güter darunter zu eigenen Nutzen angewendet, unterſchlagen, auch wol von den Patronen oder Lehn-Herren ſelbſt occupiret und profaniret, deßgleichen auch die beneficia und Lehen, ſo von Alters her zu milden Sachen geſtiftet, nach Gunſt und Affection mehr denen die Patronen gewogen, den die derſelben fähig und würdig, verliehen worden, darüber die Kirchen in Abfall kommen, und ungelehrte und ungeſchickte,

und

und oftermals ärgerliche Leute, in die Pfarren, und Schul-Dienste, eingeschlichen, welche sich um nichts, denn wie sie ein Stück Brodts erschnappen mögen, bekümmern, und derhalben alles nach ihrer Patronen und Obern Gefallen hingehen lassen, die Seelsorge ihrer Kirchenspiel-Kinder versäumen, eines theils auch andrer und ihrer Orden und Stände übelanständige Händel, als Hopfenkaufs, Procurirens, Notariat-Amts und dergleichen sich unterstehen und vornehmen, welchen allen, da länger solte zugesehen werden, ohne allen Zweifel GOttes gerechter Zorn über unsere liebe Söhne, auch Land und Leute kommen, und uns seines theuren werthen Wortes, um unsers Verdiensts und Undanckbarkeit willen, berauben und verlustig machen werden. Dennoch so ordnen, setzen und wollen wir, daß unsere freundliche liebe Söhne ein fleißiges, ernstes Aufsehen hierin haben, gottesfürchtige, verständige Leute darüber zu Rathe nehmen, und allen Mängeln, die wir deßfalls in Richtigkeit zu bringen verhindert worden, zu Verwahrung ihres Gewissens, und damit sie GOtt von ihrem tragenden Fürstlichen Amte schuldige Rechenschaft geben, auch seines Segens, den Er allen, die Ihn von Hertzen lieben, ehren und fürchten, verheisset, theilhaftig werden mögen, durch billige, rechtmäßige Mittel zum Grunde abhelfen. Parem sollicitudinem pro conseruandis bonis ecclesiasticis gessit gloriosæ memoriæ princeps ANTONIVS VLRICVS, dux Brunsuicensis & Luneburgensis, qui in *renou. ordin. eccles. Guelpherbyt. P. I. c. 20. §. 1.* hæc edixit: Demnach die Erfahrung bezeuget, daß der Abgang bey denen zu der Kirchen gewidmeten Gütern und intraden, nicht so viel von Unglücks-Fällen, als von nachlässiger Aufsicht und administration herrühre, und wir für eine zu unsern Landes-Fürstlichen Sorgen mit gehörige Angelegenheit erachten, daß nicht nur die Kirchen-Gebäude im Stande erhalten, sondern auch der Kirchen Vermögen wohl bewahret, und nach Möglichkeit verbessert werde ꝛc.

Quibus ius constituendi administratores competat?

§. XIX. Quemadmodum vero quodlibet collegium eo fruitur iure, vt quoad bona & reditus, ad collegium pertinentes, certos possit eligere administratores, & imprimis illos, qui sunt de gremio illius collegii: ita eodem modo ecclesiæ parochiali idem ius competit, quia collegium speciale repræsentat, eiusque qualitates habet, prout *Sect. I. c. 2. & Sect. II. c. 1.* ostendi. Præterea horum constitutionem esse negotium ad totam spectans ecclesiam, der Gemeine, apparet ex facie pri-

primitiuæ eccleſiæ Hieroſolymitanæ, quæ huic rei optime proſpexit; & hunc in finem ſeptemuiros conſtituit, prout ſupra iam obſeruaui. Atque hoc ipſum ius eccleſiæ integrum illibatumque manſiſſet, niſi epiſcopalis potentia interceſſiſſet. Etenim poſteaquam epiſcopi maiori autoritate pollere inceperunt: primum adminiſtratio, quaſi *proprio iure*, ipſis tributa, & vigore huius facultatis tandem conſtitutio œconomorum ad eosdem deuoluta eſt, vt hi res adminiſtrarent ſub arbitrio & auctoritate epiſcopi; vid. *l. 33. §. 4. C. de epiſc. & cler* LINCKIVS *de iure epiſc. c. 10. n. 16.* Præterea cum capitula pluribus bonis abundare inciperent, nec amplius communi menſa vterentur, illis quoque bonorum horum adminiſtratio adſcripta eſt, MERLINVS *deciſ. 728.* ſuprema tamen inſpectione penes epiſcopum remanente. Eandem quoque curam retinuit circa bona parochialia, quæ adminiſtratores ſuos acceperunt ab epiſcopo, vel ſaltim ab eo confirmari debuerunt, vt fere *eccleſiæ*, ceu cœtui eccleſiaſtico, nihil iuris relictum fuerit. Vtplurimum enim ipſi parochi ſunt adminiſtratores bonorum parochialium, docente BARBOSA *de offic. & pot. paroch. lib. I. c. 13. n. 38. ſeqq.* qui exemplum ſuorum epiſcoporum ſtrenue ſecuti ſunt; quamuis etiam praxis hic variet. In noſtris eccleſiis ipſa bona, officio parochiali annexa, ſunt in parochorum poſſeſſione & vſu; reliqua adminiſtratores ſuos aliunde accipiunt, quorum conſtitutio vario gaudet iure. In plerisque eccleſiis vix parochiani amplius in iis conſtituendis adjuntur, quamuis id omnino fieri deberet, quia & horum intereſt, ne rapaces & perfidi curatores *bonis parochialibus* præficiantur, ſed vt patrimonium eccleſiæ ſaluum & illibatum conſeruetur, cum alioquin ſuſtentatio eccleſiæ parochialis eorum onus fiat. Sic in nonnullis locis adminiſtratores peculiare conſtituunt collegium, cui hoc datum eſt, vt ipſi collegam ſibi adſciſcere poſſint; alibi parochi votum, vt & ſenatus ſimul requiritur. In hac ciuitate ſingulæ eccleſiæ habent *collegium eccleſiaſticum*, ex octouiris conſtans, quod repræſentat integram eccleſiam, atque adeo penes hos octouiros eſt quoque conſtitutio *adminiſtratoris*, quem vocant den Kirch-Vater, qui quotannis collegio rationes reddere tenetur. Ipſi quoque *patroni* paſſim ſibi hoc ius vindicarunt, vt vel immediate bona parochialia adminiſtrent, vel bonorum parochialium adminiſtratores conſtituant, id quod a ratione *iuris patronatus* non eſt alienum, & eo magis defendendum, ſi immemoriali præſcriptione obtentum; ita tamen, vt ſuperiori ſemper ſalua ſit inſpectio & rationum exactio. BRVNNEM. *in iur. eccleſ. lib. 1. c. 6. n. 12. §. 18.* LINCKIVS *de iure epiſcop. c. 10. §. 36.*

Ius conſtituendi adminiſtratores ad quem ſpectet?

Conſtituti prouiſores confirmandi ſunt.

§. XX. Quomodocunque autem conſtituantur bonorum parochialium adminiſtratores, confirmandi omnino ſunt a *magiſtratu eccleſiaſtico*, niſi per obſeruantiam ſpecialem confirmatio ſeculari magiſtratui quæſita fuerit, præſertim cum *tutoribus curatoribusque*, qui confirmatione indigent, æquiparentur. Collineat huc ſanctio imperii in *reformat. polit. de anno 1548. & 1577. tit.* von *pupillen* und Minderjährigen, vbi expreſſe ita prouiſum: Und dieweil mit den Kirchen Renthen, Gefällen und Gütern, zu Zeiten auch gefährlicher und betrüglicher Weiſe durch die Pfleger gehandelt wird, ſo wollen wir den Obrigkeiten, denen ſolches gebühret, hiemit auch befohlen haben, daß ſie gleichergeſtalt auch Einſehens thun und verfügen, die Kirchenpfleger und Fürſteher mit Eyden und Gelübden zu beladen, der Kirchen getreulich fürzuſtehen, und jährlichen Rechnung zu thun, wie obſtehet. Equidem directo hic quidem non cauetur, vt confirmentur, per in directum tamen hoc ex eo colligi poteſt, tum quod hic *tutoribus* æquiparati ſint, quorum confirmatio neceſſaria eſt, tum etiam quod iuramento iudicaliter ſint obſtringendi, quod *confirmationem iudicialem* præſupponit. Quod vero vtrumque, & *iuramenti exactio* & *confirmatio*, plurimis in locis negligatur, non parua incommoda eccleſiis attrahere ſolet, cum non raro hi, qui præfectos ærarii conſtituunt, inidoneos conſtituant, qui magis bona eccleſiaſtica diſſipant, quam adminiſtrant; adeoque merito hæc ſanctio imperii vbique in praxin eſſet reuocanda. In *ordin. eccleſ. Gothana lib. II. c. 29. n. 3.* ſanctio imperii conſeruata eſt his verbis: Nechſt dieſem erfordert die Nothdurft, daß bey einer iedweden Kirche gewiſſe Vorſteher des Gottes-Kaſten, und deren zum wenigſten zweene beſtellet werden, welche denn iedes Orts Obrigkeit mit Vorbewuſt und Einwilligung des Pfarrers zu erwählen und zu beſtättigen ꝛc. In *ordin. eccleſ. Magdeb. c. 22 §. 1.* pari fere modo ſancitum eſt: Es ſollen iedes Orts zweene gottsfürchtige und redliche Männer zu Vorſtehern und Kirchen Vätern, wie es iedes Orts Herkommen, gewählet und verordnet, auch von iedes Orts Obrigkeit darzu vereydet werden In *renou. ordin. eccleſ. Guelpherbyt. c. XXII §. 2.* hæc de conſtituendis adminiſtratoribus conſtituta ſunt: Alle ſolche Vorſteher und Rechnungs-Führer bey Kirchen, Hoſpitalien und Armen-Kaſten, ſollen von denen Gerichts-Herren und Beamten, mit Zuziehung des Paſtoris, erwählet und darauf von dem Superintendenten, Gerichts-Herren und Beamten, nach der, dieſer Ordnung beygedruckten Eydes-Formul, in Pflicht genommen werden.

§. XXI.

§. XXI. Ceterum siue a Senatu, siue a paucis, ecclesiam repræsentantibus, constituantur, merito horum periculo constituuntur: sicuti tutores pupillorum magistratus periculo ordinarie constituuntur, *l. 28. D. de tut. & cur. dot. t. t. C. si mat. indem. promis.* Sicuti enim horum cura in eo consistit, vt optimos patresfamilias, nullaque ratione suspectos, constituant; alioquin in subsidium eo nomine tenentur: *t. t. D. de magistr. conuen.* ita quoque eos, penes quos ius est constituendi administratores, idem periculum manet, cum horum officium sit, constituere pios & haud suspectos administratores, atque adeo si in hoc ipso officio suo satis haud fecerint, merito quoque ex naturali ratione *in subsidium* obligati erunt, cum damnum, per malos administratores ecclesiæ illatum, ab his originem trahat, qui auctores fuere. vt infidelibus hisce prouisoribus administratio committeretur. Quod si tamen ab initio satis idonei fuere, & postea inidonei esse inceperunt, in eo constituentes satis tuti sunt, *l. 1. §. 11. D. de magistr. conuen.* id quod tamen merito probare debent, *l. 1. §. 13. D. ibid.* Equidem rarissime constitutiones ecclesiasticæ de hoc quid cauent, minime tamen censendæ sunt, periculum hoc constituentibus remisisse, cum ex naturali ratione succedanei sint alieni periculi, & quod in iure particulari deest, supplendum sit ex iure communi.

An constituentes administratores teneantur in subsidium?

§. XXII. Quemadmodum vero sufficientes reditus, qui ad celebrationem sacrorum, sustentandos ecclesiæ ministros, conseruandas ædes parochiales, aliasue res ad diuinas ceremonias pertinentes sufficiunt, singulis in ecclesiis exiguntur: *Nou. 57. c. 2. Nou. 123. c. 18.* SIGISMVNDVS FINCKELTHAVS *de iur. Patron. cap. 4. n. 67.* sic quoque tot ecclesiæ præfecti & curatores ad eius negotia administranda requiruntur, quot administrationi huic sufficiunt, qui prospiciant, quo minus illa bona ad illicitos vsus aliosue illegitimos fines impendantur. In primitiua ecclesia, quæ ex penu suo ingentem copiam pauperum alebat, septem curatores bonis ecclesiæ dispensandis præficiebantur; *Actor. VI, 3.* vnde tamen lex quædam generalis ecclesiastica formari non debet. Ratio iuris potius postulat, vt numerus prouisorum pro opulentia & paupertate bonorum parochialium mox augeatur, mox diminuatur. Quod si ecclesia bonis ecclesiasticis, reditibus, variisque aliis rebus immobilibus & mobilibus abundat, plures omnino ipsis præficiendi sunt, cum contra ecclesia parochialis facultatibus magis destituta, paucioribus, imo etiam vno contenta sit. Vtplurimum *duo* requiruntur, prout ex §. 7. liquet, Visitatio Marchica *art. 15.* exigit, vt administratio committatur *quatuor personis*, quarum prima ex senatu, duo ex collegiis aus den vier

Quot personæ requirantur ad administrationem B. E.

Gewercken, & quarta ex plebe ſumenda. Inſpectio tamen Senatui adhuc ſalua eſt; ita vt cum miniſterio ſacro ea omnia, quæ geruntur, communicari debeant. Conf. BRVNNEM. *de I. E. lib. 1. cap. 6. membr. 12. §. 18. in f.*

Quomodo debeant eſſe comparati adminiſtratores?

§. XXIII. Arduum vero negotium eſt, adminiſtrationem rerum parochialium ſuſcipere, atque acceptionem & erogationem redituum eccleſiaſticorum ita inſtituere, nullus vt in toto rationum libro reperiatur defectus. CHRISTOPH. BESOLD. *de maieſt. ſect. 2. c. 7. circa fin.* Inde facile colligi poterit, non quoslibet ex populi fece bonis parochialibus adminiſtrandis præponendos eſſe, ſed viros pios, cordatos, fideles, ſolertes, rerumque expertes, vt loquitur Apoſtolus: μαρτυρουμένους καὶ πλήρεις πνεύματος ἁγίου καὶ σοφίας. Imprimis autem prouiſores eligendi *boni patresfamilias* eſſe debent, ſeu vt Apoſtolus *1 ad Tim. III. v. 12.* loquitur, τέκνων καλῶς προϊσταμένους καὶ τῶν ἰδίων οἴκων, die ihren Kindern und eigenem Hauſe wohl vorſtehen, cuius ratio petenda ex *verſu 5. eiusd. cap.* Eundem in modum etiam diſponit *ordinat. eccleſ. Saxonica art. general. 35. in principio:* Damit der Kirchen und deroſelbigen Gütern recht und wohl vorgeſtanden, und die Kirchen-Gebäude deſto baß erhalten werden; So ſollen bey ieder Kirchen feine ehrliche, gottesfürchtige und redliche Leute, zum wenigſten zwey, zu Kirch-Vätern, der Kirchen zum Beſten, erwählet werden, ꝛc. Quæ cum ita ſint, ante omnia in *vitam*, *mores* & *pietatem* perſonarum, huic muneri præficiendarum, accurate inquirendum eſt, ne improbi, deperditi, prodigi, rerum ſuarum diſſipatores, bonorumque decoctores in numerum adminiſtratorum eccleſiæ adſciſcantur, ſed tales, qui pleni teſtimonio Spiritus S. inculpatam, & ab omni flagitio liberam vitam gerunt, & probatæ vitæ teſtimonium apud omnes melioris notæ homines habent. Si enim a tutela remouentur, & excluduntur, qui ex vita ante acta, vel alio delicto ſuſpecti ſunt, multo magis excludendi erunt tales ab hac eccleſiæ curatela, adeoque non *ſine inquiſitione* conſtituendi. Verum peſſime, nec ſine ſummo eccleſiæ detrimento, ſedula inquiſitio ſeu *vitæ* & *morum* ſcrutinium apud nos vt plurimum omittitur, quo fit, vt inepti & perfidi ſæpe in numerum *præfectorum eccleſiæ* recipiantur.

Laicis parochianis hoc munus committendum.

§. XXIV. Recte vero etiam *laicis* in noſtris eccleſiis parochialibus hoc munus demandari ſolet, & quidem iis, qui ſunt de illa parochia, ad quam bona parochialia ſpectant, non habita ratione, vtrum ſint *originarii ciues*, an vero *allecti*. Nam etiam hi parochiani ſunt, & ita

& ita quoque citra contemtum ab hoc munere excludi nequeunt. Quamuis enim *originarii ciues* quandoque in ciuilibus muneribus quandam obtineant prærogatiuam, id tamen ad eccleſiaſtica munera applicari non poteſt, vbi *huius reſpectus ciuilis* non habetur ratio, ſed ſufficit, quod *parochianus* ſit, niſi leges eccleſiaſticæ aliud determinauerint.

§. XXV. Duo tamen hic præcauenda ſunt. Primum eſt, *ne quis adminiſtrationem hanc adfectet, aut vltro ſe obtrudat.* neque enim parochiano, qui affectat hoc munus, tuto illud concredi poteſt. Noui quidem, in quibusdam locis huiusmodi affectantes non arceri, quoniam dignitatem quandam vel certe prærogatiuam hæc adminiſtratio attribuit ei, qui in eccleſia eminentiori ærario præfectus eſt. Interim magis PAVLVM ICtum, quam alios, hic audire cupio, qui *in l. vxori 18. D. ad L. Cornel. de falſ.* ſuſpectum eum præſumi dicit, qui *vltro* tutelam (idem iudicium eſto de hac curatela) affectauit, quod etiam tanquam cautela, magiſtratibus obſeruanda, iniungitur *in l. ſcire oportet 21. §. fin. de tutor.* & præcipitur, ne creent eos, qui ſe ipſos volunt ingerere, vt creentur. Conf. MONTANVS *de tutel. c. 4. n. 16.* DAVID MEVIVS *ad ius Lubec. l. 1. art. 1. tit. 6. n. 16.* MYLER. *ab* EHRENBACH. *de hyparchol. c. 7.* Certe enim cum parum commodi, plus vero incommodi ſuſtineat adminiſtrator: præſumitur merito ſuſpectus, qui ſe obtrudit adminiſtrationi, variisque artibus ſubdolis ad illam adſpirat. Hinc peſſime conſulunt eccleſiis, qui tales conſtituunt vel eligunt. Adminiſtrator ſe ingerere non debet.

§. XXVI. Alterum eſt, ne *electi parochiani hoc munus plane detrectent, illudque fugiant.* Nam ſicut ad *exercitium tutelæ* aliorumque *munerum publicorum* quis cogi, ita etiam ad hanc adminiſtrationem ſuſcipiendam compelli poteſt, quia eſt membrum eccleſiæ parochialis. Hæc enim eſt ratio omnium collegiorum & vniuerſitatum, vt qui eorum membrum eſt, obligetur ad onera eorum ſubeunda, ſi ad hæc legitime a ceteris collegii membris eſt electus. Imo qui vniuerſitati ſeſe adiungit, voluntati maioris partis quoque ſeſe ſubmittit, & iudicio eorum ſtare tenetur, niſi iuſtas in contrarium adferre poſſit cauſas. Imo quemadmodum pupillis minoribus & rebuspubl. eccleſiæ æquiparantur, *c. 1. 3. X. de reſtit. in integr. clem. 2. de relig. domib.* DOMIN. GALES. *ad c. 6. de reſtit. in integr. n. 21.* MONIVS ACOSTA *de priuil. credit. reg. 1. ampliat. 8. num. 18.* BESOLD. *conſ. 30. n. 5. p. 30.* CHRISTIN. *vol. 5. deciſ. 97. n. 33.* MEV. *5. D. 319. n. 3 & p. 7. D. 151. n. 2.* FABER. *in C. l. 1. tit. 9. def. 20. n. 10.* CARPZ. *iurispr. eccleſ. l. 2. definit. 314. n. 45.* ita recte quoque argumentum ab his ad eccleſiam ducimus, vt etiam parochianus, vt *membrum* An patronus cogi poſſit ad hoc munus ſuſcipiendum?

societatis parochialis, ad suscipiendam ecclesiæ administrationem cogi possit indictione mulctæ vel captis pignoribus, quemadmodum ad alia munera ciues coguntur; vid. MYL. ab EHRENBACH. *in hyparchol. c. 6. §. 15.* Atque ita in facto contigisse memini, vbi quis sub pœna 50. thalerorum ad hoc munus suscipiendum compulsus est.

Ex iusta causa electus se potest excusare.

§. XXVII. Quemadmodum vero a tutela aliisque muneribus publicis suscipiendis quidam excusantur *iustis de causis*: ita non dubito, quin etiam hæ suo modo huc referri possint, si ita sunt comparatæ, vt hic recte & sano sensu applicari possint, quas tamen omnes enarrare non vacat. Sic *imperitia literarum* quandoque iustam excusationem præbere potest, quandoque non potest. Siquidem in *parochiis vrbanis*, vbi redituum ecclesiasticorum ratio maiorem sollicitudinem & peritiam literarum expostulat, *imperitia* merito excusat; secus ac in *rusticis parochiis*, vbi rarius rustici peritia scribendi instructi sunt, prout prouisum est in *ordin. eccles. Magdeb. c. 23. §. 2* daß auf den Dörfern, da NB. die Leute selten schreiben können, mittels der Pfarrer Hülfe richtige Rechnung halten sollen. Illud vnicum adhuc addo, debitores fisci, vel tutores pupillorum ægre ad hoc munus esse admittendos, quemadmodum tales non admittendos ad munera publica censuere *l. rescripto 6. §. 1. de muner. l. 1. C. de debit. ciuit. l. sciendum 4. pr. D. de legation. l. locatio 9. §. 3. D. de publ. & vectig.* Rationem peto ex *l. semper 5. §. 10. D. de iure immunit.* ne, si debitores fisci vel pupillorum ad administrationem hanc admitterentur, facultates eorum, quæ iam pro debito contracto fisco vel pupillo obligatæ, extenuarentur. Nam ecclesiæ etiam ius *tacitæ hypothecæ* competere in bonis administratorum hic suppono, quod infra latius deducendum erit. Vid. interim HIERON. ROCCA *disp. iur. select. c. 5. num. 35. sqq.* IO. FRANC. ANDREOLI *controu. 303. n. 10.* AMATOR RODRIQVEZ *de concursu credit. P. 1. art. 4. n. 11. seqq.* NON. ACOSTA *de priuil. credit. reg. 3. ampliat. 17. n. 23.* CANCERIVS *resol. lib. 1. c. 2. tit. de trebell. n. 11.* Cum vero hæ causæ raro sint determinatæ in *ordinat. eccles.*: arbitrio discreti iudicis committendum, an & quatenus iustam excusationem præbere queant.

§. XXVIII. Ceterum quælibet ecclesiæ particulares regulariter suos proprios habent administratores, & ius sibi eosdem constituendi, vtpote quod quibuscunque vniuersitatibus indultum est ex natura & ratione collegiorum, quæ *personam mysticam* in republica constituunt. Sunt tamen ecclesiæ quandoque sibi inuicem subordinatæ, vt exemplo *ecclesiæ filialis* apparet, vbi aliquando contingere potest, vt eccle-

eccleſiæ matris adminiſtratores quoque præſint ærario *eccleſiæ filiæ;* quamuis nec hoc perpetuum ſit, ſed hæc quoque proprios quandoque habere poſſit adminiſtratores, matris eccleſiæ adminiſtratoribus concurrentibus. Conſtituit enim *eccleſia filia* ſeparatum adhuc cœtum, adeoque proprios quoque habere poteſt adminiſtratores. Hoc eo magis dicendum eſt, ſi eccleſia filia *nomine* tantum talis ſit, proprie dictam autem eius ſubſtantiam non habeat. Lubet hoc illuſtrare reſponſo quodam Menſ. Mart. 1698. a facultate noſtra concepto, in quo præterea plures aliæ quæſtiones enucleatæ ſunt, quæ doctrinam hanc de iure adminiſtratorum bonorum parochialium optime illuſtrant. Tenor eius ita ſe habet:

Facti ſpecies.

Iſt die Kirche St. Pauli auf dem Hamburger Berge, ſo vor langer Zeit erbauet geweſen, auf des vorigen Paſtoris Getrieb, um dadurch pro membro miniſterii gehalten zu werden, vor wenig Jahren pro filia der St. Michaelis-Kirchen erkläret und derſelben *adminiſtration* denen Michaelitiſchen Patronen, Juraten und Kirch-Geſchwornen aufgetragen, und hernachmals, weil die Kirche vor der Stadt liegt, und eine a parte Gemeinde hat, und daher die Adminiſtration von denen Michaelitiſchen Patronen und Juraten nicht wol geführet werden können, einigen an der Pauli Kirche wohnenden und zu der Gemeinde gehörenden Bürgern aufgetragen, und Sie zu Juraten beſtätiget, auch etliche Articul zu beſchweren angehalten worden, ſolche Articuli aber ihnen weder vor Abſtattung des Eydes communiciret, noch in ſpecie der 13te und die darinnen befindliche Worte

pro voto ſingulari

expliciret, und alſo weil ſie alleſamt der Lateiniſchen Sprache unkündig, dieſelbe ſolche nicht verſtanden, darauf als bey der St. Pauli Kirch der Paſtor verſtorben, und die vacanz beſetzet werden ſollen, die Patronen und Juraten der St. Michaelis Kirchen, denen Juraten der Pauliniſchen Kirche nur ein Votum ſingulare zugeſtehen, dieſe aber gleiches Recht mit jenen prætendiren, und deshalb einige Irrungen unter ſie entſtanden, ſo will derſelbe daher belehret ſeyn:

Quæſtio prima.

Ob die Pauliniſche Kirche *quoad nomen* oder auch *quoad effectum iuris* vor eine *filia* von St. Michaelis zu achten?

Wenn nun gleich in dem Rath- und Bürger Schluß de anno 1691. d. 24. Sept. ausdrücklich verſehen, daß die Kirche St. Pauli auf dem Ham-

Hamburger Berge pro filia von St. Michaelis Kirchen zu achten und hinführo von denen Herren Patronen und Vorstehern der Kirchen Michaelis zu administriren und zu verwalten sey, und also indem die St. Pauli-Kirche pro filia der Michaelis-Kirchen constituiret, solches nicht otiose zu verstehen, sondern dadurch auch die iura matricis ecclesiæ der Michaelis-Kirchen tacite gegeben, indem bekanten Rechtens, quod verba sine effectu non sint intelligenda, und es dahero das Ansehen gewinnet, daß nicht nur dem Namen nach, sondern auch quoad effectum iuris die St. Pauli Kirche zur filia der Michaelis-Kirchen beygeleget worden.

Dieweil aber dennoch, wenn de effectu alicuius rei die Frage, nicht nur nomina verborum, sondern auch qualitas eius rei & causa anzusehen, und aus denen Rechten bekant, quod ecclesia mater dicatur, quæ ex reditibus superfluis nouam ecclesiam ædificat, & certam dotem eidem assignat, vt exinde parochus nouæ ecclesiæ salarium accipiat,

c. 3. & vlt. X. de eccles. ædif.

HENR. CANIS. *ad d. tit. n. 2.*

und deshalb derjenige Priester, so in ecclesia matre bestellet, die Sacra auch in ecclesia filiali administriren müssen, in diesem casu aber dem uns zugeschickten Bericht nach die Gemeinde zu St. Pauli besagte Kirche propriis sumtibus erbauet, auch bis dato ihre eigene Priester gehabt, und dieselbe besoldet, darwider nicht hindert, quod filialistæ propriæ ecclesiæ exstructione se liberare non possint ab onere, ad quod alteri ecclesiæ iam tum obstricti,

MEV. *P. 3. Dec. 183.*

indem solches von dem Fall zu verstehen, si iam tempore refectionis alteri ecclesiæ vt matri ecclesia reædificanda sit obstricta, dieses aber bey der St. Pauli Kirch nicht statt findet, indem dieselbe von langen Zeiten her separata ecclesia gewesen, und es dahero damit eine gantz andere Bewandniß hat: hiernechst von derselben weder decimæ noch andere onera, worzu sonst die filial-Kirchen verbunden, der Michaelis-Kirchen bis dato præstiret worden, auch ihre absonderliche Juraten hat, da hingegen alle andere in Hamburg befindliche filial-Kirchen keine absonderliche Juraten, sondern dieselben, die der Haupt-Kirchen vorstehen, haben, und die cooptatio in filiam von der Michaelis-Kirchen, auf Veranlassung des vorigen Pastoris deshalb geschehen, damit die St. Pauli-Kirche bessern Schutzes und Beystandes sich zu getrösten, und also ih-

ren

ren alten Privilegiis und beneficiis dadurch nichts abgehen können, cum hæc tanquam odiosa potius restringenda sint, zumahln in denen beschwornen Articuln derer Rechten effectuum filiationis weder gedacht, noch solche versprochen worden, sondern dieses nur honoris und protectionis gratia geschehen.

So halten wir davor, daß die St. Pauli Kirche nur bloß dem Namen nach, keines weges aber quoad effectus iuris pro vera filia der Michaelis Kirchen zu achten.

Zum II. haben die Paulinische Juraten prætendiret zum (1) daß die Wahl-Predigten in der Paulinischen Kirche geschehen, (2) daß Sie gleich denen Herren Patronen und Juraten der Michaelis-Kirchen, eine gleiche Zahl der Subiecten zur Wahl-Predigt vorzuschlagen Macht haben möchten, (3) daß einem ieden von ihnen eine freye Stimme bey der Wahl verstattet werde, und will der Herr, wie weit Sie darinnen in denen Rechten gegründet? belehret seyn. Quæstio secunda.

Ob nun wol den (1) Punct betreffend die Michaelitischen Patroni auch pro Patronis der St. Pauli-Kirchen zu achten, und es daher scheinet, daß auch die Wahl-Predigten in der Michaelis-Kirchen, und nicht zu St. Pauli gehalten werden müssen, also auch den (2) Punct anlangend die Juraten zu St. Pauli ein gleiches Recht mit denen Patronen und Juraten zu St. Michaelis nicht prætendiren können, indem ihr ius nur ex concessione der Michaelitischen Patronen und Juraten dependiret, vielweniger (3) dieselbe als singuli freye Vota bey der Wahl zu prætendiren zu haben scheinen, da in dem beschwornen Articulo 13. ein anders ausdrücklich versehen und verglichen.

Dieweil aber dennoch den (1) Punct betreffend, der neu erwehlende Pastor nicht in der Michaelis-Kirchen sondern zu St. Pauli bestellet werden soll, folglich die Gemeinde zu St. Pauli solche Predigt anhören, und derselben beywohnen muß, indem auch der Gemeinde, der überall bekanten Gewohnheit nach, das Votum negativum darbey nicht versaget werden kan, und es die höchste Unbilligkeit ist, daß wegen einzeler Personen, so bey der Michaelis-Kirche interessiret, die gantze Gemeinde aus ihrer Kirchen mit grosser Beschwerlichkeit in eine andere laufen solte, hiernächst den (2) Punct anlangend, wie bey der ersten Frage erörtert, die St. Pauli-Kirche nur dem Namen nach, und nicht quoad veros effectus iuris pro filia der Michaelis-Kirchen zu achten, und also diese nicht alle iura matricis ecclesiæ prætendiren mag, noch denen den Michaelitischen Patronen zustehenden Rechten hierdurch

præiudiciret wird, ſondern die Juraten der Pauliniſchen Kirchen nur gleiche Gerechtſamkeiten prætendiret, als vor welche die Billigkeit ſelbſt ſtreitet, indem ſie alle onera in adminiſtratione tragen müſſen, da hergegen die Michaelitiſchen Patronen nur die commoda, und keinen Thaler zur Beneficirung der St. Pauli-Kirchen beytragen: auch nicht hindert, daß die Pauliniſche Juraten ihr ius ex conceſſione der Michaelitiſchen haben, dabey ihnen ein ſolches nicht concediret, indem ſchon oben ausgeführet, daß ihnen ein mehrers Recht vor denen Pauliniſchen Juraten weder de iure noch de æquitate zu ſtatten kommen kan; endlich (3) der beſchworne 13. Articul ihnen nicht entgegen ſtehet, wie bey der folgenden Frage mit mehrern ausgeführet werden ſoll:

So ſeynd daher die Pauliniſche Juraten wegen ihres Suchen in denen Rechten und der Billigkeit allerdings fundiret.

Wird alſo zum III. gefraget:

Quæſtio tertia.

Ob denen Pauliniſchen Juraten der 13. Articul *præiudicirlich* und Sie nicht allenfalls *a iuramento præſtito* zu *relaxiren*?

Ob nun wohl die Pauliniſchen Juraten ſolchen 13. Articul ſine vlla exceptione beſchworen, und dahero von ſolchem Eyde wieder abzutreten, und relaxation zu ſuchen, keinesweges denenſelben zu verſtatten zu ſeyn ſcheinet, cum iuramentum, quod ſine diſpendio ſalutis ſeruari poteſt, ſeruandum ſit;

c. 28. X. de iureiur.
c. 2. de pact. in 6to.

Dieweil aber dennoch ein iurament nicht obligiret, noch einige Kraft hat, ſi conſenſus deficiat;

l. vlt. C. de non. num pec.
ROL. *a* VALLE *lib. 1. Cons. 7. n. 67.*

Zu ſolchem conſenſu aber nöthig, vt a iurante intelligatur id, quod iurat, deshalb auch drey comites iuramentorum geſetzet, Veritas, iudicium & iuſtitia:

c. Et ſi Chriſtus. 26. X. de iureiur.

Und nun in dieſem caſu die beſchworne Articuli nicht nur denen Pauliniſchen ad deliberandum nicht communiciret, ſondern auch in dem 13. Articul die Lateiniſche Worte

pro voto ſingulari

befindlich, welche, obwol des gantzen Articuli emphaſis darinnen beſtehet,

ſtehet, dennoch denen Juraten nicht expliciret, ſie ſelbſt aber der Lateiniſchen Sprache nicht kündig geweſen, auch dahero ſine deliberato conſilio das iurament abgeleget, da ſie doch ſolches nicht verſtanden, folglich das iudicium als principalis Comes iuramenti alhier mangelt, alſo an ſich ſelbſt ſolches Iurament ungültig, und dahero die relaxation, da ſie nicht einmal nöthig iſt, um ſo vielweniger abzuſchlagen, hiernächſt die Kirche zu St. Pauli, wenn gleich ſolches Iurament gültig ſeyn ſolte, dennoch dadurch ſehr lædiret, und deshalb allenfalls reſtitutionem in integrum zu ſuchen befugt ſeyn würde, cum eccleſia minori æquiparetur;

c. 3. X. de in integr. reſtit.

Darwider auch nicht hindert, daß ein minor contra iuramentum nicht könne reſtitutionem bitten, cum iuramentum faciat ex minore maiorem;

auth. Sacramenta puber. C. ſi aduerſ. vendit. ibique Dd.

indem ſolches de iuramento, a partibus probe intellecto, zu verſtehen, und auch fauore eccleſiæ ſpecialiter eingeführet, quod per iuramentum non fiat maior, ſed ſemper poſſit reſtitui;

Gloſſ. in cap. 1. de reſt. in integr.

conf. FACHINAEVS *L. 1. C. 8. n. 27.*

So erſcheinet hieraus allenthalben ſo viel, daß denen Paulinischen Juraten der 13. Articul nicht im Wege ſtehet, und ſie zum Uberfluß a vinculo iuramenti wohl relaxiret werden mögen.

Will derſelbe zum IV. belehret ſeyn:

Ob auch auſſer denen Herren Patronen 2. Leich-nams-Geſchwornen und ietzt regierenden Juraten und Geſchwornen von *Michaelis* die andern Juraten von *Michaelis poteſtatem præſentandi & eligendi* zugleich mit *prætendiren* können: Quæſtio quarta.

So erachten wir vor Recht, ob wol die ſämtlichen Juraten der Michaelis-Kirchen ſolches Recht prætendiren möchten, indem dieſelbe unter ſich alleſamt einerley Recht, und einer ſo nahe als der andere, folglich ſie alleſamt poteſtatem præſentandi & eligendi wohl zu prætendiren zu haben ſcheinet.

Dieweil aber dennoch ein anders insgemein auch bey andern filial-Kirchen, und zwar ſolchen, die nicht nur nominetenus, ſondern auch quoad effectum tales ſeynd, dem Bericht nach hergebracht, dergleis

gleichen interpretatio vsualis auch überall zuläßig und gegründet, auch über dem die ratio concurriret, daß die Juraten zu St. Michaelis nicht das geringste onus administrationis auf sich haben, und daher ihr Ius præsentandi & eligendi in præiudicium der Juraten zu St. Pauli nicht gar zu sehr zu extendiren:

So seynd daher ausser denen Herren Patronen, zwey Leichnams Geschwornen und zwey ietzt regierenden Juraten der Michaelis-Kirchen, die andere Juraten von Michaelis ad præsentationem & electionem nicht zuzulassen.

Quæstio quinta.

Auf die V. und letzte Frage:

Ob der Herr Ober-Alte *M.* schuldig sey, die Kirchen-Gelder, welche die Pauliniſchen Juraten eingesammlet, *cum omni interesse & damno* an dieselbe auszuzahlen?

erachten wir. Dieweil die Juraten an der St. Pauli-Kirchen die Administration derselben auf sich haben, und daher, ob die Gelder zu der Kirchen besten emploiret worden, zu verantworten, daß zwar der Ober-Alte M. solche zusammen gesammlete Gelder ihnen zu restituiren schuldig, jedoch ist derselbe das Interesse und den vorgeschützten Schaden nicht anders zu ersetzen verbunden, als so fern die Pauliniſchen Juraten darthun können, daß Er entweder solche Gelder in seinen Nutzen verwendet, oder doch der Kirchen durch seine moram würcklicher Schaden zugewachsen. V. R. W.

CAP. II.

De

Officio & potestate administratorum bonorum parochialium.

§. I.

Quænam bona spectent ad officium & potestatem administratorum horum?

VT recte determinetur, circa quæ bona administratorum horum *officium* & *potestas* versetur, breuibus ipsa bona & res ecclesiasticæ sunt ponderandæ. Cum vero *Sect. V.* de his satis actum sit, tantum addo, administrationem hanc in genere respicere vni-

vniuersum *patrimonium ecclesiæ*, & quæ quacunque ratione ad ecclesiam referri possunt. Alicubi etiam ad administratorum curam & custodiam spectant σειμήλια sacra, quæ ad vsum sacrorum adhibentur, præsertim in pagis. Eo nomine prouisum in *ordin. Magdeb. eccles. c. 25. §. 4.* Die Vorsteher der Kirchen, welche die Kelche und Patenen zur administration des heiligen Abendmahls, in ihrer Verwahrung haben, sollen ohne Vorbewust des Predigers an Sonn- Fest- und Feyer-Tagen, wenn das Amt gehalten wird, nicht verreisen, vt scilicet copia horum vasorum semper adsit. Idem quoque disponitur in *ordin. eccles. Vinariensi c. 29. p. 559.* vbi tamen additur: an welchen Orten es gebräuchlich. In plurimis enim locis custodia cimeliorum & ornamentorum ecclesiasticorum ad custodes, seu Kirchner, spectat, qui eum in finem cauere debent, datis fideiussoribus. Vid. BRVCKNER. *dissert. de custod. templ. art. 3. §. 12.* Alicubi ipsis *paroehis* hæc asseruanda, præsertim vasa sacra, committuntur, vt in parochiis rusticis Hannoueranis. In iure Canonico qui custodiæ horum cimeliorum præsunt, dicuntur *sacristæ* & *thesaurarii*, quia totius thesauri ecclesiastici curam gerunt, *c. vn. X. de offic. sacrist.* vid. *l. 21. C. de SS. eccles.* atque subsunt Archidiaconis, *c. 3. X. de offic. Archidiac.* ex quo non improbabile est, olim quoque, antequam officia ecclesiastica essent multiplicata, ad diaconorum curam hæc vasa spectasse. Præterea quoque administratorum curæ subest *ærarium pauperum* der Armen-Kasten, vnde & vocantur Kasten-Vorsteher, cum, vt *cap. I.* dictum, cura oblationum quandoque ad diaconos spectauerit. BARBOS. *de iur. eccles. lib. 1. c. 34.* Vnde & collectio eleemosynarum pluribus locis illis incumbit, quemadmodum etiam distributio, quod plenius ostendit WILDVOGEL *dissertat. de oblation. quæ fiunt per sacculum sonantem c. VIII.* Vlterius cura ædium parochialium, reparationes ecclesiarum, sedilium in templis exstructiones, aliaque huc pertinent, quæ ex variis locorum moribus diiudicanda. His præmissis, ad *officium* horum administratorum progredior.

§. II. Omne officium boni partisfamilias, vt & *boni administratoris*, maxime in tribus consistit: (1) in bonorum *acquisitione*, (2) eorundem prudente *conseruatione*, (3) commoda *erogatione*. In hisce tribus quoque consistere officium boni administratoris bonorum parochialium existimo, & consequenter ante omnia videndum, qua ratione administrator de *augendo ærario* vel *acquirendis bonis* debeat esse sollicitus? Equidem per magnas diuitias mores corrumpere, & nimiam opum

An & quatenus de acquirendis bonis administratores debeant esse solliciti?

abundantiam pietati & sanctimoniæ virorum, functionibus sacris litantium, vt plurimum nocere, dudum indicarunt viri rerum ecclesiasticarum peritissimi, VASQVEZ *lib. 1. controu. c. 6. n. 2.* GREG. THOLOSAN. *de republ. l. 13. c. 17.* REINKING. *de reg. sec. & eccles. lib. 1. class. 2. cap. 8. n. 105.* & MAVRITIVS *de secularisat. B. E. c. 4. §. 4.* Quo enim magis diteſcit eccleſia, eo magis periclitatur, vt recte dixisse mihi videatur BERNHARDVS: *Sub christianis Imperatoribus profecit quidem ecclesia opibus, defecit vero virtute.* Et alibi iusto zelo abreptus alta exclamat voce; *Religio peperit diuitias, sed filia deuorauit matrem.* Vnde quoque *in c. 23. & c. si priuatum. 28. C. 12. qu. 1.* iubentur clerici pauperibus distribuere, quicquid præter necessitatem supereſt. Id quod si obseruaretur, h. e. si ad hunc finem solliciti forent de augendo ærario ecclesiastico administratores, vtique munere sibi demandato optime defungerentur. Enim vero id rarissime fieri, experientia proh dolor! testatur. Ex quo apparet, nos nimium receſſisse a vero bonorum ecclesiasticorum scopo & a praxi primitiuæ eccleſiæ, ad quam tamen nos omnino conformare deberemus.

Examinatur decisio Carpzouii, existimantis, laborandum esse valde, de augendis bonis ecclesiasticis.

§. III. Equidem CARPZ. *lib. II. iurispr. consist. def. 298.* non incepte censet, bona eccleſiæ magis *augenda*, quam *minuenda* esse, id quod fidelis administratoris officium vtique exigit; sed rationes, quas adducit, non satis concludunt: veluti, quod hæc bona sint patrimonium Christi, quod dignitas eccleſiastica ob paupertatem vilescat &c. Magis concludit illa ratio, quam *n. 24.* adfert, quod sint *bona pauperum.* Vtinam vero hodie essent *bona pauperum*, cum rarius inde pauperibus succurratur, sed tantum reditus ecclesiastici corradantur, vt eccleſia parochialis diuitiis abundet, & habeat, vnde quædam erogare possit in maiorem nitorem templi, organorum splendidissimorum exstructionem, aliosque sumtus inutiles. Illustrabo hoc verbis LVTHERI, qui *Part. 4.* der Kirchen-Postilla *p. 78.* hæc effugia acerrime perstringit:

Verba Lutheri, de iniquo modo augendi bona ecclesiastica.

Solch Geld solte man den lebendigen Tempeln GOttes mitgetheilet haben. Aber sie haben selbst nicht genung, die Bauch-Diener, daß sie davon fressen und sauffen. Zu dem Testament, daß den todten Tempel angehet, vermahnet man alle Welt, daß sie deß nicht wolten vergessen, daß ja Stein und Holtz seinen Schmuck behielten, und ja feine gemachte Bilder hätten. Aber des lebendigen Tempels GOttes wird nicht mit einem Wort gedacht, da machet niemand den Armen ein

Testa-

Teſtament, die verſäumen wir, und laſſen ſie Noth leiden, denn es iſt GOttes Gebot da, und GOttes Thun, & porro: Aber wir kehrens gerad um, was wir den lebendigen Tempeln thun ſollen, das legen wir an die todten Tempel. Darum iſt kein Wunder, wenn gleich der Donner mehr in die Kirchen, denn in die Frauen-Häuſer ſchlägt. conf. *Tom. 9. Wittenb. german. p. 146.*

§. IV. Quod ſi itaque res ex veritate æſtimanda eſt, diſtinguendum videtur, vtrum eccleſia ſatis abundet diuitiis, nec ne? Priori caſu aut adhibentur bona in debitum finem, h. e. in pauperum ſuſtentationem aliosue pios & legitimos vſus, aut non. Hoc caſu non adeo laborandum eſt de corradendis bonis eccleſiaſticis, quæ magis nocent, quam proſunt eccleſiæ, vti antiquitates eccleſiaſticæ omnium ſeculorum affatim docent, oſtenduntque, hæc ipſa clericos in monſtra degeneraſſe, poſtquam ea ad ſe traxere. Illo vero caſu pium & iuſtum eſt, augere patrimonium propter finem bonum. Poſteriori caſu omnino concedo, de acquirendis legitime bonis eccleſiaſticis adminiſtratorem pium laborare debere, & ita admitto rationem CARPZOVII ſub *n. 18.* quod nimirum ex bonis illis ſint nutriendi clerici, & conſeruandus cultus diuinus. Deciſio de acquirendis bonis eccleſiaſticis.

§. V. Quemadmodum vero modi augendi patrimonium eccleſiæ parochialis ſanæ rationi & regulis pietatis debent eſſe conformes: ita merito abſtinendum ab illis impiis acquirendi modis, quibus pontificii vires patrimonii eccleſiaſtici auxerunt, qui prorſus infiniti ſunt, eleganter detecti in tr. *de neruis rerum gerend. eccleſiæ Romanæ.* Equidem ſatis animaduerto, CARPZOVIVM *cit. l.* exceſſus pontificiorum taxare, adhuc tamen & ipſe nimis indulget clandeſtinis artibus locupletandi eccleſiam, dum *lib. 2. defin. 322.* aperte docet, blanditiis inducere licere moribundum, vt legatum relinquat, & aſſignet eccleſiæ in teſtamento; quin vult, parochos & miniſtros eccleſiæ, ad ægros accerſitos, id omnino facere debere. Vid. *d. def. n. 10.* Verum quis non videt, ſub hac theſi ſubtilem papiſmum latitare? Admitto, licere blando ſermone inuitare teſtatorem, vt heredem aliquem inſtituat; quamuis hoc ſub variis præcautionibus demum admittendum ſit, de quibus vid. STRYK. *diſp. de iure blanditiarum:* an vero, quæſo, hoc applicari poteſt ad miniſtrum eccleſiæ, qui agonizanti precibus, conſolationibus & præparatione ad æternam ſalutem aſſiſtere debet? Taxauit ſuo tempore hunc abuſum Modi acquirendi debent eſſe rationabiles.

in

in clericis AMBROSIVS *sermon. 7.* inquiens: *Licet dicere possumus, nemo nos inuasionis arguit, violentiæ nullus accusat. Quasi non interdum maiorem prædam a viduis blandimenta eliciant, quam tormenta. Non interest apud Deum, vtrum vi an circumductione quis res alienas occupet, dummodo quo pacto teneat alienum.* Fuere eiusmodi aucupia satis frequentia in clero, imprimis quarto seculo, vt etiam VALENTINIANVS, VALENS & GRATIANVS imperatores, lege lata, hisce obicem ponere debuerint. Vid. *l. 20. C. Theod. de episcop. eccles. & cleric.* Prouocat ad hanc ipsam legem HIERONYMVS *epist. 2. ad Nepotian.* inquiens: *Pudet dicere, sacerdotes idolorum, mimi & aurigæ, & scorta, hereditates capiunt, solis clericis & monachis hac lege prohibetur a principibus christianis. Nec de lege conqueror, sed doleo, cur meruimus hanc legem. Cauterium bonum est, sed quod mihi vulnus, vt indigeam cauterio? prouida seueratio legis cautio, & tamen hic sic refrenatur auaritia.* Non itaque ICti prudentis erit, admonere pastores, vt inducant ditiores ægrotantes, de legato relinquendo ecclesiæ, quia talia aucupia potius recte legibus interdicuntur, & refrenari debent. Præterea etiam ita fit, vt omissis necessariis, parochi potius solliciti sint de augendis bonis ecclesiæ suæ parochialis, quam vt agonizantem de vera pœnitentia agenda satis sufficienterque admoneant.

Ad officium eorum quoque spectat collectio eleemosynarum in templis.

§. VI. Ad augendum ærarium ecclesiasticum porro variæ oblationum & eleemosynarum collectiones sunt introductæ, & si primæuam rationem horum administratorum inspicimus, omnino hæc cura illis incubuit. Vnde adhuc plurimis in ecclesiis colligere in sacculo sonante eleemosynas vel oblationes debent, & ad hoc per *ordinationes ecclesiasticas* obligantur. Sic in *ordin. eccles.* IOANNIS GEORGII, electoris Brandenb. *de anno 1685, tit. 15.* dicitur: So ſollen auch die Vorſteher nicht verſäumen, in Kirchen den Beutel umzutragen, und zu Unterhaltung der Armen in Kaſten damit zu ſammlen, & in *decreto Synodal. general. Saxon. de anno 1624. §.* Es ſollen itidem dicitur: Es ſollen auch die Kirch-Väter mit dem Cymbel-Säcklein alle Sonn- und Feyer-Tage das Almoſen mit Fleiß ſammlen und berechnen. Vbi itaque hoc onus administratoribus incumbit, neutiquam se ab illo excusare poterunt: quamuis non ignota sint exempla, ratione huius oneris controuersias esse motas, cum diaconi illud detrectare conati fuerint. Interim alicubi aliis, vilioris conditionis, illud ex more imponi solet, vt tamen cura & distributio eorum, quæ colliguntur, maneat penes præfectos ærarii sacri. Vid. WILDVOGEL *diss. de oblat. quæ fiunt*

fiunt. in eccles. per saccul. sonant. c. 8. Ceterum quod dictum est, hanc collectionem quoque fieri ad augendum ærarium ecclesiæ, id non vniuersale est. Plerumque enim & quidem recte collectio hæc fit *in vsus pauperum*, quibus etiam certo tempore pecunia collecta per administratores distribui solet. Sed etiam alicubi ad sustentandos ecclesiæ ministros pecunia hæc colligitur, ceu docet WILDVOGEL *cit. l. c. 7. §. 3.* prout etiam in ecclesiis huius ciuitatis obseruatur. Ex hoc fundamento administratores ecclesiarum Hallensium impedire omnibus modis ante aliquot annos conati sunt, ne in gymnasii templo pecunia colligeretur, vel vt saltim collectio in vsum æratiorum ceterarum ecclesiarum institueretur. Argumenta, in vtramque partem facientia, exhibui *Sect. IV. c. 1. §. 31.* & quæ passim in hanc rem rescripta emanarunt, docuit WILDVOGEL *cit. l. c. 6. §. 3. seqq.* Tandem temperamento quodam adhibito lis hæc sopita est. Quemadmodum vero eiusmodi quæstiones non possunt non esse odiosæ, ita conueniens admodum videtur, de ærario ecclesiastico augendo ita cogitare, ne aliis eripiatur occasio, curam pauperum habendi.

§. VII. Pergimus ad *officium boni administratoris*, quatenus in *bonis ecclesiæ conseruandis* occupatum est, quorsum imprimis pertinet *confectio inuentarii*. Quia enim hæc legitimæ administrationis rationem continet, & caput & fundamentum omnium rationum existit: BART. & IMOL. *in L. cum tale 72. §. 1. D. de condit. & demonstrat.* MEVIVS *Part. 6. decis. 180. n. 1.* inde qui administrationem legitime suscipere, & promtam aliquando rationem reddere cupit, in introitu administrationis inuentarium conficere debet. MVNNOZ. *de* ESCOBAR. *de ratiocin. c. 9. n. 4.* HEESER. *de ration. redd. loc. VII. n. 1. seqq.* adeo vt absque illo nec de perceptis constare, nec ratio per rerum naturam reddi possit. CARMOLIN. *ad consuetudinem Paris. Part. 1. §. 6. gloss. 6. n. 12.* MONTAN. *de tutel. c. 32. reg. 9. n. 18.* GVTIEREZ. *de tutel. Part. 3. c. 1. num. 59.* PAVL. CHRISTINAEVS *ad LL. munic. Mechlin. tit. 16. art. 40. n. 3.* Quemadmodum itaque tutoribus & curatoribus iure ciuili iuncta est inuentarii confectio, *l. tutor qui repertorium 7. pr. D. de administ. tutor.* & quidem sub *pœna remotionis* cum infamia, *l. vlt. §. 1. C. arbitr. tut.* id quod in *reformat. polit. de anno 1577. tit. 32. §. Item* daß er, denuo repetitum est; ita quoque præfecti ecclesiastici ærarii, nisi iam aliquod a prædecessoribus confectum reperiatur, ad inuentarium conficiendum itidem adstringuntur, cum vulgo pro tutoribus & curatoribus habeantur, prout non solum verba *reformat. polit. de anno 1548. sub tit.* von den Pupillen

Administratores debent facere inuentarium.

pillen und Minderjährigen innuunt, verum etiam iura eccleſiis & pupillis communia luculentiſſime indicant, quæ hic eo magis attendenda, cum nulla diuerſitatis ratio hic appareat, & alias ordinarie eccleſiæ minoribus æquiparentur, *c. 1. X. de in integr. reſtit.* NONIVS ACOSTA *de priuil. credit. Reg. 3. ampl. 17. n. 23. & Reg. 1. ampl. 8. n. 18.* IO. BAPTISTA DE LARREA *deciſ. 92. num. 11.* BESOLD. *conſ. 30. n. 5.* CHRISTINAEVS *Vol. 5. deciſ. 79. num. 33.* præſertim vbi agitur de conſeruatione bonorum. ID. *ad LL. municip. Mechlin. tit. 19. art. 22. n. 1.* MEV. *P. 5. deciſ. 319. n. 3.* SCHILTER. *inſtit. iur. can. lib. 2. tit. 6. §. 22.* DOMIN. GALESIVS *in comment. ad c. 6. X. de reſtitut. in integr. n. 21.* Quod ſi itaque inuentarium de rebus eccleſiæ non confecerit adminiſtrator, non ſolum fraudis & doli ſuſpicionem incurrit, *arg. l. 7. pr. de admin. tutor.* quia dolo malo id prætermiſiſſe præſumitur HEESER *de ration. redd. loc. VII. n. 6.* verum etiam promtam habet occaſionem, eccleſiæ bona per ſupinam negligentiam, & malam adminiſtrationem, cum dolo vel auaritia coniunctam, vel dilapidandi vel occultandi, ex quo maximum in eccleſiam & rempublicam redundat detrimentum. Vid. MODEST. PIST. *volum. 2. conſil. 8. n. 8.* FRANC. IOSEPH. MASCARD. *de probat. concluſ. 1391. n. 8.* MVNNOZ. *ab* ESCOBAR. *de ratiocin. adminiſtratorum c. 4. n. 32.* Hinc contra eiusmodi adminiſtratorem iuratur in litem, quo facto tantum reſtituere debet, quantum iuratum eſt, *cit. l. 7. l. 4. C. de in lit. iurand.* Hoc ipſum in caſu defraudati hoc modo ærarii eccleſiaſtici præſtare poſſunt duo vel tres ex parochianis, qui optimam notitiam de bonis parochialibus habuerunt, offerendo ſpecificationem quandam eorum bonorum redituumque, quæ in patrimonio eccleſiæ parochialis fuiſſe probabiliter credunt, eamque *iuramento credulitatis* confirmando. Hæc enim commodiſſima ratio eſſe videtur, in litem iurandi, quam etiam praxis hodierna recepit.

Inuentarium rerum eccleſiaſticarum ſpeciale.

§. VIII. Eſt autem inuentarium ſuper rebus eccleſiaſticis conficiendum duplex, *generale* & *ſpeciale*. *Illud* continet omnes res, quacunque ratione ad eccleſiam ſpectantes; *hoc* vero diſtinguit res, ad eccleſiam per ſe ſpectantes a rebus, ad *ædes parochiales* pertinentibus, was dem angehenden Pfarrherrn bey dem Pfarr-Hauſe geliefert wird, quarum conſeruatio & cura ad paſtorem *primario* ſpectat, & ſi eius culpa pereunt, heredes ad reſtitutionem obligantur STRYK. *in not. ad Brunnem. ius eccleſ. C. 3. §. 7.* CARPZOV. *iurispr. eccleſ. L. 1. definit. 157. & 158.* Neque tantum huic inſerenda, quæ adhuc realiter officio parochiali cohærent, ſed etiam quæ olim ad illam deſtinata fuere, &

pre

per varios casus & temporum iniuriam inde sunt diuulsa: quia etiam in hæc parochus ius retinet, eaque vindicandi ius habet. In visitationibus potissimum id agitur, vt accurate prouideatur, vtrum parochiales ædes adhuc bona, antiquitus eis destinata, possideant, nec ne? & an amissa commode repeti queant? quod optime prouisum *in ordin. eccles. renou. Guelpherbyt. P. 1. §. XV. §. 2.* additurque: daß bey denen Aemtern und Gerichten denen Predigern die etwa benöthigte gerichtliche Hülfe ohne Entgeld administriret werden sollen. Cum itaque etiam parochi pro conseruandis & reducendis bonis parochialibus, officio parochiali destinatis, vigilare debeant: non tantum audiendi, si pro reductione amissorum iudicio contendere velint, vt præterea nulla alia *legitimatione* indigeant, sed, quod commodius forsan est, præfectis ærario hanc litem demandare, vel etiam a principe impetrare possunt, vt *fisci aduocatus* pro reducendis his bonis agat, prout pronunciauimus Mens. Iul. 1715.

Auf Vorbringen und erfolgte Gesätze in Sachen des Raths und aduocati fisci M. K. im Namen, und von wegen der Pfarre zu Nienhagen, Imploranten an einem, und Syndici des Klosters St. Johannis Imploraten am andern Theil, erkennen ꝛc. nach vorhergehabten Rath der Rechtsgelehrten vor recht, würde Implorant die gesonnene Gewehr der Klage würcklich angeloben, wie er vor allen Dingen zu thun schuldig ist, so ist Implorat seines übrigen Einwendens ohngehindert sub pœna confessi & conuicti auf die Klage sich einzulassen schuldig. V. R. W.

Rationes decidendi.

Es hat der Prediger zu Nienhagen, im Namen und von wegen der Kirchen daselbsten, gegen das Kloster St. Joh. in Halberstadt von wegen einiger an sich genommenen Ländereyen und Wiesenwachs Klage erhoben, und als gedachtes Kloster in possessorio geschützet worden, haben Se. Königl. Maj. in Preussen durch das *Vol. 2.* befindliche allergnädigste rescriptum befohlen, daß die Sache in der Kürtze und mit Abschneidung aller Weitläuftigkeit nicht allein abgethan, sondern auch dem Rath und Aduocato fisci K. aufgetragen werden solle, der Pfarre Bestes dabey zu beobachten, wie er denn solches bey Antretung des petitorii gethan. Ob nun wol der Implorat dem aduocato fisci exceptionem legitimationis opponiret, und sonderlich vrgiret, daß alhier keine causa fiscalis, sondern mere ciuilis sey,

dabey der fiſcus gar nicht intereſſiret, mithin demſelben denen Rechten nach nicht erlaubet ſey, ſich darin zu meliren,

l. pen. C. de aduoc. fiſci.

Weil aber dennoch Se. Königl. Maj. in dem vorigen Königl. allergnädigſten reſcripte ernſtlich und nachdrücklich befohlen, daß in dieſer Sache alle Weitläuftigkeit abgeſchnitten werden ſolle, wie denn auch die Sache, als eine zwiſchen zweyen piis corporibus hangende Streit-Sache, ſo iura eccleſiæ betrifft, an und vor ſich ſelbſt ſummariſch zu tractiren iſt, dieſem zuwider gleichwol das beklagte Cloſter allerhand Weitläuftigkeit geſuchet, das von Sr. Königl. Majeſt. anbefohlne mündliche Verhör declíniret, dagegen unnöthige Leuterungen eingewandt, und, wie es endlich zum ſchriftlichen Verfahren gekommen, theils allotria, theils unerhebliche exceptiones eingewandt, zumahl quoad primam exceptionem, Sr. Königl. Maj. Befehl ſo wol, als auch der Königl. Preußiſchen Regierung darauf an den aduocatum fiſci ergangene und fol. 54. befindliche Vorordnung ihn zur Gnüge legitimiret, die Kirchen-Sachen auch, ſo deren Güther betreffen, als publicæ zu conſideriren ſind;

CARPZOV. *lib. 2. iurispr. conſiſt. def. 1. n. 8.*

ita vt iudex in iis ex officio procedere queat;

HEIGIVS *P. 1. qu. 40. n. 25.*

MEV. *P. 2. deciſ. 364. n. 6. c. 19. X. de election.*

Dergleichen Sachen auch per aduocatum fiſci allerdings tractiret werden mögen, alſo des Beklagten Kloſter keine erhebliche Urſache gehabt, die Einlaſſung zu declíniren, ꝛc. ſo iſt geſchehener maſſen zu erkennen geweſen.

Inuentarium ſpeciale a parochis ſubſcribendum.

Sedula cura porro illud eſt conficiendum; & cum ſecundum illud parochis bona parochialia tradi debeant, merito ab illis quoque ſubſcribendum eſt, vt inde conſtet, ſe ea bona accepiſſe. Caute id prouiſum eſt in *ordin. eccleſ. Magdeb. c. 23. §. 7.* Wie denn auch bey ieder Kirchen ein ſpecial-inuentarium nöthig, über Haus-Geräthe, über Korn, Stroh, und alles andere, ſo einem Prediger bey ſeinem Anzuge geliefert, welches von dem Vorſteher ſoll aufgerichtet, und von dem Prediger, daß er ſolche Sachen empfangen, und er oder die Seinigen wiederum alſo beym Abzuge laſſen wollen, unterſchrieben und zugeſaget werden. Interim præfecti eccleſiæ non ſunt liberati ab omni cura circa hoc inuentarium *ſpeciale*, ſed ſedulo in id incumbere debent,

ne

ne quidquam e rebus, in illo contentis, diminuatur, ſed ab heredibus Paſtoris damnum datum reſarciatur; nam alias ipſi ad damni reparationem obligantur, prout diſpoſitum eſt *in ordin. eccleſ. Sax. art. gener. 42.* & cautum *in ordinat. conſiſt. Marchica tit. 21.* cuius verba repetit STRYKIVS *loc. alleg.*

§. IX. Alia autem ratio eſt inuentarii *generalis* ſuper rebus eccleſiæ, cuius confectio curatoribus eius incumbit, & quidem id ipſum ita adornandum, vt publicam habeat fidem, & probatio plena inde deſumi queat. Inuentarium generale.

Inde vtile eſt, vt *iudicialiter fiat*, prout in *ordin. eccleſ. Saxon. art. gener. 42.* cautum: Die inuentaria der Kirchen und Pfarren ſollen von den Erb- und Lehn-Herren und Kirchen-Vätern fleißig verzeichnet und gehalten werden. In *Gothana ord. eccleſ. lib. II. c. 29. n. 2.* hic modus confectioni inuentarii præſcriptus eſt: Es ſoll vor allen Dingen bey einer iedweden Kirche, wie auch Pfarre, über alle derſelben beweg- und unbewegliche Güther, Erbzinſen, werbende Baarſchaft, oder Stätte-Gelder, und was ſonſten derſelben zuſtehen möchte, ein richtiges inuentarium, in Beyſeyn der Gerichte, auch Aelteſten aus der Gemeinde, von dem Patrono und Pfarrer aufgerichtet, auch mit Hand und Siegel bekräftiget, und wenn es alſo in duplo vollzogen, ein exemplar dem Superintendenten zugeſtellet, das andere aber in der Kirche verwahrlich beygeleget werden. In *ordin. eccleſ. Magdeb. c. 23. §. 5.* modus ſpecialis non eſt determinatus, ſed generaliter ſaltim cautum, vt illud fiat in rechter Form und Art, wie ſichs gebühret, adeoque vel *iudicialiter*, vel a notario, adhibitis teſtibus & patrono, conficiendum. Speciatim in *ordin. eccleſ. renou. Guelpherbyt. P. I. c. 20. §. 2.* hic modus præſcriptus eſt: So ordnen wir hiermit und wollen, daß (1) bey einer ieden Kirche, alwo es noch nicht geſchehen, ein Haupt-Buch oder Erb-Regiſter in ſolcher Form und mit ſolchen requiſitis gemacht werden ſoll, daß es vim probandi haben, und bey vorfallenden Sachen darnach iudiciret, und von den Gerichts-Herren und Beamten, wie auch von denen Stadt-Magiſtraten darüber gehalten werden könne. (2) Daß darin nicht allein alle Güter, Aecker, Wieſen, Zehenden, Garten, Dienſte, Korn- und Geld-Zinſe, auch alles andere Einkommen, es habe Namen wie es wolle, Rechte und Gerechtigkeiten, welches alles die Kirchen in Genieſſung haben, oder billig haben ſolten, ſondern auch die Namen aller derer, welche der Kirchen jährlich etwas zu reichen und zu præſtiren gehalten ſeyn, deutlich ſpecificiret, darinn auch (3) von denen über ſolche Stü-

cke ſprechenden *documentis* die *authentiſirte* Abſchrift mit eingetragen, (4) die originalia aber an einen ſichern Ort wohl verwahret werden ſollen. Commendandum omnino eſt, quod *n. 3.* traditur; huius enim cautelæ hæc eſt vtilitas, vt, amiſſis documentis, inuentarium faciat ad probanda nomina, ſecundum *l. 57. D. de admin. tutor. ibique Brunnem.* Atque hæres, quæ *generali* huic *inuentario* ſunt inſertæ, ſpecialiter curæ adminiſtratorum bonorum parochialium ſunt commiſſæ, adeo vt ſi quid culpa perit, adminiſtratores damnum reſarcire teneantur, non parochi, vtpote quibus *inſpectio* tantum nonnullis in locis demandata eſt, non *adminiſtratio.* CARPZ. *iurispr. eccleſ. l. 2. definit. 313.* Interim præſumtio *in dubio* eſt pro adminiſtratoribus, quod non ſolum ſuper rebus eccleſiæ eiusque bonis & reditibus inuentarium confecerint, ANDREOLI *controu. 187. n. 10. & controu. 318. n. 17.* GVTIERET. *de tut. l. 3. c. 1. n. 28. & 45.* CABALL. *conſ. 122. n. 11.* verum etiam, ſi inuentarium legitime confectum, militat pro iis præſumtio, non alia extitiſſe bona, niſi in illo conſignata, IO. PETR. ACTOLINVS *reſolut. 54. n. 51.* cum quilibet ſuo officio bene functus præſumatur.

Liber rationum conficiendus eſt ab adminiſtratoribus.

§. X. Præter inuentarium bonorum parochialium adminiſtratores inſuper etiam *librum rationum*, ſeu codicem, qui data & accepta continet, conficere tenentur, quo eo facilius rationes iuſtificare poſſint. Cum enim præcipua huius muneris ratio in *acceptatione* & *erogatione* redituum eccleſiaſticorum conſiſtat, & curatores eccleſiæ ad rationes reddendas omnino obſtricti ſint: hoc ipſum aliter facere nequeunt, niſi accepta pariter & erogata ſedulo conſignent, librumque rationum exhibeant. CARPZ. *iurispr. eccleſ. definit. 314.* Nec poſſunt ſalua officii ratione tanquam rei alienæ adminiſtratores hoc prætermittere; alias doli atque perfidiæ ſuſpicionem incurrunt, quia dolo id prætermiſiſſe præſumuntur. IOSEPH. MASCARD. *de probat. vol. 1. concluſ. 531. num. 80.* Conf. *l. 121. de R. I.* & STRVV. *in Synt. iur. ciu. exercit. XIX. theſ. 16.* SIMON. *de perfidis adminiſtrat. §. 5.* Ita autem libri rationum ſunt conficiendi, vt in illis accepta & expenſa, reditus annui, vſuræ, penſiones aliique fructus, ſingulis annis percepti, debita cum cura deſcribantur, nec quidquam in iis omittatur, quo eccleſia de reſtantibus bonis ſuis certior reddatur; finis enim rationum reddendarum præcipuus in *reſtitutione reliquorum* conſiſtit, *l. 8. §. 1. D. de liberat. legat.* IODOC. DAMHOVD. *de tut. & curat. ration. c. 2. n. 6. & 7.* Inprimis vero ſingula accepta & expenſa ſpeciatim ſunt exprimenda, non *ſummatim*, & *in ſolle*, ita vt per ſingulas ſpecies, quid, quantum, vnde, ex qua cauſa, quo die, a quo & cui,

cui datum ſeu acceptum ſit? conſtet. MEV. *P. 8. dec. 178.* HEESER *de ration. redd. loco VIII. n. 26. 34. ſqq.* CLEMENS MERLIN. *deciſ. rot. Rom. 189. n. 3.* Commendat præterea librum rationum *iuſtus ordo*, vt eo iuſto ordine. promtius rationes iuſtificari queant. Hic ſpeciatim determinatus eſt in *ordinat. Guelpherb. renou. eccleſ. P. 1. c. XX. §. 3.* Die Kirchen-Rechnungen ſollen in gehöriger Form eingerichtet, und bey der Einnahme ein iedes exigendum e diametro gegen das exactum über, in das mittlere Spatium aber die Namen der debitorn, oder deren, ſo der Kirchen ihre Gefälle jährlich zu geben oder ſonſten andere præſtationes zu thun ſchuldig ſeyn, ſpecifice geſetzet, zu ieden Gefällen auch e. g. Acker, Zinß und dergleichen, ein beſonders caput gemachet, und unter ſolcher rubric, was dazu gehöret, berechnet werden. Quod ſi enim confuſe & inordinate rationes ſunt conſcriptæ, in ordinem, ſumtibus *adminiſtratoris*, reducendæ & deinde examinandæ ſunt. HEESER *cit. l. n. 40.* Has tabulas accepti & expenſi non in curia vel prætorio, ſed apud eccleſiam vel eiusdem curatores cuſtodiendas eſſe, prolixius defendit CARPZOV. *lib. II. iurispr. eccleſ. definit. 315.* id quod tamen, vti ipſemet *n. 10.* fatetur, non vniuerſale eſt, ſed aliud conſuetudine recipi poteſt. Conuenientius ſane eſt, vt vel in *ſacrario*, vel in alio loco ſatis munito in eccleſia, vbi reliqua documenta aſſeruantur, deponantur, quorſum collineat *ordin. Gothan. eccleſ. cit. l. n. 7.* Vnde ſi culpa eius deperditus eſt liber, eo nomine non excuſatur, niſi probet, caſu fortuito illum eſſe amiſſum, MERLINVS *cit. l. n. 4.*

§. XI. Cum vero non minimum adminiſtrationis periculum Officium adin exigendis eccleſiæ nominibus conſiſtat, caueant ſibi præfecti ærarii miniſtratoeccleſiaſtici, ne exactionem illorum negligenter differant, ſed potius quo- ris circa exuis modo debitores ad exſoluendum compellant, *arg. l. debitoribus 18. C.* actionem *de adminiſtr. tut.* vel ſaltim annuatim vſuras exigant, & in rationes re- nominum. ferant, MEV. *P. 8. deciſ. 78. n. 5.* ne ſi vſuræ nimium creſcant, difficile fiat, illas cum ſorte a moroſis debitoribus exigere, quippe qui ſæpius non ſine inſigni iactura & damno ſortem & vſuras ſimul præſtare haud poſſunt. CARPZ. *loco cit. definit. 318. n. 5.* Prouiſum id eſt in *ordin. eccleſ. Cellenſi* de anno 1619. *c. 13. p. 151.* Da iemand an Reich- und Leiſtung ſeiner Gebühr ſäumig befunden wird, und auf der Juraten Erinnern ſich damit nicht einſtellen will, ſo ſollen ſie es alſobald iedes Orts Beamten oder dem Rath in denen Städten und Flecken anzeigen, und vermittelſt ihrer Hülfe alles was fällig oder zu leiſten, einbringen, damit es nicht von Jahren zu Jahren aufſchlagen, und denen Kirchen, auch andern

dern Gottes-Häuſern nichts abgehen möge. Curatores vero eccleſiæ, negligentes in exigendis eiusmodi debitis deprehenſi, a reſtitutione damni non ſunt immunes, vtpote qui non ſolum de *dolo*, ſed & de *culpa* ac *negligentia*, tutorum inſtar, tenentur, quo nomine ſæpiſſime veniunt, *l. 29. de R. I. l. 7. C. de arbitr. tut. l. 20. C. de negot. geſt. l. 7. §. 1. D. de ſuſp. tut.*

Quis probare debeat culpam?

§. XII. Non aliter tamen *periculum nominum* ad eos ſpectat, quam ſi *culpam* in exigendo admiſerint. Inde quæritur, *cuinam probatio incumbat, vtrum adminiſtrator teneatur probare, ſe debite officium ſuum expleuiſſe, an vero eccleſia, culpam ab adminiſtratore eſſe admiſſam?* Equidem probabiliter dici poteſt, hic diſtinguendum eſſe, vtrum nomen ab ipſo adminiſtratore ſit contractum, an a prædeceſſoribus eius? Poſteriori caſu periculum nominum non aliter in eum redundare videtur, quam ſi tempore *ſuſceptæ adminiſtrationis* adhuc fuerunt idonea, & per eius culpam poſtea facta inidonea, quod vtrumque probare debet eccleſia, *arg. l. 2. C. arbitr. tut.* Hæc culpa inde probabitur, ſi debitorem non compulit ad ſoluendum, quem ſciuit aut facile coniicere potuit, facultatibus labi poſſe. MEV. *P. 8. deciſ. 76.* Tantummodo autem *latam culpam* eum præſtare debere exiſtimari poſſet, cum idem quoque de tutore leges diſponant ratione nominum, quæ ab ipſo haud contracta ſunt, *l. cit. 2.* Aliud dicendum videtur in debitis, ab ipſo *adminiſtratore* contractis, vbi & *leuem* præſtat, *arg. l. 7. C. cod.* & ſimul probare debet, culpam a ſe omnem abfuiſſe. BRVNNEM. *ad l. 18. C. de adminiſtr. tut.* HARTM. PISTOR. *P. 1. illuſtr. quæſt. 49.* Nec ſufficit dixiſſe, ſe exigiſſe nomen, niſi etiam apte & eo, quo decet atque expedit, modo hoc factum fuit. MEV. *P. 8. deciſ. 79.* Verum ſi hæc diſtinctio ad lydium examinatur lapidem, vix eſt, vt ſubſiſtere poſſit. Expeditum conclamatumque eſt, quoad tutorem omnino diſtingui, vtrum nomina *ſint* contracta a patre, an vero ab ipſo tutore, ita vt illo caſu tantum a tutore *culpa lata* præſtetur, & præterea hæc a pupillis probari debeat, quoniam haud præſumitur. Ratio diuerſitatis eſt, quod pater pecuniam ſuam optime collocaſſe præſumatur, & tutores excuſandi ſint, quod crediderint, patres *rei ſuæ* optime proſpexiſſe. Aſt hæc diuerſitatis ratio hic applicari nequit. Nomina enim, a prædeceſſoribus contracta, non *proprio*, ſed *eccleſiæ* nomine contracta ſunt, & ſic non eadem præſumtio pro illorum contractu eſt, quæ pro *parentum* contractibus, qui *proprio nomine* contraxerunt, & hoc intuitu omnem præcautionem adhibuiſſe præſumuntur. Ita comparati ſunt homines, vt fideliores ſint

Deciſio.

in

in *propriis* quam *alienis* negotiis; quæ dum perpendo, eandem decisionem vtroque casu obtinere debere arbitror, vt etiam administratores bonorum parochialium in nominibus, a prædecessoribus contractis, probare debeant, se omnem in exigendis debitis adhibuisse diligentiam. Ita edixit serenissimus legislator in *ordin. renou. Guelpherbyt. eccles. P. 1. c. 20. §. 4.* statuitque: Es sollen aber bey der Einnahme keine Restanten in der Rechnung passiret werden, es wäre denn, daß der Administrator oder Rechnungsführer erweisen könte, daß in exigendo der äusserste Fleiß, und zwar zu rechter Zeit angewendet worden, oder der debitor per casus maiores gäntzlich verarmet wäre. Widrigenfalls und bey Ermangeluug solches Beweisthums, sollen die Administratores die Restanten aus dem Ihrigen zu ersetzen schuldig seyn. Non aliter autem *periculum nominum* administratori incumbit, quam si ipsemet quoque eorum *curam* & *administrationem* habuit, quod quidem regulariter contingere solet, quandoque tamen fallit. Nonnunquam *executores testamentorum* certorum nominum administrationem habent, quo casu periculum potius his quam illis incumbit, prout pronunciauit inclyta Facultas Lipsiensis M. Febr. 1710. in casu, quo inter *administratores ecclesiæ* & *testamenti* heredes lis desuper mota erat:

Auf Klage, Antwort, verführte Bescheinigung und Gegen-Bescheinigung, auch erfolgte Gesätze deren Anwalde und Actoren derer Kirchen-Vorsteher zu St. Blasii, Klägern an einem, und Just Christoph Schultzens Witwen und Erben Beklagten andern Theils, erkennet ꝛc. für Recht:

Si nomina sub cura testamentariorum sunt, his, non administratoribus ærarii sacri, periculum incumbit.

Daß Kläger dasjenige, so ihm zu bescheinigen auferleget, und er sich angemasset, zur Nothdurft beybracht, derowegen Beklagter das libellirte Capital derer 100. Thlr. nebst denen interesse moræ und verursachten Unkosten, nach vorgehender Liquidation und richterlicher Ermäßigung, Klägern zu bezahlen schuldig, von Rechts wegen.

Rationes decidendi.

Obwol Beklagte anführen, daß ihr Ehemann und Vater, Just Christoph Schultze, kein administrator ærarii ecclesiastici, sondern ein testamentarius gewesen, dessen Amt darin bestanden, auf die Legata acht zu haben, documenta und alte Uhrkunden verwahrlich zu behalten, wegen des Baues denen Kirch-Vätern Rath zu ertheilen, nicht aber

Gelder einzunehmen und auszutheilen, welches denen Kirch-Vätern zustünde, immassen die ietzigen Kirch-Väter *fol. 102.* b. attestiret, und *test. 2. ad punct. 4.* item *test. 1. & 2.* bezeugen, daß sie, wenn Capitalia ausgeliehen würden, dafür sorgen müsten, so wäre auch aus des einen Kirch-Vaters, Michael Webers, Rechnung, die er Amts wegen abgeleget, fol. 52. b. zu sehen, daß er 100. Thlr. an Zacharien Jexen ausgeliehen, und also derselbe, nebst dem andern Kirch-Vater, Volckmann Würffelen, die Hypothec, so Anna Teutschin der Kirchen wegen 100. Rthlr. ihr vorgestrecktes Capital gerichtlich verschrieben, untersuchen, und da dieses verlohren gegangen, sie und nicht des Testamentarii Schultzens Witwe und Erben belanget werden müssen, gestalt diese wegen extradirter Documenten, von dem Consistorial-Rath Krüchern, und andern zu dieser Abnahme Deputirten, besage Documents sub O. quittiret, und alles fernern Anspruches erlassen, hingegen von ihnen besagten Kirch-Vätern lis denunciiret worden, dannenhero wegen des angeregter Teutschin geliehenen Capitals Red und Antwort zu geben hätten.

Dennoch aber und dieweil nach dem Document sub A. nicht die Kirch-Väter, sondern Beklagtens Ehemann und Vater, als damaliger Testamentarius, an Annen Teutschin ein Kirchen-Capital von 100. Thlr. ausgeliehen, und er die von der Schuldnerin dißfalls constituirte Hypothec gerichtlich acceptiret, auch Inhalts Docucents sub B. mehr dergleichen Capitalia gerichtlich versichern lassen, hingegen in denen Acten nicht zu befinden, daß der gewesene Kirchen-Vater Michael Weber bey dem Testamentario Schultzen Ansuchung gethan, mehr besagter Teutschin 100. Rthlr. zu leihen, oder, daß sie soluendo wäre, vorgegeben, und daher, daß er bloß den Consens auf so hoch in Rechnung gebracht, ihr nicht nachtheilig ist, vielmehr Schultzen, laut Documents sub O. der Kirche S. Blasii gehörige briefliche Uhrkunden, insonderheit das alte und von ihm gefertigte neue Haupt-Buch, Schuld-Verschreibung, gerichtliche Consense und dergleichen in Verwahrung gehabt, und das Attestat sub C. so die ietzigen Kirch-Väter, als Iniurati, von sich gestellet, und darwider Kläger zuvor nicht gehöret, denen Beklagten nicht zu statten kömmt, noch, da sie über die extradirte Documenta quittiret, und alles fernern Anspruchs erlassen worden, sie von allem ferneren Anspruch der Kirchen wegen des ausgeliehenen und verlohrnen Capitals befreyen kan: Hiernechst *test. 2. ad punct. 4.* bezeuget, daß die Quittungen über die von

den-

denen Kirch-Vätern eingehobener Capitalien erst von dem Testamentario unterschrieben worden, und *ad punct. 2. test. 1.* daß die Kirch-Väter ohne Vorbewust des Testamentarii die Capitalia nicht austhaten, *ad punct. 7. test. 1. & 2.* Es müssen die Kirch-Väter, wenn sie um ein *Capital* ersuchet würden, es dem *Testamentario* anzeigen, und würde ohne des Willen kein Geld ausgethan, der Kirch-Väter Sorgfalt nach dem 6ten Punct des Testamentarii Vorsorge nicht ausschleust, solcher gestalt, da er wegen 100. Rthlr. Capital, und, ob die von Annen Teutschin zur Hypothec angegebene Aecker ihr eigen gewesen, nicht untersuchet, sondern sich hernach gefunden, daß solche Ionæ Germanns hinterlassenen Töchtern als ein Erbstücke zugehöret, und der Cantzler von M. bereits anno 1674. darein immittiret gewesen, und also wegen seiner hierunter begangenen Fahrläßigkeit, dessen Witwe und Erben so wol für verlohrnes Capital, als rückständige Zinsen und verursachte Unkosten, zu stehen verbunden. So ist, wie im Urthel enthalten, von uns billig erkannt. Cum vero testamentarii hæredes contra hanc sententiam Leuterationem interposuissent: actis ad nostram facultatem transmissis, prior sententia confirmata est hoc modo.

Auf Leuterungs-Schrift und erfolgte Gesätze in Sachen Just Christoph Schultzens Witwen und Erben Bekl. an einem, Actoren der Kirchen-Vorsteher zu S. Blasii Kl. andern Theils, erkennen ꝛc. vor Recht, daß es, der eingewandten Leuterung ungeachtet, bey dem am 4. Martii dieses Jahres eröffneten, und *fol. 178. Vol. Act. 1.* befindlichem Urtheil billig zu lassen. V. R. W.

Rationes decidendi.

Obwol Beklagte noch beständig einwenden, daß Klägere nicht bescheinigen könne, daß Just Christoph Schultze administrator ærarii ecclesiastici gewesen, sondern nur ein testamentarius, der nicht Ursache habe, genau zu untersuchen die qualitatem hypothecæ, und daher ein attestat des Consistorii fol. 16. Vol. II. produciren, darin bezeuget wird, daß Just Christoph Schultze ein testamentarius und kein administrator ærarii ecclesiastici gewesen, auch keine Kirchen-Capitalia eingenommen und ausgeliehen, als welches denen Kirch-Vätern, nebst der Untersuchung der Hypothec, obliege. Weil aber dennoch in denen Rechten klar versehen, daß, wenn ein Curator eines Unmündigen Gelder an solche Creditores leyhet, die damals nicht tüchtig noch soluendo gewe-

sen, derselbe allen deshalben entstandenen Schaden zu restituiren verbunden, und dieses bey einem testamentario nicht weniger statt haben muß, weil er eben ein administrator ist, und also wohl zusehen muß, wohin die Gelder verwendet werden; was auch Bekl. von dem unterschiedlichen officio des testamentarii und der Kirchen-Väter anführet, noch bis dato nicht erwiesen, sintemal das vom Consistorio abgestattete attestat contra acta laufet, als woraus klar zu ersehen, daß Just Christoph Schultze, als damaliger testamentarius, nicht nur dieses Capital, sondern auch viele andere selbst ausgeliehen, folglich darzu sehen sollen, daß auch eine tüchtige Hypothec verschrieben würde, und eines testamentarii officium perpetuum, der Kirchen-Vorsteher aber nur annuum, jene doch um so viel mehr auf diese acht zu haben, und wann sie Capitalia auszuzahlen vorschlagen, zuvor sich zu erkundigen oblieget, also, daß es auf keine Weise entschuldiget werden kan, daß Schultze sich so gar nicht darum bekümmert. So sind wir daher beschehener massen zu erkennen, und weil Beklagte doch ein attestatum vor sich haben, die Unkosten tacite zu compensiren, bewogen worden.

Officium administratoris circa elocandam pecuniam & bona.

§. XIII. Parem curam & sollicitudinem tam circa *bona*, quam circa *pecuniam* ecclesiæ elocandam adhibere tenentur. Quod si enim circa *prædia ecclesiastica* locanda languidi & ignaui sunt, nec pecuniam iis, qui soluendo sunt, mutuo dant, non possunt non culpam & periculum incurrere, quia se non gerunt, vt bonos patresfamilias decet, nec exactam diligentiam in rebus gerendis obseruant, sed contra fidem datam bonorum ecclesiasticorum, sibi concreditorum, administrationem negligenter habent; *arg. l. 1. pr. D. de tut. & ration. distrah.* PAVLVS MONTANVS *de iure tut. ac curat. c. 32. reg. 9. n. 1.* Equidem consultius existimat CARPZ. *d. definit. n. 8.* pecuniam *quandoque* in ærario paratam conseruare, quam ecclesiam dubio litium & processuum euentui committere; quod admitto, si pecuniam tuto elocandi occasio deest; præstat enim eo casu, vsuris carere, quam cum dispendio sortis eas captare. Quamuis enim CARPZOVIVS subiungat, hoc ipso reditus & facultates ecclesiæ parum augeri & amplificari: considerandum tamen est, satius esse, ecclesiæ iura intacta seruare, quam post vulneratam causam remedia quærere; *l. fin. C. ex quib. caus. restit. in integr. petat.*

§. XIV.

§. XIV. Præterea administrator in *locatione prædiorum parochialium* tutissima incedit via, si consensu illorum, ad quos præterea cura ecclesiæ spectat, prædia ecclesiæ illis locat, qui maiorem pensionem offerunt, quia hac ratione ipsi nihil imputari potest, præsertim si *auctoritas magistratus* accedit, quæ non tantum reddit locatorem tutum, verum etiam ei excusationem iustam suppeditat, si forsitan ob damnum, in ecclesiam inde redundans, conuenitur, conf. CARPZ. *l. c. definit. 304. 305. 318. & 321.* Et quidem *decretum magistratus ecclesiastici* in ecclesiis Saxonicis necessarium esse, facile concesserim ob *ordin. eccles. art. gen. 28.* Similiter iuxta *Gothanam ordin. eccl. lib. II. c. 29. n. 7.* administratores arbitrium non habent, der Kirchen unbewegliche Güther eigenes Gefallens zu verpachten, sondern wenn sie in einem oder andern Aenderung zu treffen nöthig befinden, soll solches mit der Obrigkeit, als Patronen, sonderlich des Superintendenten, der Lehn-Herren und Pfarrer Vorwissen vorgenommen und abgehandelt, bevor aber bey Verpachtung der liegenden Gründen und Aecker dahin gesehen werden, wie dieselbe an solche Leute zu bringen, so dabey herkommen, und Mittel, nicht allein für den Pacht Zinß zu cauiren, sondern auch die Güther in Bau und Besserung zu halten, haben. Verum id vbique absque tali peculiari constitutione, necessarium esse, non euincunt rationes a CARPZ. *cit. def. 304.* adductæ; præsertim si locatio ad modicum tempus fiat, quia hic nulla adest alienatio, adeoque nec in omnibus locis id obseruatur. Sic quoque tutiori omnino via procedit, si illis pecuniam mutuo dederit, qui præsenti pecunia & pretio bona immobilia emunt, quoniam hac ratione ecclesia in bonis comparatis tacitum pignus retinet. NONIVS ACOSTA *reg. 2. ampliat. 5. num. 11.*

An ad locationem prædiorum ecclesiasticorum decretum magistratus requiratur?

§. XV. Antequam hic abeam, paucis inquirendum est, *num pecunia ecclesiastica necessario lucro & fœnori exponenda sit?* Hanc quæstionem prolixius pertractat CARPZ. *l. c. definit. 319. n. 3.* eamque affirmandam esse recte censet. Neque enim inter protestantes ratio dubitandi tanta supereſt, vti quidem inter pontificios, vt non necesse sit, tanta ambiguitate in decidenda hac controuersia vti. Quamuis enim iure canonico expeditum & notorium sit, omnes vsuras non solum illicitas esse, verum etiam pro *specie furti* reputari; in ipsis tamen ecclesiis catholicis magis lucro administratores inhiare, quam in nostris, experientia docet, quid quod in terris protestantium, legibus imperii publicis non reclamantibus, satis exploratum sit, vsuras esse permissas. Quæ cum ita sese habeant; nullam rationem habuit CARPZOVIVS *n. 15.* inter *vsuras &*

An ecclesiæ pecunia lucro aut fœnori sit exponenda?

intereſſe diſtinguendi, longeque fauorabilius *intereſſe* cenſendi vſuris, adeoque inde concludendi, eccleſiam *vſuræ* petere, non tanquam *vſuras*, ſed tanquam *intereſſe*. Etenim *vſuræ*, quatenus moderatæ & iure permiſſæ, nihil aliud ſunt, quam *determinatum* quoddam *intereſſe* ab ipſa lege, vt tamen ſtricte loquendo adhuc intereſſe ab vſuris differat, cum illud ſit *indeterminatum*, prius probandum, & ſe fundat in lucro ceſſante & damno emergente, conf. FRANZK. *lib. 2. reſol. 10. n. 81.* RICHT. *de iur. & priuil. credit. c. 7. n. 14. & 52.* quod tandem ipſe CARPZ. *lib. 4. tit. 7. reſp. 59. n. 5. & ſeqq.* defendit. Miror itaque, tantum ICtum verborum apicibus inhærere maluiſſe, quam ipſam rem attendere. Sed, ſi verum diſſimulare nolo, hæc ratio decidendi a canoniſtis eſt petita, qui *vſuras* reprobant, ſed *intereſſe* admittunt, & ita *vſuras* pecuniarum eccleſiaſticarum nomine *eius, quod intereſt*, palliant, ne videantur *vſuras* percipere. Ita in effectu crimen non *rei* ſed *nomini* datur, adeo vt etiam in praxi *vſuræ* communiter die *Intereſſen* vocari ſoleant. Verum non neceſſe eſt, alia nomina rebus imponere, quæ in ſe vitium non habent: vti NOODT. *de vſur. & fœnore* latius probauit.

An vſuræ quandoque remitti poſſint?

§. XVI. Interim *debitoris* rationem habendam cenſeo, cui pecunia concreditur, videlicet vtrum ille lucrum ex illa pecunia capiat, an ſuæ tantum neceſſitati & egeſtati conſulat? Poſteriori caſu vſuras omnino regulis *pietatis* & *probitatis* aduerſari iudico, præſertim in hoc caſu, vbi merito hæc bona *in ſubſidium pauperum* deſtinata eſſe debebant; quamuis, quia *adminiſtratores bonorum parochialium* adſtrictioris conditionis ſunt, quam epiſcopi & prælati, qui ius quoddam ſublime in ſacra ſibi vindicant, priuato ſuo arbitrio, pecuniam ſine vſuris nemini mutuam dare poſſint, ſed potius conſiſtorio rem referre; & ſecundum eius arbitrium hac in re agere debeant. Generaliter enim in *ordin. eccleſ.* illis iniungi ſolet, vt pecuniam ſub vſuris elocent, alioquin ipſimet ad vſuras tenentur; partim quia hac in re *diſpenſandi & remittendi* vſuras non habent arbitrium, partim etiam, quia ſub hoc colore infinitas fraudes perfidi committere poſſent. Non autem dubium eſt, quin conſiſtorium, perpenſa perſonarum qualitate, quibus pecunia mutuo danda, vſuras vel remittere, vel minuere poſſit, vt ita bona eccleſiaſtica in debitum finem adhibeantur, cum ratione ſuæ originis ſint & debeant eſſe *bona pauperum*.

An vſuræ vltra alterum tantum currant?

§. XVII. Præterea vſuras debitorum eccleſiaſticorum *priuilegiatas* eſſe exiſtimant. Sic (1) in iis admittunt curſum vſurarum *vltra alte-*

terum tantum, quod sine dubio intelligi debet, non tantum de illo casu, si *particulariter* solutæ; nam id quidem communiter in quibuscunque debitis hodie obtinet, FINCKELTHAVS *obs. 40.* BERLICH. *2. concl. 38. n. 35.* HAHN. *de altero tanto §. 80. seqq.*) sed etiam si a multis annis adhuc debentur. CARPZOV. *in asylo debit. c 1. pos. 28. & l. 4. resp 49.* Rationes huius assertionis traduntur variæ: (1) quia & vsuræ pupillares vltra alterum tantum currunt, STRVV. *ex. 27. th. 53.* (2) arg. *Nou. 160.* quod non tam *vsuras* quam *annuos reditus* ciuitas percipere censeatur, quod quoque ad *ecclesias* applicandum, (3) quod vsuræ magis vt *interesse* petantur, quod & CARPZ. *cit def. 319. n. 15.* vrget. (4) quod casu prohibitionis, ne vsuræ vltra alterum tantum currant, hic cessare videatur, quæ est, ne immodicum lucrum homines sectentur, id quod de *piis administrationibus* haud præsumendum, vtpote quorum officium sit, piis locis quærere lucrum. Verum argumenta hæc satis inania sunt. Nam prima ratio non satis expedita & vniuersalis est, vt ostendit HAHN. *de altero tanto §. 94.* (2) *Nou. all.* diserte loquitur de *annuis reditibus.* (3) Falsa est tertia, vt iam dictum, & (4) præsumtio hæc admodum leuis est, cum officium administratorum non sit, lucrum legibus prohibitum quærere. Conf. HAHN. *de altero tanto §. 96.* Optime & notanter hanc in rem edisserit MEV. *P. 6. Dec. 386. n. 6.* inquiens: *Non desunt qui ita sentiunt, constitutionem de altero tanto non pertinere ad causas & loca pia, at nullo iuris textu nituntur, sed sibi tantum singularem æquitatem imaginantur, de qua tamen sine lege statuunt, cuius ipsis potestas non est data. Sine hac cerebrina & iudici, quem ius sequi decet, non conueniens.* Sed tamen nihilominus postea ab hac sententia recessit *P. 7. dec. 136.* ex hac ratione, quod vsuræ istæ potissimum *sustentationi piorum locorum* dicatæ sint, velut *alimenta*, sine quibus subsistere nequeunt, vt aut oporteat illas adiudicare, aut vero pietatem destruere & pessundare. Sed ita rursus *æquitatem* absque *legibus* agnoscit contra propriam doctrinam. Nam ratio adducta particularis est, & vbi vsuræ iam sunt a multis annis debitæ, ægre *alimentorum* rationem habere debent, nisi forsan hunc excipias casum, si vsuræ sint destinatæ ad salarium, inde quotannis soluendum ministris ecclesiæ, & interim aliunde illæ sint solutæ: sic enim aliquid roboris in his argumentis foret. Vnde apertam in his duabus decisionibus agnoscit contradictionem ZAVNSCHLIFFER *in specim. antinom. Meuian. variat. 31.* Has quidem conciliare nititur LYNCKER. *in experimento concil. ἐναντιοφάνων decis. Meuian. variat. 31.* quod ibi in *decis. 136.* de particulari casu egerit, vbi es-

sent

sent vsuræ destinatæ ad sustentationem, adeoque hanc decisionem fouere exceptionem a priori *decis. 386.* Sed si statum controuersiæ recte intuemur, loquitur in genere de *vsuris*, piis locis relictis; & aliorum argumentis relatis, suum deinde argumentum pro adstruenda hac sententia addit, prouocans ad CARPZOVIVM, qui in genere de *vsuris ecclesiasticis* hoc prædicat.

An in foro Saxon. vsuræ in concursu ecclesiæ debeantur ante reliquos debitores?

§. XVIII. Deinde in Saxonia ecclesiis respectu *vsurarum* aliquod priuilegium debetur, vt in concursu vna cum sorte statim adiudicentur ante reliquos creditores; CARPZ. *P. 1. C. 28. def. 171.* & *lib. 4. R. 46.* 10. PHILIPPI *ad decis. 8. obs. 8.* cum alias de iure Saxonico vsuræ demum ordinarie adiudicentur, postquam ratione sortis omnibus creditoribus satisfactum est. RICHTER. *de iure & priuil. cred. c. 7. n. 43.* CARPZOV. *cit. l. def. 161.* Hoc sane optima ratione prouisum, cum qui vsuras captant, agant de lucro; posteriores autem creditores de damno vitando, MARTINI *proceff. Sax. tit. 50. §. 2.* licet de iure ciuili contrarium obtineat, & hoc intuitu ecclesiæ præ reliquis creditoribus prærogatiuam non habeant, *l. 18. qui pot. in pign. l. 19. §. 2. de pact.* MYNSING. *cent. 1. O. 59. pr.* MEV. *ad ius Lubec. lib. 3. tit. 1. art. 12. n. 75.* & *P. 8. D. 464.* RICHT. *cit. l. n. 29.* Ceterum sententia iuris Saxonici non adeo certa & indubia, præsertim si conferantur illa, quæ contra CARPZOVIVM in hac doctrina disputat RICHTER. *cit. l. n. 51.* cum rationes CARPZOVII in *cit. def. 171.* non adeo concludant. Nam quod rursus alleget, præsumi ecclesias *vsuras* magis accipere vt *interesse*, non cohæret cum principiis iuris. Manet semper differentia inter *vsuras* & *interesse*, quod etiam agnoscit CARPZOV. *lib. 4. R. 59. n. 5. 6.* & si *consuetas vsuras* petunt ecclesiæ, absque omni fundamento asseritur, quod petat *interesse*, id quod si peterent, ante omnia id probare deberent. Reliquis dubiis satisfacit RICHTER. *cit. l.* Obtinuit tamen CARPZOVIVS, vt expressa decisione electorali eius sententia in electoratu confirmaretur. Verba *decis. 8.* sunt hæc: So soll ihnen solches Interesse nebenst denen Capitalien, wenn auch gleich andere nachgesetzete Gläubiger ihrer Haupt-Summen nicht vergnüget werden können, hinfüro bezahlet werden. Sed extra electoratum in Saxonia RICHTERI sententia sine dubio applausum obtinebit, quippe quæ magis cohæret, quam Carpzouiana doctrina. Sic itidem dubium est, an stante hoc priuilegio vna ecclesia alteri respectu vsurarum sit præferenda in concur-

cursu? quod itidem affirmat CARPZ. *P. 3. dec. 277. n. 10. seqq.* quod tamen vel inde dubium, quia priuilegiatus contra priuilegiatum non vtitur priuilegio; præsertim cum vtriusque ecclesiæ hic par sit conditio, & vtraque certet de lucro captando.

§. XIX. Duo adhuc circa quæstionem præcedentem notanda veniunt; *num ecclesia semper teneatur stare contractui locationis, ab administratoribus factæ, & an conductores prædiorum ac bonorum parochialium a præstatione collectarum & tributorum immunes sint?* Prior quæstio facilis est decisu, si locatio fiat præuia causæ cognitione & consensu magistratus, vt in terris Saxonicis fieri debet. Quamuis enim per locationem ipsum rei dominium, sicut in alienatione, haud transferatur; ad conductoris tamen securitatem & locatoris indemnitatem multum facit consensus *magistratus ecclesiastici*, vt nullum sit dubium, rebus ita se habentibus, ecclesiam vtique ex contractu administratoris teneri, nisi læsionem prætendere possit: expediti enim iuris est, ecclesiam locantem res suas minori pretio propter læsionem non adeo enormem restitui posse, & sufficit, quod alius plus dare velit, licet antea res ecclesiæ non pluris locata. CAR. *de* GRASSIS *decis. rot. Rom. 135. num. 18. seqq.* Ceterum vbi decretum magistratus ecclesiastici non præcise requiritur, statur locationi, ab administratore ad tempus factæ, quatenus vtiliter illa facta: nam sic recte dicitur, factum administratoris esse factum ecclesiæ; conf. CARPZ. *lib. 8. resp. 78. n. 12.* tempore autem præterlapso, omnino repetitio bonorum ecclesiasticorum est permissa, modo constet de *vera locatione;* alioquin enim secundum naturam contractus desuper statuendum est. Confirmabo id responso inclytæ *Facultatis Iuridiæ M. Octobr. 1698.*

Quatenus ecclesia teneatur stare locationi, ab administratore factæ?

Haben eure Vorfahren von mehr als 200. Jahren von dem Kloster Marienthal einen Hoff in Hammersleben mit 17. Huffen Landes Meyerweise inne gehabt, auch alle Gebäude auf ihre Kosten aufgerichtet, aber einige Jahre her wegen derer grossen onerum, Einquartierung und Kriegesfuhren den versprochenen jährlichen Canonem, nemlich 8. Wispel Roggen, nicht abführen können, und gedachtes Kloster solcher onerum halber nicht allein keinen Abzug verstatten, sondern gar den Hoff unter dem prætext, daß darüber nur ein Pacht-Contract geschlossen, einziehen will, deshalb ihr belehret seyn wollet:

(1) Ob solcher contractus pro libellario oder locatione conductione zu halten?
(2) Ob nicht das Kloster Marienthal schuldig und gehalten, Euch einen neuen Meyer-Brief zu geben?
(3) Ob nicht das Kloster verbunden, den Canonem entweder auf ein billiges zu moderiren, oder geschehen zu lassen, daß die Onera von dem Canone abgezogen werden?

Wenn nun gleich, so viel die Entscheidung der ersten Frage betrifft, eingewandt werden möchte, daß in dem Contracte expresse des Pachts gedacht worden, welcherley contract finito tempore locationis seine Endschaft erreichet: hiernechst auch, wenn gleich der Verpachtung expresse nicht gedacht, sondern ein anderer Contract nominetenus aufgerichtet wäre, dennoch in arbitrio contrahentium allezeit stehet, auch einen contractum sui natura perpetuum, auf eine gewisse Zeit zu restringiren, dergleichen pactum hieselbst befindlich, indem deutlich bedungen worden, daß, wenn die gesetzte Zeit der 30. Jahr verflossen, solches Guth dem Kloster restituiret werden soll, und es auch ohne dem Rechtens ist, quod quæ ad certum tempus concessa, lapso tempore censeantur reuocata.

Weil aber dennoch, wie das Wort Pacht zu verstehen sey, aus dem aufgerichteten Contract sattsam zu ersehen, indem daselbst die interpretatio so fort hinbeygefüget, nemlich:

Pachts oder Meyer-weise;

Ferner auch die sonst bey Belehnung üblichen Worte darinnen befindlich, daß Abt und Prior des Klosters

rechte bekennende Herren und Gewehr seyn wollen,

dergleichen reseruatio dominii directi bey blossen Pacht-Güthern weder üblich, noch applicabel ist; Hingegen aber sich auf den contractum libellarium am besten schicket, als woselbst das dominium directum bey dem concedente, das dominium vtile aber auf den possessorem transferiret wird,

FRANZK. *de laud. c. n. n. 10.*

hiernechst von denen Meyer-Güthern bekant, daß solche pro certo pretio, certaque pensione annua hingegeben werden, mit dem Bedinge,

ge, daß der contract, zu gewisser Zeit renouiret werde, welches ein libellarius contractus ist,

Nou. 7. princ.
l. 24. §. 1. C. de SS. eccles.
FRANZK. *de laud. cap. 11. n. 3.*

daraus aber keinesweges folget, daß der possessor finito tempore aus dem Gute gesetzet werden könne, wenn er bereit ist, præstanda gebührend zu præstiren,

SCHEPLIZ. *promt. iuris feud. & ciuil. tit. 11. n. 1.*

fundi enim vectigales, si debitæ quantitates inferantur, inuito possessori aufferri non debent,

l. 1. C. de administr. rer. publ.
l. 2. C. de loc. præd. ciu.

welches im gegenwärtigen Fall um so vielmehr statt finden muß, weil eure Vorfahren bereits von 200. Jahren her pro vniformi canone diese Güther in Besitz gehabt, woraus ein ius coloniæ perpetuæ entstehet,

COTHMANN. *Vol. 2. resol. 79. n. 40.*
HAHN. *de iur. colon. §. 27.*

deshalb zu Verhütung solches iuris colonarii perpetui die jährliche præstationes hätten vermindert oder vermehret werden sollen,

CARPZ. *iurispr. eccles. lib. 2. def. 306. n. 6. seqq.*

Zu geschweigen, daß auch bey andern Meyer-Güthern des Orts gebräuchlich, die Contracte auf gewisse Jahre zu setzen, iam autem ex more regionis æstimari solent contractus,

l. si fundus 6. D. de euict.

So erscheinet hieraus allenthalben so viel, daß hieselbst kein Pacht-Contract, sondern ein contractus libellarius verhanden sey.

Die 2. Frage betreffend: Fliesset derselben Entscheidung aus der vorigen: Denn weil der contractus libellarius eine renouationem certo tempore faciendam in sich begreiffet, und das vinculum obligationis reciprocum ist, quod possessorem ad petendam renouationem, & dominum ad illam concedendam adstringit,

So ist daher kein Zweifel, daß das Kloster auf beschehene Ansuchung Euch einen neuen Meyer-Brief zu ertheilen verbunden sey.

Die dritte Frage betreffend: Ob wol aus denen Rechten bekant, daß die tributa und andere onera von demjenigen zu entrichten, welcher die Nutzung eines Guthes hat,

l. forma 4. §. 1. D. de censib.

KLOCK. *de contrib. cap. 11. n. 190.*

Wie denn auch deshalb ein Erb-Zinß-Mann alle onera ordinaria und extraordinaria zu tragen verbunden ist,

l. 2. C. de iur. emphyt.

CARPZ. *P. 2. C. 38. def. 18.*

Et hinc nec ob sterilitatem, nec bellicos tumultus, aliosque casus ipsi de canone quicquam remittitur;

CARPZ. *d. l. def. 19.*

Weil aber dennoch der canon emphyteuticus gar geringe, keinesweges aber denen fructibus proportioniret zu seyn pfleget:

Hingegen hieselbst jährlich ein grosses, nemlich 8. Wispel Roggen dem Kloster gegeben werden muß; worauf billig eine reflexion zu machen ist, deshalb auch in emphyteusi, wenn der canon sehr groß, der Dominus etwas erlassen muß,

IVL. CLARVS *recept. sentent. §. Emphyteusis q. 46.*

hierbey Euch auch die consuetudo regionis abermal zu statten kommt, woselbst andern Meyern von denen Guths-Herren eine remission wiederfähret;

So habt ihr auch solche moderation von dem Kloster Marienthal billig zu suchen. V. R. W.

An vero & quatenus *successor teneatur stare locationi, per antecessorem factæ?* de eo consule auctores a STRYKIO *allegatos in not. ad Brunnem. ius eccles. lib. 2. c. 15. §. 7.* Add. MANTICA *de tac. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 12.* TRENTAC. *lib. 3. tit. de locat. resol. 3.* ZOES. *tit. locat. n. 50.*

§. XX.

§. XX. Quoad *alteram* quæſtionem ſtatus controuerſiæ rite formandus eſt. Scilicet hic ſermo non eſt de re eccleſiaſtica, in emphyteuſin data, ſed de *ſimplici* prædiorum vel *bonorum parochialium* locatione, per quam hæc aliam naturam & qualitatem adſumere non cenſentur, vti prolixius tradit VINCENT. CAROC. *tr. de locat. & conduct. Part. 7. tit. de collect. n. 7.* Nam immunitas, rei cohærens, tranſit etiam in poſſeſſorem. MEV. *Part. 8. deciſ. 376.* CARPZ *iurispr. eccl. l. 2. definit. 310.* Et quamuis MENOCHIVS *de A. I. Q. l. 2. caſu 562. n. 37.* contra hanc opinionem XXVI. Doctores citet, & eandem quoque ſententiam approbet FAGVNDEZ *de iuſt. & contr. l. 3. c. 12. n. 7. ſqq.*: illum tamen non ſatis firmo niti fundamento, dudum exactiſſime probauit STRYK. *l. c.* ita differens: *Quamuis hi conductores cum fructibus illis negotiantur, in compenſationem tamen eorum eccleſiæ ſoluunt penſionem, quam longe minorem præſtarent, ſi ſe oneribus gravandos viderent, & ita in effectu læderetur eccleſia.* Neque, quod recte rurſus obſeruat STRYK. *in not. ad* BRVNN. *ius eccl. l. 2. c. 5. §. 14.* in effectu iuris inter locationem ad *longum* vel ad *modicum* tempus aliquid intereſt: cum illorum ſententia, qui per locationem ad longum tempus *ius reale* transferri dicunt, in iure plane non ſit fundata, vt demonſtrauit FRANZK. *ad D. tit. locat. n. 29.* ZOES. *ad D. eodem tit. n. 14.* SCHILTER. *Pr. iur. Rom. Ex. 47. & 62. ad §. 3. l. 1. de ſuperfic.* adeoque nec hoc caſu diuerſitas aliqua allegari poteſt.

An conductores prædiorum eccleſiaſticorum immunes ſint a collectis?

§. XXI. Ceterum res eccleſiæ ſecundum placita Doctorum Romanorum *vltra triennium* locari non poſſunt, quos hanc in rem citat BRVNN. *iur. eccl. l. 2. c. 18. §. 9.* qui tamen ſimul obſeruat, penes Romano-Catholicos hanc ſententiam in vſu non eſſe, ex opinione CAMILLI BORELLI *L. 1. tit. 15.* Apud nos vſus inualuit, vt prædia eccleſiaſtica ad *nouem annos* & aliquando amplius locari poſſit; alibi tamen reſtricta eſt facultas locandi prædia eccleſiaſtica ad pauciores annos, quod factum in *ordin. eccleſ. renou. Guelpherbyt. P. 1. c. 20. §. 5.* vbi prouiſum, vt demum locentur auf drey oder zum längſten auf 6. Jahr, und darüber deutliche Contracte mit denen Pächtern gemachet, auch bey Veränderung der Pachtungen dahin geſehen werden, ob und wie weit die Penſion der Kirchen zum Beſten verbeſſert werden mögen. In *ordin. eccleſ. Cellenſi c. XIII.* tantum permiſſum eſt, vt poſſint locari etwa auf 4. Jahr. Conſultum præterea eſt, vt penſio nonnunquam augeatur vel alius conductor adhibeatur, nec de locatione *longi temporis* aut *emphyteuſi* lis oriatur, vt *in Sax. elect.* conſtitutum eſſe refert CARPZOV. *l. c. definit.*

Quamdiu locari poſſint prædia parochialia?

306. Similiter in *ordin. eccles. Magd. c. 23. §. 18.* id ipsum quoque prudenter hoc modo prouisum est: Die Aecker, Wiesen und andere Kirchen-Güter, so um jährlichen Zinß pflegen ausgethan zu werden, sollen zu Zeiten auch andern, als die solches vorher gehabt, vermiethet, und der Zinß, so es die Güther austragen, etwas erhöhet, und hierüber schriftliche Location-Briefe aufgerichtet, iedoch denen Predigern, wo sie solche Güter haben, der Zinß ohne erhebliche Ursache nicht gesteigert, auch ihnen sonsten gegen richtige Zahlung der Gebrauch vor andern gegönnet werden. Quando enim sub vniformi pensione res apud vnum eundemque possessorem ad longissimum tempus fuit, facile in præiudicium ecclesiæ præsumtio inde oriri potest, bona non tam locata, quam antiquitus in emphyteusin data esse, quæ id operatur, vt ad minimum possessor tam diu *in possessione* defendi debeat, donec contrarium probatum fuerit. SCHILTER. *cit. l.*

Cura administratorum circa refectionem templorum & ædium parochialium.

§. XXII. Necessariam itidem circa *refectionem templorum & ædium parochialium* curam impendere debet administrator; alias ruina illarum ipsi imputatur, & ad earum reædificationem tenetur. PAVL. *de* CITADIN. *de iure patronat. P. 6. art. 5. n. 4.* Nam si hac in re aliquid prætermiserit, id ipsius culpæ omnino adscribendum est, quum onus conseruandi & reparandi ecclesiam parochialem regulariter incumbat ærario cuiusuis ecclesiæ, vid. *ordin. eccl. Sax. art. gen. 32. ordin. eccl. Magdeb. c. 24. §. 1.* & consequenter ærarii ecclesiastici præfecti ad hoc negotium suscipiendum omnino obstricti sint, quod etiam in *ordin. eccles.* passim prouisum est. Laudabilis sane est sanctio in *ordin. eccles. Magd. c. XXIV. §. 1.*, qua cauetur, daß iedes Jahr die Gebäude der Kirchen, Predigern, Schulmeister und Küster, entweder auf zweene gewisse Termine, im Frühling und Herbst, oder bey der jährlichen Rechnung, nachdem es iedes Orts bräuchlich oder geordnet, durch die Vorsteher, mit Zuziehung verständiger Werckleute, fleißig besichtiget, und was schad- und mangelhaft sich finden möchte, ohne Verzug und zu rechter Zeit ausgebessert, was aber gantz eingegangen, gleichwol nicht zu entbehren ist, hinwieder gebauet, doch keine unnöthige Kosten aufgewendet werden. Quamuis vero sine summi episcopi, vel apud nos principis, vel consistorii consensu & auctoritate templa ædificare non liceat; LINCKIVS *de iure templor. c. 5. n. 28.* facilius tamen admitti potest, vt eadem restaurentur absque consistorii consensu: licet aliquando patroni vel inspectoris consensus sit necessarius. Vid. diss. *de iure & onere reficiendi eccles.*

§. XXIII.

§. XXIII. Nunquam autem temere ad *reparationem templorum* recurrendum est, sed inquirendum prius exacte, num ærarium satis instructum sit pecunia, ad impensas faciendas necessaria? Parochiani enim non possunt ad impensas, in ædes sacras conferendas, temere compelli, quoniam nec *ædificatio*, nec *minus necessaria reparatio* ædium sacrarum de iure præcepta est. Accedit, quod splendida ædificia in nouo fœdere nec vtilia, nec necessaria esse, supra iam dixerim. Inde ne temere hac in re quid fiat, cautum est in *ord. Magd. cit. l. §. 2.* Wenn ein Bau oder Besserung vonnöthen, soll der Gerichts Herr und Patronen, auch da es ein Hauptbau, solcher aber aus keinen andern, als der Kirchen Mitteln verrichtet werden kan, so dann mit Zuziehung des Inspectoris den Kirchen-Vorrath betrachten, und den Schluß machen, was zu thun seyn wolle. Imo cum in subsidium quoque *parochiani* teneantur: hi quoque *in consilium* adhibendi sunt, si de ædificatione vel notabili restauratione ecclesiæ, vel partis eius, aut ædium parochialium agitur; interest enim illorum, ne varia onera, ex ædificatione vel restauratione prouenientia, inuitis imponantur. Conf. REINKING *de reg. sec. & eccl. lib. 3. cl. 1. c. 3. n. 17.* Inde quoque facile liquet, parochianos, qui eo tempore fuere, quo reparatio facta est, demum ad hos sumtus teneri, non item nouos, ratione impensarum, iam olim in hanc reparationem factarum, prout censuit *illustris facultas iuridica* Mens. Mart. 1695. Daß Beklagter ꝛc. und ist im übrigen Beklagter von denen zu der Reparation des Priesterbauern-Hofes zu Oberhagen, weniger nicht als von denen alten an ihnen geforderten Kirchenbau-Kosten zu entbinden, sonst aber von der Zeit an, da er das Guth Lütcken Kranckau erhandelt, so wol dem Priester seine Gebühr zu geben, als auch zu nöthigem Kirchen-Bau, in so weit die Kirchen-Zinsen hierzu nicht zureichen, bey einer hierzu anzulegenden allgemeinen Collecte sein Contingent nach alter Gewohnheit beyzutragen schuldig, und seynd die Unkosten gegen einander aufzuheben. V. R. W.

Quid in reparatione templorum obseruandum?

Rationes decidendi.

Von der sub num. 4to in der Klägere prætension befindlichen Forderung wegen reparation des Priesterbauren-Hofes, und sub num. 5to prætendirten übrigen Kirchenbau-Kosten, haben wir deswegen den Beklagten absoluiret, weil ordinarie solche Bau und Reparation-Kosten aus denen Kirchen-Intraden genommen, oder da selbige nicht anreichen,

von

von denen Herren Patronis hergegeben werden müssen; allenfalls aber, da hierüber eine Collecte bey denen Eingepfarreten zu machen, solches als ein onus personale für den Gebrauch der Sacrorum diejenige, welche damals sich derselben zu bedienen gehabt, und deren Erben verbinden, nicht aber wegen alter vorlängst angewandter Kirchenbaukosten ein in solcher Gemeine neu-angekommener Parochianus dafür zu haften schuldig sey.

Quam diligentiam præstare debeant administratores B. E.

§. XXIV. Cum itaque administratorum officium in *prouida administratione* consistat, inde satis perspicuum est, eos ad *culpam leuem* præstandam adstrictos esse. Constat enim ex antea dictis, eam diligentiam exigi ab administratoribus bonorum parochialium circa bona, ad ecclesiam pertinentia, qualis a tutoribus & curatoribus pupillorum exigitur, *l. 33. D. de administ. tut.* qui culpam *leuem* præstare debent. Hinc non tenetur administrator de periculo vel casu fortuito, si ædes sacræ vel domus parochialis vetustate consumta corruit, vel animalia, ad parochiam destinata, moriuntur, vel fundus & ager, aggere non inclusus, aquis inundatur, si modo nulla *ipsius culpa* casum antecesserit.

An & quatenus administrator B. ecclesiastica possit alienare?

§. XXV. Venio ad *potestatem* administratorum, disquisiturus, quamnam habeant *libertatem* circa bona parochialia, an & quatenus de iis disponere queant? Equidem bona parochialia vsu & commercio hominum exemta dicuntur, & alienatio eorundem in *c. 5. X. de reb. eccles. alienand. vel non*, expresse prohibetur. Iam olim in *l. iubemus 14. C. de SS. eccles.* id prohibitum fuit, quamuis ratio addita: *vt, sicuti ipsa religionis & fidei mater perpetua est, ita eius patrimonium iugiter seruetur illæsum*, sit satis ieiuna. Speciatim in *œconomos* grauis pœna statuta est, qui alienare ea ausi fuerint, adeo vt etiam tabellio, qui instrumentum alienationis conscripsit, perpetuo exilio afficiatur. Adeo ecclesiæ etiam parochiales *manus mortuas* habent: quicquid habent, satis firmiter tenent. Attamen non dubito, quin etiam bona certo casu ecclesia amittere queat, REINKING. *de regim. sec. & eccles. lib. 3. cl. 1. c. 3. n. 2.* idque vel *voluntaria alienatione*, vel *citra voluntatem*, videlicet *secularisatione, præscriptione, pœna &c.* vid. SCHILT. *in instit. iur. can. l. 2. tit. 6 §. 15.* De *voluntaria* alienatione, per administratores bonorum parochialium suscipienda, in præsenti tantum disquiram, & quomodo illa legitime suscipi debeat, examinabo, cum alienationes inuoluntariæ a scopo meo alienæ sint. Sunt autem res ecclesiarum parochialium vel *mobiles* vel *immobiles*. Illæ vero cultui diuino destinatæ sunt, & alienari æque ac im-

immobiles prohibentur, vel non inſeruiunt cultui diuino, ſed reditus ſunt ex bonis parochialibus immobilibus, penſiones, decimæ, aliique huius generis prouentus. Huiusmodi res facilius alienari poſſunt, imo debent, ne alias corrumpantur, cum eccleſiæ parochialis detrimento. In hac alienatione potiſſimum *boni patris familias* officium attendi debet, vt *iuſto tempore* alienentur, h. e. eo, quo vel *natura rerum* id poſtulat, v. c. ſi res ſeruando ſeruari non poſſunt, vel quo alii boni patres familias eas vendere ſolent, quod imprimis in vendendo frumento attendi debet, cuius pretium creſcit & decreſcit pro varia temporum ratione. Qui in obſeruatione huius temporis negligens eſt, damnum inde eccleſiæ datum reparare tenetur.

§. XXVI. Duo autem ad validam alienationem deſiderant iura: (1) *ſolennitatem*, a iure requiſitam, (2) *iuſtam alienationis cauſam*, *can. ſine exceptione 52. C. 12. quæſt. 2.* Confer. IGNATIVS GASTON. *diſcept. fiſcal. 45. num. 3.* quæ ita neceſſaria ſunt, vt renunciare illis non liceat, ſiquidem in genere pactis priuatorum iuri publico derogari nequit; *l. 38. de pact.* SVRDVS *conſ. 28. n. 122.* ACTOLIN. *reſol. iur. 110. n. 155.* SANDIVS *de prohibita rerum alien. c. 8. §. 11.* Interim ex lapſu *temporis immemorialis* præſumtio oritur, omnia ſoienniter fuiſſe peracta, CEPHAL. *conſ. 47. n. 6. ſeqq.* MENOCH. *lib. 3. præſ. 132. n. 59.* quæ tamen præſumtio magis dirigitur ad externam ſolennitatem, non vero cauſa neceſſitatis quoque inde infertur. GAIL. *2. obſ. 71. n. 7. ſeqq.* MASCARD. *de prob. concl. 1323. n. 13.* Solennitas in eo conſiſtit, vt *cauſæ cognitio*, *decretum* & *conſenſus magiſtratus eccleſiaſtici* ad diſtractionem adhibeatur. MERCKELBACH. apud KLOCK. *in relat. cam. vot. 11. n. 69. ſeqq.* COTHMANN. *vol. 1. conſil. 28. n. 73.* Ad *iuſtam cauſam* vulgo referunt doctores *neceſſitatem*, *R. I. de anno 1543.* aber der Kirchen Kleinoder, & *R. I. de anno 1580.* nach dem Churfürſten, euidentiſſimam *vtilitatem*, *incommoditatem*, *pietatem*, vel *iuſtam remunerandi cauſam*, vid. MARTINI *in proceſſu iur. Saxon. tit. 39. §. 11. num. 40.* REINKING. *cit. l. n. 4.* FRANCISC. DVARRENVS *de SS. eccleſ. miniſtr. lib. 7. c. 9.* SAMINIATVS *controu. for. 6. n. 7.* vbi in ſpecie de *vtilitate* agit, quamuis non deſint, qui alias adhuc cauſas hiſce ſuperaddant, qua de re ex inſtituto egerunt GVILIEL. REDOANVS *de rebus eccleſ. non alienand.* IOANN. A SANDE *de prohibita rerum alienatione.* MAVRIT. *de ſeculariſat. bonorum E. c. 4.* DVARRENVS *cit. l. 10.* BAPTISTA TVRRICELLIVS *de rebus eccleſiæ non alienandis.* Nontum enim eſt, eccleſias pupillis ac minoribus æquiparari, quorum bona immobilia cum ſine certis ſolennitatibus valide alienari nequeant, nec eccleſiarum

Quænam requirantur circa alienationem B. E.

bona alienationi ſine adhibitis debitis ſolennitatibus ſubiicienda ſunt. GAIL. *l. 2. obſ. 72.* CARPZ. *iurisp. eccl. lib. 1. definit. 300.* An vero hodie ſolennia iuris canonici in alienatione rerum eccleſiaſticarum obſeruari debeant, prolixius disquirit KLOCKIVS *vol. 1. conſil. 35. num. 262.* BRVNNEM. *de iur. eccleſ. l. 2. c. 3. §. 3.* STRYK. *in not. ad ius eccleſ. Brunnem. l. c.* GVIDO PAPAE *deciſ. 594.* vbi aſſerit, quod apices iuris canonici ne quidem in terris pontificiorum ita ſtricte obſeruentur. Breuiter: exiſtimo ſolennitatem canonicam in noſtris eccleſiis ad conſenſum ſeu decretum conſiſtorii & iuſtam ac ſufficientem alienationis cauſam reſtrictam eſſe, LINCKIVS *de iure epiſc. c. 10. §. 36.* & quia imprimis cauſæ cognitio neceſſaria eſt, hinc ſine ea præcedente alienatio non ſubſiſtit, adeo vt ne quidem *decretum* aliquid operetur ſine *cauſæ cognitione*, MENOCH. *conſ. 80. n. 27. ſeqq.* multo minus vero confirmatio contractus mera vicem decreti ſubire poteſt. MEV. *dec. 84.* RICHTER *dec. 13. n. 11.* Hæc ordinarie ad meram relationem petentis fieri ſolet, nulla præcedente inquiſitione. BERNH. GRAEVEN. *lib. 2. concl. 1. n. 28.* In quibusdam locis ſimul conſenſus quoque patroni neceſſarius eſt, id quod omnino rationem habet, cum patronus ius quoddam *dominii directi* in eccleſiam & eius bona habet. ID. *ibid.*

Alienatio B. E. quatenus ſit nulla?

§. XXVII. Illam itaque alienationem bonorum parochialium iure meritoque nullam eſſe cenſeo, quæ ſine *cauſæ cognitione* & *conſenſu* conſiſtorii ſuſcepta eſt, IO. BAPTIST. SAMINIAT. *controu. for. n. 1. & contr. 2. n. 1. & contr. 3. n. 1.* ſiue eccleſiæ noceat, ſiue non noceat: DVARRENVS *de S. eccleſ. miniſt. l. 7. c. 9. n. 379.* quoniam bona hæc iisdem iuribus ac priuilegiis vtuntur, quibus bona pupillorum ac minorum gaudent, illa vero cum ſine debitis ſolennitatibus valide alienari nequeant, (vid. OCTAV. SIMONCELLA *de decret. & ceter. ſolennit. in contr. minor.*) facilis eſt ad bona parochialia applicatio. ANTON. FABER *in cod. l. 1. tit. 9. definit. 20. n. 10.* HARTM. PISTOR. *obſeru. 68. n. 5.* add. CARPZ. *l. c. definit. 303.* Alienatio itaque talis, ſine cauſa cognita & decreto facta, *ipſo iure* nulla eſt, & res in eccleſiæ dominio manſiſſe intelligitur; *c. 36. ſqq. C. 12. qu. 2.* Hinc eo nomine ipſa eccleſia ad declarandam nullitatem, SAMINIAT. *cit. contr. 3. n. 2.* vel potius ad vindicanda bona agere poteſt. IDEM *contr. 6. n. 64.* Nec opus eſt hoc in caſu *reſtitutionis in integrum;* contractu enim ipſo iure nullo exiſtente, reſciſſio, quam intendit reſtitutio, peti nequit, quin potius vindicatio rei alienatæ obtinet, *l. 2. C. de præd. min. ſine decret. non alienand. l. 4. C. qui aduerſus rem iudicat.* LINCK. *cit. l. n. 57.* & bona nulliter alienata cum omni cauſa & fructibus perceptis petuntur, *cap. ſi quis presbyter. 6. X. de rebus*

rebus eccl. alien. vel non, REDOANVS *de rebus eccleſiæ non alien. q. 22. §. nunc autem n. 14. ſeqq.* add. CARPZOV. *iurispr. forenſ. p. 2. definit. 29.* Quodſi itaque adminiſtrator bona & res eccleſiæ nulliter alienauerit, in dolo eſt, vt contra eum iurari in litem poſſit. CHRISTINÆVS *ad LL. Mechlin tit. 19. art. 17. n. 8.* Bene tamen monet SITHMAN. *de iure epiſc. c. 12. n. 38.* reſpicienda eſſe eccleſiarum ſtatuta & ordinationes, quæ ſi remittant illas ſolennitates, alienatio valet. Quid quod ex lapſu temporis immemorialis ſolennitas ſatis ſuppleri poſſit. IGNAT. GASTON. *diſcept. 24. n. 20.* Præterea aliis de cauſis alienatio talis ſubſiſtere poteſt, licet de ſolennibus adhibitis non ſatis conſtet, de quibus vid. RICCIVS *1. deciſ. 35.* REDOANVS *de rebus eccleſ. non alien. qu. 21. n. 41.* TAMBVRINVS *de iur. abbat. p. III. diſp. 13. qu. 2. n. 19.*

§. XXVIII. Sin vero ex contractu, ab adminiſtratoribus valide celebrato, eccleſia fuerit læſa, vel alio modo rem recipere eidem expediat, (vid. *l. 24. §. 4. de reſtit. minor.*) exemplo *minorum*, reſtitutione in integrum, & quidem intra quadriennium ipſi ſuccurendum, DOMINICVS GALES. *ad clem. vn. de reſtit. in integr. n. 43.* quod continuum eſt, *c. 1. X. de in integr. reſtit.* SFORT. ODD. *de reſtit. in integr. p. 1. q. 3. n. 17.* Quamuis ex eo, quod in *hoc cap. 1.* dicatur, eccleſiam ſemper reſtitui, non inferendum eſſe exiſtimet STRYK. *in not. ad Brunnem. ius eccleſ. l. 2. c. 14. §. 7.* quod omni tempore reſtitutio peti poſſit; nam quadriennii lapſus eam excludit, ſed quod eccleſia nunquam fiat maiorennis, & quoties læſa, ſemper reſtitutionem in integrum intra legitimum tempus petere poſſit. FAGVNDEZ. *de iuſtit. ex contr. l. 1. c. 12. n. 8.* Dubium autem eſt, *a quo tempore hoc quadriennii ſpatium ſit computandum?* A tempore læſionis vult GALESIVS *cit. l. n. 43.* quæ ſententia fere communis eſt. Interim alii non ſine ratione demum a tempore mortis adminiſtratoris hunc curſum præſcriptionis incipere cenſent, cum, ipſo vivente, eccleſia in iuſta ignorantia fuiſſe videatur, & poſt eam demum læſio innoteſcat, cuius notitiam adminiſtrator, inique & nulliter alienans, forſan ſuppreſſit. CLEMENS MERLIN. *deciſ. 701. n. 13.* Proinde ſi ſucceſſori eſt incognita læſio, terminus *a quo* non tam a tempore *mortis* prioris adminiſtratoris, quam potius *ſcientiæ* præſentis computari deberet, cum termini eiusmodi breuiores non currant ignorantibus; *c. 1. 2. de reſtit. in integr. n. 6.* IO. BAPT. COSTA *de facti ſcientia aut ignor. cent. 1. diſt. 78.* Non ſufficit autem dicere, eccleſiam læſam eſſe, GALES. *c. l. n. 45.* ſed ante omnia læſio eſt probanda. Et quidem debet adeſſe *manifeſta circumſcriptio*, ſi ſcilicet adminiſtratores valde negligen-

Quatenus eccleſia reſtituenda.

A quo tempore reſtituatur.

tes in ea causa versati sint. Si enim ecclesiæ ex omni læsione restitutionem petere possent, nemo certe cum illis contraheret. Vid. *l. quod si minor. 24. §. 1. D. de minor. l. 12. §. 1. D. de admin. tut.* Fusius hac de doctrina egi in *iur. eccl. protest. tit. de restit. in integr.*

Num administratores aliquid remittere possint.

§. XXIX. Inde facile decidi potest quæstio: *num administratores in contractibus aliquid remittere valeant?* Expediti iuris esse puto, illos expresse nihil contrahentibus remittere posse, nisi damnum & iacturam ecclesiæ illatam resarcire velint; annon vero *tacite*, & per negligentiam aliquid remittere valeant, alia quæstio est; nam non infrequens est, plus operari negligentiam administratorum, quam pactum expressum. SICHARD. *ad l. 5. C. de usur. n. 3.* Verum sine dubio ecclesiæ restitutione in integrum hoc casu erit subueniendum, habebitque illa hoc casu electionem, vtrum contra administratorem, an vero contra tertium, respectu cuius ius amisit, agere malit, exemplo minorum, facto tutorum vel curatorum læsorum. Pari ratione administratores bonorum parochialium obstricti sunt, parata pecunia vendere bona & res ecclesiæ, nec possunt de pretio fidem habere; imo licet eam habuerint, nihilominus tamen non transfertur dominium, cum nulliter fidem de pretio habuisse videantur, nec pactum subsistere possit, cuius ineundi facultas in paciscente defuit. ANDREOLI *contr. 189. n. 7.* NONIVS ACOSTA *de concurs. cred. Reg. 1. ampliat. 13. n. 8.*

Officium administratorum circa lites.

§. XXX. Quoniam ecclesiæ varia sæpius cum aliis intercedunt negotia, optanda potius quam speranda est illa ecclesiæ facies, qua omnia amice & placide peraguntur, præsertim si ipsi res sit cum hominibus turbulentis, & litium rixarumque cupidis. Hanc quum denegata amica negotiorum tractatione litem mouere teneatur ecclesia, quales se administratores circa illam gerere debeant, paucis explicandum est. Equidem nullum dubium, administratores rectius aliquando prospicere ecclesiæ demandatæ, si prius de remediis sopiendi lites amicabili compositione solliciti sint, quam si statim ad processus prouocando fortunæ arbitrio res ecclesiæ committant: vtilius enim esse macre concordium quauis pingui sententia, apud cordatiores ICtos dudum obtinuit. Vid. ANDR. KNICHEN. *de Saxon. non prouoc. iur. aduoc. ius cap. 3. n. 7.* Quod si vero per transactionem & amicabilem compositionem controversiam dirimere nequeant, confugiant ad illa remedia sopiendi litem ante motum processum, quæ exactissime nobis exhibet STRYK. *in introd. ad praxin forens. c. 2.* Nam verecunda eius cogitatio, qui lites execratur, non vituperanda per *l. 4. §. 1. in fin. D. alien. iud. mut. caus.*

An & quatenus transigere possint administratores?

præ-

præsertim etiam cum sæpius sub iusto clypeo quis succumbere possit, & expensæ in processum erogandæ, infinitæque molestiæ aliæ ex processu oriundæ, amicabilem compositionem potius quam dubiam rerum prosecutionem in iudiciis suadeant. Interim cum nudi tantum administratores sint, transactionem caute instituere debent, præsertim si propterea deueniri debeat ad *alienationem rei* immobilis, quo casu solennitates, in alienationibus necessariæ, non intermittendæ: alioquin transactio foret nullius momenti : ENGEL. *in colleg. iur. can. ad tit. de transact. n. 6.* LINCK. *in comm. ad ius can. tit. cit. n. 2.* Conf. *l. 22. C. de admin. tut.* GAIL. *2. obs. 172.* nisi forsan transactio tenderet in euidentem ecclesiæ vtilitatem, veluti si transigatur *retinendo.* FR. MARCI *2. Dec. 188.* KLOCK. *1. Conf. 1. n. 102. 173.* Nec enim, quæ iura canonica disponunt de *transactione prælatorum*, maxime *exemtorum*, huc pertinent. Quodsi ecclesia cum alia ecclesia transigat, per administratores, non adhibitis solennitatibus, facilius transactionem valere existimarem, cum nec alienationes huiusmodi inualidæ sint, prout supra monui, quamuis in contrariam videatur inclinare sententiam LYNCKER. *in comm. ad ius ciuile tit. de transact. §. VI. in f.*

§. XXXI. Cum vero administratores bonorum parochialium non repræsentent ecclesiam, sed tantum *extraiudicialiter* res administrent, & consequenter potestas eorum circa litem, in iudicio peragendam, se non extendat: hinc constituendi sunt SYNDICI, siue ex numero præfectorum, siue ex parochianis vel aliunde desumantur. Constituuntur vero illi ordinarie ab ipsa *ecclesia*, sicuti alias a qualibet vniuersitate, vel ab illis, qui repræsentant ecclesiam, vti heic loci sunt die Achtmänner, vid. *Visitations-Abschied de anno 1642. §. 12.* vel etiam a *Capitulo*, quod totam ecclesiam repræsentare dicitur, modo omnes, qui sunt de capitulo, debito modo constitutioni interfint, nec alias *inordinate* electio facta sit, alias non valet, quod pluribus illustraui *in iur. eccles. protestant. tit. X. de Syndic.* Hi *syndicato* legitimant suam personam. Non enim cuiquam licet sine mandato comparere, licet ecclesiæ negotia causam priuilegiatam contineant; quod limitant, nisi quidam ex corpore ecclesiastico compareant, cum *extranei* & qui non sunt ex vniuersitatis corpore, absque *syndicatu* comparentes, repellantur. Vid. CARPZOV. *P. 1. c. 1. def. 26. n. 3.* Sed dubito de hac limitatione; neque enim, si vel maxime *parochiani* compareant, tanquam *litis consortes* sub *cautione rati* admitti possunt, cum reuera magna & ingens sit differentia inter *litis consortes*, vtpote quos *sigillatim* & *proprio nomine* lis tangit, & inter

Ad litem ecclesiæ constituendi sunt Syndici.

parochianos, qui nomine *vniuersitatis*, non ob *proprium interesse*, agunt. Parochos vt plurimum facilius admittunt, quod ex principiis iuris canonici fluit, secundum quæ ecclesiam repræsentare dicuntur: vnde inter protestantes meo iudicio non aliter sine *syndicatu* essent admittendi, quam si lis *bona dotalia* ipsorum parochorum tangat.

An extraneus seu non parochianus possit esse syndicus?

§. XXXII. Arbitrarium autem est, vtrum syndicus *ex gremio* ecclesiæ parochialis, an aliunde assumatur. Equidem nonnulli plane negant, syndicum extra vniuersitatem eligi posse, indeque concludunt, eiusmodi syndicatus instrumentum vitiosum esse, cum syndicus ex vniuersitate maiori studio & fide communitatis suæ causas agere præsumatur, quam extraneus, *c. 1. X. de syndic. l. 4. D. quod cuiusque vniuersit. nom.* Add. BEVST. *ad l. 3. D. de iur. n. 37.* vbi & hanc rationem addit, quod originarii melius scire credantur mores & consuetudines eius ordinis, ex quo sunt oriundi. vid. MYNSING. *centur. 4. obseru. 30.* LAVTERB. in *dissert. academ. de synd. thes. 56.* Rursus alii tunc demum admittendum esse censet, si idoneus in tali vniuersitate ad eiusmodi officium non inueniatur. WESENBEC. *in parat. D. quod cui. vniuers. nom. n. 5. & volum. 1. consil. 31. n. 17.* LAVTERB. *dict. dissert. thes. 36.* Verum neutri sententiæ subscribendum esse puto; cum argumenta dissentientium tantum euincant, consultius & e re collegiorum esse, si syndicus ex gremio collegiorum constituatur, quam si extraneus assumatur, qui non eodem zelo pro iuribus collegii conseruandis vigilat: non vero exinde *prohibitio legalis* inferri potest, quin contrarium euincitur ex *l. 1. §. vlt. quod cui. vniuers. nom.* vbi dicitur, extraneum, vniuersitatem defendere volentem, admittendum esse; nam syndici constitutio libera est, & in arbitrio litigantium posita, *arg. l. 1. §. 2. D. de procurat. l. sed si 17. & 19. D. de iniur.* SPECVLATOR. *in tit. de Synd. n. 20.* Præterea constitutio syndici ex personis collegii non est *solennitas substantialis*, sed leuis, cuius omissio non vitiat actum, id quod magno Doctorum apparatu & præiudiciis confirmat LVDOV. GVNTH. MARTINI *comment. forens. in ordinat. proc. Saxon. tit. 7. §. 5. n. 71. seqq.* Hunc vnicum excipio casum, si ordinationibus ecclesiasticis specialiter dispositum sit, ne alius quam ex gremio ecclesiæ constitui debeat syndicus, quod etiam quamdiu aliquis ex parochianis haberi potest, omnino suadendum. Omnes autem syndici eligi possunt, qui procuratores esse queunt, nec specialiter prohibentur; *l. mutus 43. §. 1. D. de procurat.* iuncta *l. 6. §. fin. D. quod cui. vniuers. nom.* add. LAVTERB. *d. dissert. thes. 51.*

Decisio.

Quod-

Quodsi vero administratores & syndici piarum causarum male litem sustineant, in expensas proprio nomine condemnantur, *arg. l. 9. & 10. C. de admin. tutor.* CHRISTINAEVS *ad LL. Mechlin. tit. 19. art. 25. n. 8.*

§. XXXIII. Denique quod si plures syndici *simpliciter* seu *indefinite* dati sint, communiter volunt, vnum absque altero admitti posse, quasi dati *in solidum* dati videantur. CARPZ. *P. 1. dec. 25. n. 8.* Quamuis enim in procuratoribus pluribus datis ius canonicum aliter disponat, vt alter absque altero admitti non possit, *c. 6. de procur. in 6.* nisi clausula *in solidum* adiecta fuerit: in pluribus tamen syndicis datis nihil in iure canonico mutatum esse asserunt, sed potius horum quemlibet adhuc *in solidum* datum censeri. CARPZ. *cit. l.* & *in proc. tit. 5. art. 4. n 50.* ZIEGL. *ad Lancell. lib. 3. tit. 2. §. 6.* LYNCKER. *respons. 184. n. 17.* SCHILT. *ex. 10. §. 53.* Verum vix est, vt huic sententiæ tuto subscribi possit. Cum enim syndici in effectu sint *vniuersitatum procuratores iudiciales*, & in iure canonico non raro ita etiam vocentur: nulla apparet ratio differentiæ, cur non idem in pluribus syndicis datis obtinere debeat, quod in procuratoribus ex iure canonico in praxi obseruatur. Et dum ius commune in procuratoribus pluribus datis a iure canonico mutatum est, per necessariam quoque consequentiam in syndicis mutatum censeri debet. Vid. STRYK. *in V. M. tit. quod cuiusu. vniuers. nom. §. 12.* Quid si plures syndici constituti sint?

§. XXXIV. Restat vt videamus, in quonam vlterius potestas administratorum ecclesiæ consistat. Quando pecuniam mutuo acceperunt, creditor ad *versionis* probationem omnino obligatur, *auth. hoc ius correctum in f. C. de SS. eccles.* ibi: *is creditor hic intelligatur, qui, quod credidit, probat in vtilitatem diuinæ domus processisse. Nou. 120. c. 6. in fin. c. quod quibusd. X. de fideiuss.* Vnde curiosus sit, quo vertatur pecunia. STRYK. *Vol. 3. disp. 13. de curios. c. 4. n. 27.* Confer. GRATIANVS *discept. for. t. 1. c. 196. n. 9.* vbi recenset tres casus, in quibus creditor curiosus esse debet de versione, in vtilitatem ecclesiæ facta, scilicet mutuo, depositio, venditione. Neque enim ab hac probatione liberatur creditor, si forte administrator, ceu communiter fieri sueuit, in chirographo confessus est, pecuniam in vtilitatem ecclesiæ esse acceptam & versam, quoniam testatur de facto proprio, & testis est in propria causa, COTHMANN. *Vol. 2. resp. 52.* KLOCK. *vot. cameral relat. II. n. 68. 148. seqq.* COLER. *in proc. execut. P. 2. l. 3. n. 352.* quemadmodum in ciuitate obærata & pupillorum debitis idem obseruatur. Priuilegia enim Quatenus debita contrahere possint administratores?

enim, concessa pupillis, regulariter ceteris omnibus tributa, qui per administratores reguntur, ALEXAND. SPERELL. *in decis. for. eccles. decis. 130. n. 39. seqq.* & respublica, ecclesia ac pupilli pari in plerisque passu ambulant. HECT. CAPYC. LATRO *dec. nouiss. l. 2. decis. 765. num. 49.* Propterea cauendum omnibus a contractu cum ecclesia, tanquam re pestifera & perniciosissima, censet WILH. ANTON. a FREVDENBERG *de rescript. morator. conclus. 32. n. 14.* quoniam vix quispiam ita sibi prospicere potest, quo minus damnum incurrat. STRYK. *disput. de proband. verf. credit. c. 2. thes. 21.* Securius tamen & cautius agit creditor, si non cum solis contrahit administratoribus, sed magis cum illis, qui parochianos repræsentant, quales hic loci sunt die Acht-Männer: nam & iure canonico sufficiebat clerum consentire, STRYK. *de caut. contr. S. 2. c. 1. §. 13.* quod hodie in nostris ecclesiis magis applicamus ad parochianos, ex quibus constat ecclesia, die Gemeinde, non ex solo clero, vti pontificii existimant. Deinde *patronorum* quoque consensus adhibendus, & si res magni præiudicii, *consistorii* quoque decretum desuper expetendum. Vid. STRYK. *cit. l. & in dict. disp. 24.* Et ita illustris *Facultas iuridica* academiæ Fridericianæ M. Ian. 1698. respondit.

Auf eingewandte supplication und erfolgete Gesätze in Sachen des Klosters Ammelunxborn, Beklagten an einem, der Schmittingischen Erben Klägern andern Theils, erkennen ꝛc. ꝛc.

Daß es der eingewandten supplication ohnerachtet bey dem no. 86. befindlichen Urtheil zu lassen, jedoch mit dieser Erklärung, daß beklagtes Kloster mit denen Unkosten zu verschonen, demselben auch den regreß an das Amt Polla zu nehmen billig vorbehalten wird, V. R. W.

Rationes decidendi.

Es haben die Schmittingischen Erben wider das Kloster Ammelunxborn Klage erhoben wegen eines Anlehns von 2000. Thlr. Capital. Als nun beklagtes Kloster die producirte obligation recognosciret, ist dasselbe no. act. 86. zu Bezahlung solches Capitals nebst aufgelauffenen Landüblichen Zinsen, auch Erstattung der Unkosten, condemniret worden.

Ob nun wol wider solches Urthel das Kloster das remedium supplicationis ergriffen, und sich deshalb sehr beschweret befindet, in-

dem

dem zuvorhero Klägere ad probandam verſionem hätten angehalten werden ſollen, weil auch denen eccleſiis das beneficium

l. ciuitas 27. D. de reb. cred.

nach dem mehrern Theil der Rechts-Gelehrten zukommet;

MANTIC. *de tac. & ambig. conuent. l. 8. tit. 13. n. 9.*

KLOCK. *Vol. 3. c. 131. n. 88.*

Hiernächſt das Kloſter ſich erbothen, ſein habendes Recht an das Amt Polla und deſſen jetzigen Durchl. poſſeſſorem zu cediren, alſo Kläger ſolche ceſſion anzunehmen angehalten werden ſollen;

l. 3. §. 5. D. de in rem verſ.

Zumahlen da das Kloſter in ſolche Armuth gerathen, daß es anderer geſtalt nicht zahlen kan, in welchem Fall die creditores auch nomina loca ſolutionis anzunehmen gehalten,

Auth. hoc niſi C. de ſolut.

und endlich die Kläger von der obligation des Kloſters abgegangen, indem ſie die Zinſen von dem Amtmann genommen, und alſo denſelben pro debitore aſſigniret, folglich das Kloſter liberiret.

Dieweil aber dennoch zuvörderſt in der obligation ſelbſt ausdrücklich enthalten, daß der Abt, Prior und gantze Conuent ſolches capital aufgenommen, und in einer Summa zu ihren Händen empfangen, und ihrem gnädigen Fürſten und Herren um jährliche Verzinſung, und alſo zu des Kloſters gedeylicher Wohlfahrt, Nutz und Beſten gekehret und angewendet, und dahero die verſio zur Gnüge erhellet, indem das Amt Polla dadurch eingelöſet, und nicht nur darmit des Landes Beſten befodert, ſondern auch ſolche Anwendung des Capitals damals für nützlich und zuträglich gehalten worden; Hiernächſt aus denen Rechten bekant, daß das beneficium L. ciuitas nur ſtatt finde, wenn die adminiſtratores ciuitatis vel eccleſiæ das mutuum contrahiret, nicht aber ſi ciuitas ipſa, vel illi, qui eam repræſentant, mutuum contraxerint;

RICHTER *Deciſ. 71. n. 2. ſeqq.*

CARPZ. *P. 2. c. 6. D. 18. n. 10.*

HARTM. PISTOR. *l. 2. qu. 37. n. 50.*

und ſolches ad eccleſiam ebenfalls zu appliciren, da in dieſem caſu kein Zweifel, daß nicht ſolches mutuum von dem Kloſter ſelbſt aufgenommen, indem in der obligation ſelbſt deutlich genug enthalten, daß der Abt, Prior und gantze conuent ſolches capital aufgenommen, und da-

dahero keine probatio versionis denen Klägern aufzulegen: Ferner ein creditor nicht schuldig nomen pro pecunia anzunehmen,

l. 17. C. de solut.

auch nicht hindert, was oben ex

l. 3. §. 5. D. de in rem verso

angeführet, dieweil alda dem Domino nicht in genere vt debitori, frey gelassen wird, an statt der Zahlung dem creditori sein nomen zu cediren, sondern weil der creditor vorgegeben, es hätte der seruus, indem er das Geld einem andern geliehen, und also dem Domino eine obligation acquiriret, dadurch sein Bestes befodert, und deßhalb contra dominum actionem de in rem verso angestellet, so ist daher in *d. text.* der creditor angehalten, solches nomen anzunehmen, dieweil, wenn er sich solches wegerte, er nicht sagen könne, daß das Geld in rem seu vtilitatem domini verwandt worden, folglich solcher specialis casus legis hieher keinesweges zu appliciren, deßgleichen auch die angeführte authentic noch zur Zeit dem Kloster nicht zu statten kommen mag, indem vorhero noch viel von dem Kloster zu præstiren, bevor es sich solches beneficii bedienen kan;

secund. deducta a BRVNN. *ad d. Auth. hoc nisi no. 4.*

und endlich in termino solutionis sich schon äussern wird, ob das Kloster mit baarem Geld, oder andern mobilibus oder immobilibus bezahlen kan, und wie weit die cessio nominum loco solutionis anzunehmen sey, und was von Zahlung der Zinsen oben angeführet, deshalb keine delegation machet, indem Kläger gleich anfangs an den Amtmann zu Polla, wegen Hebung der Zinsen, von dem Hertzog Henrico Iulio gewiesen, und darbey weder auf Aufhebung der obligation gedacht, noch sonst hat gedacht werden können, auch Kläger leugnen, daß sie die Zinsen beständig aus dem Amt gehoben, zuletzt aber dennoch eines und das andere von dem Kloster vorgebracht worden, welches eine speciem hat, und dasselbe ab expensis retardati processus liberiret. So seynd wir dahero geschehener massen zu sprechen, anbey aber dem Kloster den regreß an das Amt Polla, weil es ihm verschrieben, und durch solche Einlösung des Landes Bestes befördert worden, zu reseruiren bewogen worden.

An & quatenus res ecclesiæ in feudum dari possint?

§. XXV. Nec minorem difficultatem habet illa quæstio, *an res ecclesiæ in feudum dari possint?* de qua conferri meretur CHRISTIN. *volum. 6. D. 6. n. 3. 7. & 8.* Nos distinguendum censemus cum

STRY-

STRYKIO *exam. iur. feud. c. 8. qu. 5.* inter res, parochis ad *sustentationem* destinatas, & ad patrimonium ecclesiæ spectantes. Illæ vti alienari, *l. f. 6.* ita in feudum dari nequeunt; hæ vero, exigente ecclesiæ vtilitate, in feudum dari omnino possunt, vt STRVV. *Syntag. iur. feud. c. 6. thes. 3. & 4.* deducit. Ceterum quæ distinctio alias in episcopo inuestiente obseruanda, vtrum scilicet sit res infeudari solita, nec ne, ad administratores applicari non potest: quin cum in quauis noui feudi concessione alienatio subsit, eadem quoque hic requiruntur, quæ ordinarie in alienatione, obseruanda; vid. *diss. de feud. eccl.*

An administrator possit aliquid ab ecclesia emere?

§. XXXVI. Minime vero licitum est præfectis ærarii ecclesiastici, ab ecclesia aliquid emere aut sibi comparare, quod speciatim interdictum est per *auth. quibuscunque C. de SS. eccles.* Par est ratio bonorum & rerum, pecunia ecclesiæ ab administratoribus acquisitarum, quia pecunia ecclesiastica in locum rei transit. NONIVS ACOSTA *de priuileg. credit. Reg. 1. ampliat. 8. n. 18.* BRVNNEM. *ad l. 8. C. de R. V. num. 5. seqq.* TRENTACINQ. *lib. 3. tit. de emtion. resol. 1. n. 7.* Quin imo in dubio ecclesiæ nomine emta præsumuntur, IO. BAPTIST. DE LARREA *Dec. 92. n. 11.* quæ præsumtio est iuris & de iure, BRVNNEM. *in I. eccl. lib. 2. c. 15. §. 1. n. 1.* Quamuis in ecclesiæ arbitrio positum esse existimem, vtrum velit pecuniam condicere, vid. ACOST. *loc. cit. num. 19.* an vero ipsam rem repetere? Posterius vtilius in concursu creditorum reputat FONTANELLA *de pact. nuptial. tit. 2. cl. 7. gl. 2. p. 8. n. 83.* ne alias in concursu creditorum inter reliquos creditores collocari debeat, cum si asserat sibi *dominium* rei, pecunia ecclesiæ emtæ, extra concursum constituta sit.

Administrator non prohibetur sibi aliquid acquirere pendente administratione.

§. XXXVII. Mira vero est sententia, quam ACOSTA *loc. cit. n. 20.* fouet putatque *per cap. 1. & 4. X. de pecul. clericor.* administratores, pendente administratione, nihil sibi acquirere posse, reputans, omnia bona, quæ acquirunt administratores, ecclesiæ acquisita censeri & hanc ipsam præsumtionem dicit esse *iuris & de iure*, vt non admittatur probatio in contrarium. Prouocat subinde ad *l. 5. C. de contrah. E. V.* vbi tamen non absolute tutoribus interdicta est acquisitio. Ne itaque conditionem administratorum nimis duram faciamus, hunc textum in *c. cit.* rectius interpretamur de præsumtione iuris simplici; vel asserimus, a prælatis ad nostros administratores male argumentum duci; vel denique, restringendum textum esse ad casum ibi propositum, si scilicet administrator, nihil in patrimonio habens, postea, vbi administratio re-

rum ecclesiasticarum ipsi permissa, emerit bona immobilia, quo casu merito præsumuntur, prædia ex pecunia ecclesiæ comparata esse. Idem obtinet de donationibus administratorum ecclesiæ parochialis: quantamcunque enim habeant administrationem liberam, libere tamen donare nequeunt, vti pluribus exponit PETRVS DE BELLAPERTICA in *repet. super l. vnic. de confess. n. 32.*

CAP. III.

De Rationibus ab administratoribus bonorum parochialium reddendis.

CAP. I.

Vnde rationum reddi-tionis necessitas?

QVum quilibet administrator rerum alienarum, seu negotiorum gestor, obnoxius sit ex ipsa *administratione* seu *gestione* reddendis rationibus, *l. 2. & 6. §. vlt. D. de negot. gest.* MEV. *Part. 2. D. 219. n. 2.* & commune hoc onus & debitum ad vnum omnibus administratoribus impositum sit, iure diuino pariter ac humano: nulla ratione aut prætextu ab hoc onere se liberare possunt ecclesiæ parochialis administratores, sed *quotannis* per sanctionem publicam imperialem & ordinationes ecclesiasticas speciales ad hoc ipsum adstringuntur; vid. *reformat. polit. de anno 1548. tit.* Von den Pupillen und Minderjährigen §. Und dieweil mit den Kirchen-Leuten, Gefällen und Gütern; *ordin. Saxon. eccles. in art. gener. 35. in pr. verborum*, die alles Einkommens und Ausgebens richtige Register halten, und dasselbe auch jährlich verrechnen. & §. Es sollen von denen Amtleuten, *add. ordinat. eccles. Magdeb. c. 23. §. 2.* Certe Saluator ipse hoc approbat *Luc. XVI. v. 1. 2.* & pontifex *in cap. Qualiter & quando 17. de accusat.* ac leges ciuiles idem ab administratoribus rerum alienarum exigunt; vid. *l. 1. §. 3. D. de tut. & ration. distrah.* Nam tunc demum bene rectèque aliquem in administratione versatum fuisse, constat, si peracta finitaque administratione per rationes fidelitatem suam in gerendo ostenderit, & reliqua simul soluerit, MVNNOZ DE ESCOBAR.

de

de rotiocin. administrat. c. 1. num. 6. MEV. *P. 8. D. 94.* TVSCH. *pract. concl. tom. 1. conclus. 203. num. 1.* CRESP. DE VALDAVRA *obs. 116. n. 52. in f.* aliique, quos magno numero hanc in rem citat STRYK. *de iur. princ. circa rat. ciuit. c. 1. n. 65.* Peculiaris tamen adhuc in præsenti materia subest ratio. Quoniam enim administratores bonorum parochialium tutoribus pupillorum, quoad iura ac conditiones præcipuas, supra æquiparari dixi: pari, imo maiori necessitate ad reddendas rationes obstricti sunt, qua tutores pupillorum tenentur; cum bona ecclesiastica *bona pauperum* censeantur vid. *l. 1. §. 3. D. de tutel. & ration. distrah.* CARPZ. *iurispr. eccles. l. 2. definit. 316. n. 6.* ALEX. SPERELL. *decis. iur. eccles. 130. n. 40.*

§. II. Euicta hac necessitate, antequam ad rationum redditionem ipsam me conferam, prius in peruersos locorum quorundam mores & nefandas meritoque tollendas consuetudines inquirere lubet, quibus indulgere solent patroni, Superintendentes, parochi, aliique lauti hospites, præsertim in pagis eo tempore, quo administratores rationes reddunt. Vt enim in piis & ad salutem ecclesiæ institutis eiusmodi congregationibus halariter, pene dixissem, athletice pancraticeque, viuere possint, exquisitæ epulæ & opiparæ dapes apparantur, vinum generosum & optima cereuisia comparatur, Scythicæ potationes instituuntur, & omnia conquiruntur, quæ ad demulcendos hominum gulæ deditorum animos quicquam conferre possunt. Detestandi sunt illi mores, & abominanda talia conuiuia, quibus ecclesiæ bona dilapidantur, eleemosynæ, ab ingenuis christianis ecclesiæ & pauperibus collatæ, dissipantur, & christiana religio nefandis inquinatur criminationibus. Quando in tales comessationes impensæ sunt faciendæ, tunc nemo est, qui conqueratur de ecclesiæ egestate: ast vbi de superfluo pauperibus succurrendum, ibi *non raro* ecclesia se fingit pauperem, vel friuolis huiusmodi impensis se ab hoc onere, vti mali administratores putant, excusat. Bene itaque monitum est in *ordin. Magdeb. c. XXIII. §. 3.* daß dabey kein Gesäuffe geduldet noch gestattet werde. Quia vero hæ generales admonitiones non sufficiunt, hinc rectius sumtus hi speciatim determinantur, quod factum est *in ord. eccl. renou. Guelpherb. P. 1. c. 20. §. 9.* daß nicht mehr als 4. oder höchstens 5. Thlr. in der Rechnung passiret werden sollen. In *Gothana ordin. eccl. lib. II. c. 29. §. 10.* hac de re ita cauetur: So verordnen wir, daß hinführo die Kirchen-Väter oder Kasten-Vorsteher auf dem Lande ihre Rechnungen zwar jährlich, aber doch zu Erspahrung

Taxantur comessationes circa rationum redditionem.

der Unkosten, dero Zeit, wann gemeine Rechnung gehalten und abgehöret wird, vor jedes Ortes Obrigkeit oder Patrone und dem Pfarrer ohnfehlbar thun sollen, dargegen denen Kirch-Vätern ein leidliches an Zehrungs-Kosten zu passiren ist. Proinde tales impensæ in comessationes factæ, non essent in rationibus admittendæ, vti in simili casu respondit Facult. iurid. acad. Frider. M. Sept. 1698.

Haben Se. Churfürstl. Durchl. zu Brandenb. unser gnädigster Herr Anno 1686. ein gewisses Reglement aufrichten lassen, darinnen denen Richtern und Administratoribus des gemeinen Wesens ein gewisser modus vorgeschrieben, auch ihre Besoldung und Gehalt determiniret, darbey aber unnöthige Ausgaben und conuiuia verbothen, welches vor kurtzer Zeit bey einer abermaligen Commission wiederholet, und darbey verordnet worden, daß im Fall sich in denen Rechnungen bey künftiger Abnahme finden würde, daß die Gerichte und andere solches Reglement überschritten, sie zu dessen Restitution angehalten werden solten. Hat sich hierauf ohnlängst bey angestellter iustification der Richter Rechnung befunden, daß so wol dieselben, als die Schöppen mehr Besoldung, als in der competentz enthalten, angemasset, auch Conuiuia angestellet, deren Ersetzung Ihr gesuchet, Sie aber dazu sich nicht verbunden erachten.

Ob nun wohl für die Gerichte zu seyn scheinet, daß der letztere Commissions-Recess auf die künftigen Rechnungen ziehle, und dahero ad præteritas rationes nicht zu ziehen sey, in Erwegung nicht einmal nouæ leges Principum ihren effectum in præteritum haben können.

Weil aber dennoch dieses Reglement bereits Anno 1686. seinen Anfang genommen, und daselbst dasjenige verboten ist, wowider jetzo pecciret worden, und die in dem letztern Commissions-Recess in casum contrauentionis iniungirte restitutio pro nouo puncto nicht zu achten, sondern bereits virtualiter in dem Reglement de anno 1686. enthalten gewesen, indem bekant, daß ein jeder, der sich etwas anmasset, so ihm verbothen worden, zu dessen Restitution gehalten ist, zumaln wenn die Sache administratores ciuitatum betrifft, welche so wenig aus den gemeinen Stadt-Gütern, als ein Vormund aus eines pupillen Vermögen etwas zu seinen Nutzen zu verwenden, oder zu verschwenden, berechtiget ist, immassen beyderseits tutores und administratores ad reparationem damni suo facto vel leui culpa dati verbunden seynd; Endlich auch der letztere Commissions-Recess nicht

von

von künftigen Rechnungen, sondern von künftiger Abnahme der bereits geführten Rechnung deutlich genug disponiret;

So seyd ihr dahero die Restitution alles dessen, was nach Anno 1686. von denen Richtern und Schöppen zu viel gehoben, oder auf verbotene Conuiuia gewendet, zu fordern wohl befugt, Ihr seyd auch damit allerdings zu hören. V. R. W.

§. III. Rationes toti ecclesiæ reddi vult *ordin. eccles. Saxon. d. art. 31. in pr.* quia eius bona sunt administrata, & ab ecclesia administratio eis concessa. M. A. de DOMINIS *de republ. eccles. lib. 9. c. 6. n. 21.* hoc ipso contendit, inspectores, parochos & parochianos a rationibus, præfectorum ærarii reddendis, excludendos non esse, multo minus a magistratu aut ecclesiæ patrono ab hoc actu illos arcendos, qui optimam bonorum & rerum ecclesiasticarum notitiam habent. SCHILTER. *instit. iur. can. lib. 2. tit. 6. §. 24.* Et hoc rationi iuris omnino congruit & ex intima vniuersitatum indole fluit. Qui bona *vniuersitatis* administrat, illi quoque rationes reddere; sicuti qui priuatorum bona administrat, principali illas reddere debet. HEESER *de ration redd. loc. III. n. 1.* Accedit, quod, vbi ærarium ecclesiasticum quoad sumtus & expensas in res & personas ad ecclesiam spectantes non sufficit, parochiani quandoque *in subsidium* teneantur. DON MICHAEL DE CORTIADA *decis. 180. n. 17.* PAVL. CHRISTIN. *vol. 2. decis. Belgic. 228. per tot.* Hoc intuitu in *ordin. consist. March. tit. 15. inf.* cautum est: es sollen die Vorsteher dem Rath und Pfarrern, in Beyseyn zweyer Personen aus den vier Wercken und Zweyen von der Gemeine, jährlich beständige Rechnung thun, welche Rechnung der Rath und der Pfarrer, auch einer von den Gewercken, oder Gemeine versiegeln, und bis auf unserer Visitationen Zukunft wohl verwahret hinterlegen sollen, damit ihnen gebührlicher Bescheid davon gegeben werden könne. Perinde enim videtur esse, vtrum omnes parochiani admittantur, an vero hi, qui parochianos repræsentant, quia sæpius ob ingentem parochianorum multitudinem omnes & singuli conuocari non possunt. In hac celeberrima ciuitate rationes redduntur in Gegenwart jeder Pfarr-Kirchen Pastoris und der Acht-Männer, vt disponitur in *Visitations*-Abschied von *Anno 1642.* im andern Haupt-Punct *art. 12.* Repræsentant enim illi Octo-viri singularum parochiarum parochianos, quod patet ex historia reformationis, quam exhibet THOMAS. *in histor. stultit. & sapient. P. 3. statim ab initio.*

Rationes reddendæ toti ecclesiæ.

§. IV.

Patronus non excludendus a rationibus reddendis.

§. IV. Ante omnia autem *patroni*, siue clericus sit siue laicus, *præsentia* requiritur, quia non solum conuenit illis rationem reddere, a quibus andministratio commissa, *l. 1. §. 3. D. de tut. & ration. distrahend.* ibi BARTOL. *l. 2. §. quod de frument. D. de administrat. rer. ad ciu. pertinent.* MEV. *P. 7. D. 177. n. 3.* verum etiam quia ere patroni, vt *domini directi* est, sarta tectaque manere bona ecclesiastica *c. nobis 25. X. de iur. patron. & can. filiis C. 16. q. 6.* conf. SITHMAN. *de I. episc. cap. 13. n. 17.* Præterea ei ad paupertatem redacto necessaria vitæ subsidia ab ecclesia suppeditanda sunt, *can. contra sanctorum 29. C. 16. qu. 2. c. nobis 25. in fin. X. de iur. patron.* ROCH. DE CVRTE *rubr. de vtilit. iur. patron. n. 1.* PAVL. *de* CITADIN. *p. 6. art. 4. n. 1. seqq.* SCHOENBERG. *de aduocat. armat. c. 20. n. 524.* quod fieri commode non posset, si ex administratione perfida ad inopiam vergeret ecclesia. CASPAR ZIEGLERVS *ad Lancell. lib. 1. tit. 28. §. 6. verb. licebit tamen.* Ceterum vbique patrono hoc ius non competit, quamuis tamen hoc casu ius *admonendi malos administratores* & *denunciandi* habeat, imo ex causis adductis vrgere queat, vt simul rationum redditioni intereſſe possit, vt, quæ forsan contra administratores monenda sunt, tempestiue adducere queat; *concil. Tolet. IX. c. 1.* SCHILTER. *instit. I. can. lib. 2. tit. 6. 24.*

Superintendentis præsentia simul requiritur.

§. V. Regulariter tamen ecclesiæ patroni a rationibus, ab arrarii ecclesiastici præfectis reddendis, *superintendentes* excludere nequeunt: ficuti enim rationes ecclesiasticorum redituum non *vnice ad* ius patronatus, sed apud pontificios *ad ius episcopi* pertinent: ita principes protestantes ex *suprema inspectione*, quam in ecclesiam eorumque bona exercent, concurrere possunt ad hunc actum, siue vices suas delegauerint deputatis quibusdam, siue, quod vt plurimum fieri soleuit, superintendentes huic inspectioni præfecerint, qui *nomine principis* inuigilare debent, ne bona ecclesiastica ab administratoribus dissipentur, atque hæc ratio sine dubio magis sobria est, quam quæ ex institutis *iuris episcopalis pontificii*, quod principibus nostris imprudenter tribuunt, peti solet, Referunt scilicet cum pontificiis 10. GERHARD. *de minist. eccles. §. 114.* SIGISM. FINCKELTH. *de iure patron. c. 2. n. 45.* prouisionem, vt ab œconomis aliisque rerum ecclesiasticarum administratoribus rationes debito modo reddantur, *ad ius diœcesanum*, & sic in terris pontificiorum episcopo hoc ius tribuitur, quemadmodum etiam prouisum in *concil. Trident. sess. 22. de reformat. c. 9.* conf. LINCK. *de iure episcop. c. 10. n. 19.* adeo vt etiam laicis administrator causæ piæ teneatur computum & rationes reddere coram iudi-

ce

ce eccleſiaſtico, qui ordinarie eſt epiſcopus, & ſoluere reliquum, omni appellatione remota. Vid. DON MICHAEL *de* CORTIADA *deciſ. 164. n. 13.* SPERELL. *deciſ. 98. n. 4.* vbi illud extendit, vt etiam eo nomine poſſit coram iudice eccleſiaſtico conueniri; conf. CORTIADA *deciſ. 165.* Aſt ſub hac qualitate principibus proteſtantibus concurſus ad rationes reddendas adſcribi nequit, quamuis veterani ICti id plerumque facere ſoleant, iuris pontificii principiis adeo immerſi, vt ſe ab his liberare nequeant. Conſultius meo iudicio eſt, vt rationes reddantur in ipſis viſitationibus, quibus ſuperintendentes, paſtores, patroni, aliquando etiam præfecti interſunt, quod cautum in *ordin. eccleſ. Cellenſi CXIII. in f.* vbi additur: Daß die Kirchen-Juraten alle Jahr die Rechnung ſchlieſſen, wenn ſie geſchloſſen, den Paſtoren jedes Orts vorzeigen, und in einen bequemen Kaſten legen, und bey den ſpecial- oder general-Viſitationen gebührlich ablegen, wenn ſie richtig befunden werden, ſich von den Superintendenten quittiren laſſen.

§. VI. Præterea nec parochi ab hac rationum exactione excludi poſſunt, vtpote quibus etiam inſpectio plerisque in locis ſuper bonis ac reditibus eccleſiæ competit: confer. *ordinat. eccleſ. Saxon. d. art. 35. & decretum ſynod. de anno 1624.* §. Und weil die Kirchen- und Hoſpital-Güter, quamuis hoc ipſum ad parochos & curatores paganos in *ordinat. eccleſ. Magdeb. c. 23. §. 2.* reſtringatur, alibi vero ad parochos & curatores oppidanos extendatur. Sic expreſſe ſtatuit de hac & aliis ſupra memoratis adſertionibus *ordinat. eccleſ. Magdeb. loc. cit.* verbis: Es ſollen die Vorſteher und Kirch-Väter über Einnahme und Ausgabe, doch auf den Dörfern, da die Leute ſelten ſchreiben können, mittelſt der Pfarrer Hülfe, richtige Rechnung halten, und jährlich auf einem gewiſſen dazu beſtimten Tag in Gegenwart des Erb und Gerichts-Herrn, Patroni, oder auch des Raths und gewiſſer Perſonen aus der Gemeine, ingleichen des Pfarrers jedes Orts die Rechnung ohne alle Unkoſten (quo ipſo *commeſſationes* diſertis verbis prohibentur) ablegen und iuſtificiren. Caueant autem ſibi patroni, ſuperintendentes, parochi aliique, quibus rationes reddendæ ſunt, ne κώφα πρόσωπα in hoc actu agant, ſed accurata dexteritate & ſolertia inuentarium, libros rationum, expenſas impenſasue continentes, ipſasque rationes inſpiciant, defectus varios examinent, errores calculi notent, & ea omnia peragant, quæ ad eccleſiæ & reipublicæ vtilitatem vergunt. conf. CRESP. *de* VALDAVRA *obſ. 116. n. 62. & 47.*

Parochi] quoque rationibus reddendis intereſſe debent.

Sed ad eas reddendas non tenentur.

§. VII. Exinde tamen minime inferri potest, ipsos parochos adstringi posse ad rationes reddendas, si forsan administratores sint ἀνάλφαβητοι, cum administratio ipsis non sit primario commissa, sed tantum quædam inspectio; id quod clarius patet ex seq. respons. *Ill. Facultatis Iuridicæ* Academiæ Fridericianæ, an. 1696. M. Nou. concepto hisce formalibus: Will ihm aufgebürdet werden, daß er die Kirchen-Rechnungen von denen ihm anvertraueten Kirchen zu Siersleben, Auchsdorf und Hübim machen und calculiren solle, dawider er sich opponiret, und also, ob er darzu von Rechtwegen verbunden sey, belehret seyn will. Ob nun wol einem Prediger mit oblieget, dahin zu sehen, daß mit denen Kirchen-Geldern wohl hausgehalten, und nichts davon unnützlich ausgegeben werde, CARPZ. *iurispr. eccles. lib. 2. def. 313. n. 2.* hiernächst so wohl bey der Kirchen-Visitation Anno 1678. als auch in der Magdeb. Kirchen-Ordnung, wenn die Vorsteher nicht schreiben können, die Rechnung durch des Pastoris Hülfe gemachet werden solle, verordnet. Dieweil aber dennoch die Administration der Kirchen-Gelder eigentlich den Kirchen-Vorstehern oblieget, und diese dahero zu Ablegung ordentlicher Rechnung verbunden, wie solches weitläuftig ausführet CARPZ. *iurispr. eccl. lib. 2. def. 314.* sie auch davon nicht befreyen kan, daß sie Schreibens und Rechnens unerfahren, denn sie solches durch andere thun lassen müssen, wie denn ihres Ortes der Schulmeister darzu gebrauchet worden; die Visitation- und Kirchen-Ordnung auch einen Prediger darzu nicht absolute verbindet, sondern nur einem Prediger die Freyheit lässet, die Verfertigung der Rechnung über sich zu nehmen, dadurch aber seine legitimæ Exceptiones nicht aufgehoben sind, wann er dadurch in seinen ihm obliegenden Amts-Geschäften gehindert wird; zumaln bereits bey der Apostel Zeit die cura reditvum ecclesiasticorum denen Lehrern und am Wort dienenden abgenommen, der Kirche auch dadurch kein Schade zuwächst, denn wenn gleich vor dem ein Schulmeister bey Führung der Kirchen-Rechnung sich nicht aufrichtig erwiesen, dieses bey denen folgenden Schulmeistern keine præsumtionem similis malitiæ machet, allenfalls auch dergleichen Betrügerey durch fleißige Aufsicht der Kirchen-Vorsteher wohl verhütet werden kan; So erscheinet daher allenthalben so viel, daß der Herr wider Willen zu Haltung der Kirchen-Rechnung nicht gezwungen werden könne. V. R. W.

§. VIII.

§. VIII. Sicuti vero certi iuris est, quoslibet aliarum rerum administratores, siue *necessarii* sint siue *voluntarii*, siue a parte, lege, aut iudice constituti fuerint, illis, quorum interest, rationes reddere obstrictos esse, MVNNOZ *de* ESCOBAR. *c. 3. n. 32.* & si rationem veram & rectam non reddant, vti falsos a lege puniri, *l. 1. §. 4. D. de falsis*; imo perpetua sæpius infamia notari, *l. 1. D. de his qui not. infam.* & remoueri, BERGER *de fideic. art. 40. n. 15.* GVTIERREZ *de tutel. p. 3. n. 3.* etiamsi cautionem offerant: MICHAEL *de* CORTIADA *decis. Cathol. 84. n. 1. & 2.* ita quoque ærarii præfecti, quibus administratio bonorum parochialium incumbit, ad rationes reddendas obligantur, pertinetque hæc cognitio ad *iudicem ecclesiasticum.* IDEM *cit. l. n. 9.* Quæcunque enim circa tutores dispositа & decisa sunt vtplurimum locum habent in curatore, decurionibus reipublicæ, Hospitalariis, prælatis, magistris fabricæ, prouisoribus siue administratoribus bonorum pauperum & aliis piorum locorum curatoribus, vt late probauit BARTOL. SOCINVS *Consil. 66. n. 2. volum. 3.* Et sic olim prouisum fuit in *synodo Antiochena c. 25.* vt episcopi, quibus administratio rerum ecclesiasticarum concessa erat, redderent rationes synodo prouinciæ, ac velut quodam repetundarum iudicio tenerentur; vid. CHRISTOPH. IVSTELLVS *ad Cod. can. eccl. vniuers. §. 188.*

A quibus rationes exigendæ?

§. IX. Illis itaque conuenit rationes reddere, a quibus administratio peracta fuit, nec facile hoc onus ad alios transit, nisi forsan ad heredes. Quamuis enim ad hos administratio rerum ecclesiasticarum non transeat, nisi pariter idonei sint, vt negotia a defuncto inchoata ad finem perducere queant, *l. 1. & 4. D. de fideiuss. & hered. tut. l. 40. D. pro soc.* quo casu quoque ad rationes reddendas tenentur ex propria administratione: attamen cum heredes suscipiant obligationes defuncti, administratorum bonorum ecclesiasticorum heredes quoque rationem reddere tenentur, non tantum de gestis a defuncto, sed etiam de neglectis, per *l. heredes eorum. vlt. C. de hered. tutor.* conf. HAHN. *ad Wes. tit. de tut. & rat distr. n. 4.* quamuis rationes non eadem exactitudine ab heredibus exigi possint; *arg. l. 1. C. eod. l. 2. C. de magistr. conuen.* Nam graue est, ex alterius administratione rationes reddere, & de factis alienis & incognitis respondere, ex quo forsan est, quod leges heredes administratoris vlterius obligare noluerint, quam ad *dolum & latam culpam* defuncti præstandam, *arg. l. 1. §. officio. D. de tut. & rat. distr. l. 4. D. de magistr. can. l. 2. C. eod.* CRAVETTA *cons. 218.* CEPHAL *IV. cons. 466. n. 1. sqq.* Quod si vero socios functionis habeant: illi potius quam *heredes* tenentur, ob maiorem huius muneris notitiam & cognitionem. BESOLD. *P. 5. cons. 208. n. 19.*

An heredes administratoris teneantur ad rationes reddendas?

Quatenus fideiussores teneantur?

§. X. Fideiussores autem administratoris non tenentur ad rationem reddendam, nec contra illos tali actione agi potest, nisi excusso & condemnato prius principali, & summa liquidata cum eo, etiamsi renunciauerint beneficio excussionis; *l. 1. C. de conuen. fisc. debit.* Fideiussor enim se obligans pro administratore, eatenus tantum se obligat, quatenus redditis rationibus apparet, administratorem esse debitorem AYMON. CRAVETTA *cons.* 275. *n.* 13. Iam autem administratur ante redditas rationes non potest dici debitor, licet confessus fuerit, ad manus suas aliquid peruenisse. Non enim sequitur: tale quid peruenit ad manus administratoris: ergo condemnari debet ad id restituendum, sed est expectandus exitus redditæ rationis. ANDREOLI *controu.* 187. *n.* 6. BORGNINVS CAVALC. *de tutor. n.* 214. Hinc semper opponere potest fideiussor hanc exceptionem, quamuis se obligauerit tanquam *debitor principalis* & *in solidum*, cum constet ex *qualitate negotii*, illud *principaliter* ad administratores pertinere, adeoque non potest fideiussor aliter considerari, nisi tanquam fideiussor, quia non potuit se immiscere administrationi, ad se non pertinenti, IO. FRANC. ANDREOLI *controu.* 3. *n.* 4. 8. & 9. Operatur vero hæc clausula, dum se obligavit tanquam *principalem*, quod redditis rationibus, & facta condemnatione administratoris, statim possit agi contra fideiussorem *executiue*. *Auth. præsente C. de fideiuss.* An vero fideiussor administratoris liberetur, si computatio non fuerit facta cum administratore viuente, exinde dubium habet, quia ita non constat, quid & quantum debeatur. Verum cum fideiussores administratorum ordinarie de tribus caueant: 1) administratorem bene & fideliter administraturum, 2) rationes redditurum, 3) reliqua soluturum; hinc etiam euidens est, fideiussorem sollicitum esse debere, vt rationes reddantur. Nam pro facto alieno intercedere potuit: quod factum si debitor non impleat, tenetur tamen fideiussor ad interesse: vid. ARNOLDI *controu.* 64. *n.* 7. *seqq.* Sin autem negligens ecclesia fuerit in exigendo debito ab administratore, qui postea soluendo non est, fideiussores liberantur. ANDREOL. *controu.* 213. Quod si denique plures administratores rationes reddere debeant, cauendum, ne ratiocinum redditio separetur, sed vno & coniuncto actu expediatur, quia rationum redditio actus indiuiduus est. MEV. *p.* 6. *D.* 130.

An fideiussor liberetur, si computatio non facta?

Quomodo rationes sint reddendæ.

§. XI. Difficile admodum esse, rationes ex omni parte perfectas reddere, res ipsa loquitur. ANCHORAN. *consil.* 331. SOCINVS Senior *l.* 2. *consil.* 159. GRYPHIAND. *in œcon. leg. l.* 2. *c.* 3. *n.* 128. ad quam difficul-

cultatem tollendam supra *c. 2. §. 2.* administratoribus bonorum parochialium iniunctam esse diximus *confectionem inuentarii*, tanquam legitimæ administrationis fundamentum, & caput rationum, vna cum diligenti consignatione singulorum acceptorum, & expensorum, vt in propatulo sit, quid, vnde & ex qua causa accepta sint? *l. Apparitores. 5. C. de exact. trib. l. 1. §. 2. D. de tutel. & ration. distrahend.* cui, quid, quantum & quare sit expensum? FRIDERVS MINDANVS *de mandat. c. 49. n. 15.* NICOL. *de* PASSER. *de priuat. script. l. 4. tit. de lib. admin. n. 3.* Cautus itaque sit administrator, vt omnia annotet sigillatim de die in diem, tam respectu eius, quod recepit, quam illius, quod expendit, vel si soluerit aliquid, adnotet causam, ex qua soluerit vel receperit, quia rationes etiam causam habere debent, ex qua acceptum datumue sit. MENOCH. *de A. I. Q. l. 2. cas. 209. n. 14.* Recte proinde idem MENOCHIVS dicit, quod ille, qui aliena negotia tractauit, præstare debeat rationes legendas in suis codicibus, non autem *in folle* exhibere, quod genus loquendi ab illis fumtum est, qui pecunias in marsupio ostentant, nec qualis quantaue sit, ostendunt, quemadmodum eleganter explicat ALCIAT. *l. 4. de V. S. n. 4.* Quod si liber *in folle* & *sine distinctione* & *expressione* causæ dati & accepti scriptus sit, concurrente *dolo*, vel saltim *lata culpa*, aduersus talem administratorem *iuramento in litem* locus est. MVNNOZ *de* ESCOBAR. *de ration. administr. c. 10. n. 49. seqq.* Conuenit enim rationes distinctim & particulatim, aperte & explicate, *l. qui sub conditione 3. D. de condit. & demonstrat.* & non in folle, *l. si seruus 82. D. eodem*, seu, vt dicitur, in sacco, *l. 3. §. si plus 6. D. de stat. liber.* & *sub inuolucro* reddere, MOLIN. *in consuet. Parisiens. §. 6. gl. 6. n. 16.* & consequenter accepta & expensa, sigillatim ac in specie describere, & iuxta se ponere, *l. 2. §. 2. D. administr. rer. ad ciuitat. pertinent.* quoniam intricata ratio nulla est ratio. ESCOB. *cit. loc. c. 10. n. 44.* Cum itaque rationes in folle redditæ pro non redditis habeantur, denuo sine dubio reddendæ sunt, adeo vt etiam heredes pro rationibus in folle redditis teneantur. IAC. SCHVLTES *in addit. ad Mod. Pistor. P. 3. qu. 126. n. 32.* MVNNOZ *ab* ESCOBAR *intr. de ration. c. 3. n. 31.*

Rationes non sunt in folle reddendæ.

§. XII. Eum autem in finem administratores bonorum parochialium rationes reddunt, vt ea, quæ superfunt, ecclesiæ restituant, quia rationis redditio fit & ordinatur primario ad reliquorum restitutionem. NATTA *l. 2. consil. 114. n. 8.* TIBER. DECIAN. *Vol. 4. resp. 84. n. 21.* GVTIERREZ. *de tutel. p. 3. c. 1. n. 76.* CARPZ. *lib. 1. tit. 8. resp. 85. n. 6.* Ad hoc autem

Quomodo rationes examinandæ?

autem adstringi non possent administratores, nisi rationes *exacte* reddendæ essent. Hinc illi, in quorum præsentia rationum redditio fit, *exacte* examinare illas debent, non vero partes sequi BERTAZOLI *cons. crim. 91.* asserentis *scrupulosam* rationis redditionem non esse exigendam ab administratoribus publicis: id enim & iuri communi & rationi contrariatur, quin potius rectius sine dubio in *ordin. Magdeb. eccl. c. 23. §. 2.* dicitur: welche dieselbe mit allem Fleiß erwegen sollen. Idcirco (1) ad inuentarium recurrendum est, vt appareat, quid, quantum, quale existat, de quo rationum redditio fieri debet? MEV. *p. 6. decis. 84.* (2) *libri* rationum probe examinandi, vtpote qui data & accepta in se continent. STRYK. *de iure princip. circa ration. c. 4. n. 23.* ibique citati Dd. Hinc volumina, cautiones, instrumenta exhibenda sunt, ni administratores se velint suspectos reddere, *arg. l. 7. D. de admin. tut. ibique Gloss.* CLEMENS MERL. *decis. 473. n. 11.* conf. *l. 8. §. 5. D. de liber. legat.* SICHARD. *ad rubr. C. in quib. caus. pign n. vlt.* E contrario si petens rationum redditionem libros teneat, non prius recte agit, nisi exhibitis reo libris ex quibus rationes sunt reddendæ. IO. FRANC. ANDREOL. *contr. 318. n. 19. seqq.* (3) Exhibita porro *exacta solertia*, tanquam virgula mercuriali, inuestiganda sunt, & rationes oblatæ legendæ, percontandæ & dispungendæ sunt, ne negligentiam, culpam, perfidiam, fraudes & imposturas, durante administratione admissas, tegant ærarii ecclesiastici præfecti. Quod si documentis & quitantiis, per quæ tamen debita liquida fiunt, omnia satis probari nequeant, aliquando liber rationum, si quidem vero similia continet, iuramento producentis firmari potest. NICOL. *de* PASSERIBVS *lib. 4. de script. priu. qu. 1. n. 56. seqq.* MASCARD. *de probat. concl. 975. n. 82.*

Ecclesiæ competit tacita hypotheca in bonis administratoris.

§. XIII. Quod si vero excussis rationibus apparet, administratores debitores ecclesiæ esse, habebit ecclesia eo nomine *tacitam hypothecam* in omnibus bonis administratorum a tempore, quo fuit suscepta administratio, HIER. ROCCA *disp. iur. select. c. 50. n. 91.* & iure prælationis gaudebit in concursu creditorum. IO. FRANCISC. ANDREOLI *controu. 353. n. 9.* MANTICA *de tac. & ambig. conuent. lib. 9. tit. 16.* NONIVS ACOSTA *de priuil. credit. Reg. 3. amp. 23. n. 63.* Aequiparantur videlicet ecclesiæ pupillis & minoribus, adeoque hic non tam fit extensio *doctrinalis*, quin potius lex per *generalem æquiparationem* priuilegium tacitæ hypothecæ ad ecclesias extendere voluisse præsumitur, cum administratores instar *curatorum* sint, per *clem. 2. de relig. dom.* conf. BAPTIST. ASINIVS *de execut. §. 7. c. 25. n. 5.* STRYK. *ad Brunn. ius eccl. lib. 2. c. 15.*

15. §. 37. HIER. ROCCA *disp. iur. select. c. 5. n. 23. sqq. n. 35. sqq.* MEV. *p. 2. def. 295.* MVNOZ *de* ESCOBAR *de ratioc. minist. c. 39. n. 13.* MART. *proceſſ. iur. Sax. tit. 45. §. 4. n. 5.* Certior adhuc & latior eſt prouiſio iuris Saxonici, quod maiori fauore eccleſias, ſcholas & hoſpitalia digna iudicauit, iisque ius *tacitæ hypothecæ* in bonis *cuiuscunque debitoris* expreſſe aſſignauit, adeo, vt etiam tacita hypotheca ad bona feudalia adminiſtratorum extenſa fuerit; vid. *proceſſ. Saxon. tit. 45. §. 14.* Vnde etiam *actio realis* contra adminiſtratores in *foro rei ſitæ* moueri poteſt, vti pronunciauit *ill. Facultas iuridica* academiæ Fridericianæ M. Ian. an. 1696.

Auf eingewandte appellation, derſelben iuſtification und erfolgete Geſätze, in Sachen der Anwälde, Canonici Peter Sommels, und Dechant Sparns Erben, Bekl. und Appellanten an einem, Lorentz Dreyers, Vicarii St. Barbaræ, Klägern und Appellanten andern Theils erkennen Churfürſtl. Brandenb. zu Cleve- und Märckiſcher Lande Regierung und Iuſtitz-verordnete, und in ſpecie zu dieſer Sache deputirte Räthe auf ꝛc. ꝛc.

Daß die appellation in ihren formalien beſtändig und zu gebührender Rechtfertigung anhero erwachſen; So viel aber die materialien betrifft, iſt aus den acten ſo viel zu befinden, daß Dechant Sparns Erben betreffend, in erſter inſtantz wohl geſprochen, und übel appelliret; Was aber den Canonicum Peter Sommeln belanget, iſt übel geſprochen und wohl appelliret, derowegen derſelbe von angeſtellter Klage zu abſoluiren. V. R. W.

Rationes decidendi.

Obwol bekl. Dechant Sparns Erben unterſchiedliche grauamina anführen, hauptſächlich aber, daß ſie als Seculares nicht vor dem Thum-Capitul zu ſtehen ſchuldig, zumaln auch daſſelbe, als in propria cauſa, vor ſuſpect zu halten.

Weil aber dennoch Dechant Sparn, als adminiſtrator der Stifts Güther, Rechenſchaft abzulegen verbunden, und deßwegen ſeine Güther tacito hypothecæ nexu obligiret geweſen, weßhalb bey ereigender pericul das Stift an deſſen Güther ſich zu erholen, und dieſelbe mit arreſt zu belegen wohl berechtiget, die Bekl. daher nicht ratione perſonæ, ſed rei belanget worden; da ein iedweder in foro rei ſitæ zu antworten ſchuldig, zumahl denen Beklagten durch die vorige Urthel nichts benommen, ſondern nur daß ſie ſich einlaſſen, und auf die

Klage

Klage antworten ſollen, zuerkannt, da ſie ihre exceptiones annoch hauptſächlich vorbringen können, auch das Thum-Capitul pro iudice ſuſpecto nicht wohl zu halten, da dieſelbe vi officii des Stifts Beſtes zu beobachten verbunden, auch die ſententia mehrentheils von auswärtigen unpartheyiſchen Rechtsgelehrten abgefaſſet wird:

So iſt beſchehener maſſen das vorige Urthel confirmiret worden.

So viel aber Canonicum Peter Sommeln betrifft, weil aus denen actis nicht erhellet, daß er des verſtorbenen Dechant Sparns Erbe worden, zum wenigſten ihm ſolches nicht erwieſen: hiernächſt aber ex facto defuncti keiner belanget werden mag, niſi ſit heres, auch dem Stift kein weiter Recht, als nur hypotheca tacita in bonis adminiſtratoris zuſtehet, daher die Peter Sommeln zukommende intraden mit arreſt nicht beleget werden können:

So hat man aus dieſen Urſachen denſelben von der angeſtellten Klage abſoluiret.

Cautus ſit adminiſtrator in rationibus recte reddendis.

§. XIV. Ceterum cum illi demum ab iteranda rationum redditione liberi ſint, qui rite & ſecundum iura præſcripta rationes reddiderunt: ita rationibus non rite redditis, adminiſtratores, non obſtante liberatione facta, adhuc tenentur, quia paria ſunt, rationes non rite reddere, vel plane non reddidiſſe, *arg. l. quoties 6. D. qui ſatisdare coguntur; l. 1. C. de error. calcul.* IAS. *conſil. 219. n. 2. l. 2. & conſ. 24. num. 3.* MEV. *P. 8. deciſ. 21.* quamuis actor probare debeat, rationes non eſſe legitime redditas; MEVIVS *cit. l.* Sed rationibus ſemel redditis, accurate calculatis, & legitime diſpunctis, adminiſtratores plenam conſequi libertatem, nec amplius inquietandos eſſe, iura ſanciunt pariterque doctores ſtabiliunt, vid. STRYK. *de rat. redd. ciu. c. 6. n. 1. ſeqq.* quod æquiſſimum eſt, ne adminiſtratores incertitudine liberationis defatigentur. MENOCH. *de A. iud. qu. caſ. 209. n. 39.* KLOCK. *V. 3. conſ. 16. n. 12.* Quatenus autem rationes ſemel excuſſæ & examinatæ rurſus ſub examen vocari, adeoque defectus noui adhuc allegari queant, plena manu explicat HEESER *de ration. redd. loc. XV*: quæ cum ad generalem doctrinam de *rationibus* reddendis pertineant, adeoque æque ad adminiſtratores quoscunque poſſint applicari: hic reguſtanda non ſunt.

§. XV.

§. XV. Quod vero adminiſtratores eccleſiæ more tutorum iuxta *Ref. polit. de anno 1577. tit. 32.* quotannis rationes reddere teneantur, notum eſt, nec huic rei prolixius immorandum. Plerosque enim adminiſtratores hodie ad anniuerſarias rationes adſtringi, exiſtimat MEV. *ad ius Lubec. P. 2. tit. 3. art. 2. num. 21.* quanto magis ergo etiam ærarii ſacri præfecti illas *quotannis* reddere debent; maxime iis in locis, vbi in viſitationibus annuis illæ ſunt reddendæ. Vbi annuæ viſitationes non inſtituuntur, ſolet iniungi adminiſtratoribus, vt quotannis eas conficiant, paſtoribus oſtendant, & in arca eccleſiaſtica ad futuram viſitationem deponant, prout in ducatu Cellenſi moris & iuris eſt. Conf. *ordin. eccl. Magdeb. c. 23. §. 2.* CARPZOV. in *iurisprud. eccleſ. lib. 2. tit. 20. def. 316.* Rationes quotannis ſunt reddendæ.

§. XVI. Ceterum quas impenſas adminiſtrator in rationes referre poſſit, facile ex generali *impenſarum* doctrina liquet, quam hic explicare nolo. Paucis: dubium non eſt, quin impenſas *neceſſarias* & *vtiles* in rationes referre poſſit, voluptuarias autem & minus vtiles deducere nequeat. MEV. *Part. 6. Deciſ. 187.* Quicquid enim ſuperuacuum & minus vtile exiſtit, tam alienum eſt a rationibus, quam ab offiicio boni patrisfamilias; nec ſumtuum, nulla re vrgente factorum, eſt repetitio; *l. 2. §. penult. D. ſi quis caut. l. ex. duob. 27. pr. D. negot. geſt. add.* MEV. *P. 6. D. 187. n. 7.* Quæ impenſæ in rationes referendæ.

§. XVII. *Locum* reddendarum rationum regulariter vnum eundemque cum loco *geſtæ adminiſtrationis* eſſe debere, recte cenſuerunt iura ciuilia *in l. 1. & 2. C. vbi de ratic.* quoniam in loco adminiſtrationis faciliori modo vel per teſtes, vel per documenta veritas rationum in comperto haberi poteſt. HECT. FELICIAN. *de ſociet c. 38. n. 1.* CHRISTIN. *vol. 3. D. 162. n. 1.* Rationem hanc reddit WESENBEC. *ad tit. C. vbi de ratiocin.* quia naturam actionum realium imitari videntur, cum ratiocinia plerumque fiant de rebus, in loco geſtionis ſitis, vbi probationes & inſtrumenta rationum melius inueniri poſſunt; *l. 2. C. vbi de ratioc.* ZANGER. *de except. P. 2. c. 1. n. 189.* Proinde etiam tutores & curatores in loco geſtæ tutelæ vel curæ rationes reddere, & de iisdem ibi conueniri poſſunt, licet alibi ſua habeant domicilia. Vid. *l. 1. 2. C. vbi de ratioc.* MARTIN. *ad proceſſ. Saxon. tit. 11. §. 2. n. 154. ſeqq.* Cum itaque in loco *geſtæ adminiſtrationis* melior ſit cognitio rationum reddendarum; nullum eſt dubium, quin rationum redditio de bonis eccleſiaſticis adminiſtratis in ipſa *parochia*, ad quam ſpectant, fieri debeat. Vbi rationes reddendæ?

§. XVIII. Possunt autem exigi rationes ab administratoribus, nulla obstante præscriptione, nisi 40. annorum, quemadmodum respondit illustris *Facultas Iuridica M. Ian. an. 1696.*

Als dieselbe uns acta priuata, in Sachen derer Anwalden des Klosters Marienberge, Widerklägern an einem, Heinrich Lüders Erben Widerbeklagten andern Theils, nebst einer facti specie und einem responso von der löblichen Iuristen-Facultät zu Helmstädt, zugeschicket, und sich über 3. unterschiedene Fragen, so bey der facti specie befindlich, des Rechten zu belehren gebethen, demnach erachten ꝛc.

Ob wol in denen Rechten klar versehen, quod quemadmodum omnes actiones personales 30. annis præscribuntur, ita etiam rationum redditio tanto tempore præscribatur,

arg. l. super annali 1. §. ad hæc C. de annal. except.
CASTEEL. *tract. de ratione part. 4. decis. Genuens. 25. n. 4.*

und um diejenigen Rechnungen, deren iustification das Kloster annoch prætendiret, schon anno 1638. geschlossen, und von der Zeit an innerhalb 30. Jahren nicht gefordert, sondern also præscribiret zu seyn scheinen, in mehrer Erwegung nachmahls anno 1680. die von den Lüderschen Erben producirte documenta, dadurch sie beweisen wollen, daß die rationes schon iustificiret, in contumaciam pro recognitis gehalten, dawider das Closter binnen 20. Jahren ihre exceptiones einbringen sollen;

l. 13. §. 1. D. de diuers. & tempor. præscript.
MEV. *P. 1. Dec. 79.*

Hiernächst auch die Lüderschen Erben, daß der verstorbene administrator in seinem Calender anno 1638 den 4. Iulii deutlich angezeichnet, daß er damals von Braunschweig wiederkommen, und seine Rechnung von anno 1622. bis 1632. abgeleget, zum Beweis der allbereit geschehenen iustification vor sich anführen, zumaln gedachter Heinrich Lüders in demselben Calender sein Geschäffte, des Klosters halber richtig annotiret, auch, daß sich solches in der That also verhalte, noch wahrscheinlicher wird, indem auch am 9. Iul. anno 1638. derselbe zu Ablegung seiner Rechnungen von denen Commissariis auf den

Iulii

Iulii eiusdem anni citiret worden: vbi autem priuatus liber continet verosimilia, ipsi credendum est;

FLAM. *de* RVBEIS *vol. 1. conf. 32. n. 66.*

und daher die Lüderschen Erben, daß sie nicht allein mit ihrer exceptione præscriptionis gegründet, sondern auch, daß die geforderte Rechnungen allbereit iustificiret, zur Gnüge dargethan zu haben scheinet.

Weil aber dennoch, so viel den punctum præscriptionis betrifft, allhier von denen Rechnungen, so dem Kloster Marienberge abgeleget werden sollen, die Frage, da bekant, quod contra ecclesiam non currat præscriptio minor quam 40. annorum,

Auth quas actiones C. de SS eccles.

und noch übrigens die ecclesia tacitam hypothecam in bonis administratoris hat,

FR. MVNNOZ *ab* ESCOBAR. *tr. de rat. administr. c. 39. n. 13.*

cui pariter non præscribitur nisi 40. annis,

l. 7. C. de præscript. 30. ann.

dieselbe Verjährung auch allhier von anno 1638. nicht angerechnet werden mag, sondern nur ab anno 1654. cum nulla præscriptio currat tempore belli,

per *R. I. de ann. 1654. §.* so viel nun die *Capitalia 172.*

und von der Zeit an bis ad ann. 1674. da am 28. Septembr. das erste Urthel publiciret, und darinnen dem Kloster die reconuention vorbehalten worden, kaum 20. Jahr ausmachen, weiter aber die præscription nicht geschehen können, weil per illam sententiam, da das Kloster mit seiner prætension zur reconuention verwiesen, ihm unterdessen ius agendi benommen, sed non valenti agere non currit præscriptio,

l. 1. pr. C. de annal. except.

darwider auch nicht hindert, daß das Kloster, nachdem anno 1680. ihre documenta pro recognitis in contumaciam gehalten worden, binnen 10. Jahren seine exceptiones einbringen sollen, indem theils, daß die angezogene documenta pro recognitis gehalten worden, aus denen acten nicht erhellet, theils auch, daß nothwendig binnen 10. Jahren die exceptiones wider die Rechnung einzubringen, aus dem oben angeführten textu

in *l. 13. §. 1. D. de diuers. & temp. præsc.*

nicht erwiesen werden mag, da derselbige von dem casu redet, si rationes iam tum oblatæ, subscriptæ & subsignatæ, sed vnum & alterum ex iis expunctum fuerit,

VDALR. ZASIVS *ad d. l. §. 1. n. 1. & 2.*

welches in diesem Fall sich weit anders verhält, da die Lüderischen Erben nicht einen oder andern Punct in der Rechnung, die noch niemals völlig abgelegt zu seyn erwiesen, durch ihre exceptionem præscriptionis saluiren wollen, sondern die gantze Rechnung, desgleichen auch

MEVIVS

d. P. 1. dec. 79.

de legitime oblatis rationibus redet, da nicht weiter gezweifelt, sondern von dem andern Theil zugestanden wird, quod rationes iam tum actualiter oblatæ fuerint, welches in diesem casu sich nicht findet, und endlichen dieses alles seinen Abfall hat in ecclesia, contra quam, vt supra dictum est, nulla alia quam 40. annorum præscriptio currit:

Ferner die von dem verstorbenen Heinrich Lüders gemachte annotation keine vim probandi in sich begreifft, si quidem scriptura priuata ne quidem semiplenam probationem efficit,

MASCARD. *de probat. concl. 111. n. 2.*

BERTAZZOL. *cons. crim. 291. n. 16.*

quo etiam pertinent annotationes priuatæ, qua quis memoriæ causa testatur in libris suis aliquid factum esse, velut se illo die centum mutuo dedisse Titio:

NICOL. *de* PASSERIEVS. *tr. de script. priuat. l. 1. q. 3. n. 63. & 64.*

Folglich da die Lüderische Erben ihre intention noch nicht semiplene erwiesen, zu einem iuramento credulitatis nicht gelassen werden können, solche Ablegung der Rechnung auch dadurch nicht mehr erwiesen wird, daß Heinrich Lüders auf den 20. Iulii anno 638. citiret worden, weil daraus nicht mag geschlossen werden, daß er auch die Rechnung würcklich abgeleget, zumaln das Kloster viel mehrere argumenta pro facienda præsumtione in contrarium vor sich hat, sintemal nicht nur in denen Registern keine Nachricht davon zu finden, da doch die Lüderischen Erben in ihren Duplicis zu ihrer Defension anführen, daß sie deßhalb keine general-Quittung produciren könten, weil kein

Ver-

Verwalter oder administrator dergl. so wenig in genere als in specie erhalten, sondern die ratificatio rationum *saltem registriret* worden,

und deshalb auch daß die Iustification dieser Rechnung, im Fall sie würcklich erfolget, würde registriret worden seyn, wohl zu schliessen; indem auch die Lüderische Wittib Anno 1644. zu Ableg- und Iustificirung ihres Ehemanns sel. geführte Kloster-Rechnung gebührend citiret, welches nicht geschehen seyn würde, im Fall die Rechnung schon iustificiret gewesen, da ja in 6. Jahren dieselbe nebst aller Nachricht nicht so gar abhanden kommen können, solche und andere von dem Kloster angeführte præsumtiones, daher, daß sie diejenigen, so von den Lüderischen Erben allegiret worden, weit übertreffen, desto eher jenen vorzuziehen, cum præsumtio fortior semper tollat debiliorem;

MENOCH. *de præs. l. 1. præs. 30. n. 4. seqq*;
SVRDVS *cons. 94. n. 6.*

Zumahl die von dem Kloster angeführte argumenta non factæ iustificationis am wahrscheinlichsten, da bey denen Gelehrten bekannt, quod illa sit validior præsumtio, quæ verisimilitudini magis conuenit:

CRAVETT. *vol. 4. cons. 662. n. 22.*

Voraus da deren viele zusammen concurriren, vbi semper pauciores vincuntur a pluribus;

ALCIAT. *de præs. reg. 3. præs. 37. n. 9.*
WESEMB. *vol. 1. cent. 4. n. 30.*

Maxime si sint negatiuæ, quæ affirmatiuis semper sunt fortiores:

PARIS. *vol. 2. cons. 29. n. 83.*
VVLTEI. *vol. 1. cons. 22. n. 67.*

So halten wir davor, daß nicht nur der Lüderischen Erben exceptio præscriptionis keinesweges in den Rechten gegründet, sondern auch ihre angeführte argumenta ad probandam iustificationem rationum nichts vermögen.

§. XVIII. Denique etiam hic de *pœnis perfidorum administratorum* agendum fuisset, nisi hæc doctrina ad generalem *iuris ecclesiastici* Remissiue de pœnis perfidorum administratorum.

ſtici doctrinam ſpectare videretur, ex qua præter opinionem plura, quam par erat, & ratio inſtituti poſtulabat, depromſi, adeoque vel binis verbis tantum de eis agam. Scilicet cum eccleſiæ parochiales, vt *collegia quædam publica*, conſiderentur, & adminiſtratores in plurimis locis *publica auctoritate* confirmentur, & ipſe princeps ſingularem curam pro conſeruandis bonis eccleſiaſticis gerat; bona eccleſiaſtica *publicis* quodammodo æquiparantur. Sicuti vero *crimen de reſiduis* publicum circa illa ab adminiſtratoribus committitur: ita contingit, vt fere perfidiam adminiſtratorum bonorum parochialium ad idem crimen referre ſoleant. Sunt in plurimis prouinciis grauiores pœnæ in hos ærarii publici defraudatores conſtitutæ, de quibus in *vſ. mod.* STRYK. *tit. ad l. Iul. pec.* agitur, quæ tam late extenſæ ſunt, vt hos adminiſtratores eadem pœna teneri, merito dicendum ſit. Neque enim parcendum eſt iis, qui ærarium ſacrum defraudant, maxime cum æqualem pro illo conſeruando principes ſubeant curam, ac quidem pro ærario publico. Nec pœna hæc nimis dura cenſeri debet, cum etiam *vt fures* puniri queant, quales reuera ſunt, *l. 1. §. 12. D. de tut. & rat. diſtrah.* qui hodie adhuc fere grauius puniuntur, qum tales perfidi adminiſtratores. Reliqua expendunt SIMON *de perfid. adminiſtrat.* & MYLER *ab* EHRENB. *in hyparchol. c. 23.*

SE-

SECTIO VII.

DE COMMODIS ET ONERIBVS PAROCHIALIBVS.

CAP. I.

De Decimis & aliis præstationibus parochialibus.

CAP. I.

PRæter bona parochialia, ex quibus parochis vsusfructus competit, etiam alia emolumenta & fructus illis ex parochiis debentur, quæ non tam ex bonis parochialibus, quam a parochianis eorumque bonis præstantur, adeoque quodammodo ad *onera parochianorum* referuntur; vnde hanc materiam speciali sectione illustrandam enucleandamque esse censui. Sunt autem illa emolumenta varii generis, alia magis certa & *fixa*, alia vero *extraordinaria*, & certo demum casu obueniente debita &c. Debentur emolumenta ex bonis parochianorum parochis.

§. II. Ad emolumenta *fixa* imprimis referri debent *decimæ*, quæ sunt *quota pars omnium bonorum, licite quæsitorum, ministris ecclesiæ, & hodie imprimis parochis exsoluenda.* HENRICVS CANISIVS *ad ius canon. tit. de decim. c. 1. n. 6.* BARBOSA *de iure eccles. lib. 3. c. 26. n. 2.* REBVFFVS *de decim. qu. 4.* MONETA *de decim. c. 2.* Alii simplicius definiunt decimas, *quotam fructuum vel lucri liciti portionem, DEO debitam.* GONZAL. Decimæ.

TEL-

TELLEZ. *ad c. 6. de decim. n. 6.* Forsan hanc ideo alii præferunt, vt eo firmius, vnde sint decimæ, ostendant. Si enim sunt *Deo debitæ*, maiorem pro se moralitatem habent. Paucis itaque videndum, tum quo iure introductæ, tum quomodo parochis nostris applicatæ.

Quo iure decimæ debeantur?

§. II. Quæstio prima & capitalis eo redit, *vtrum decimæ sint iuris moralis positiui vniuersalis, an vero particularis, solos Hebræos obstringentis?* Quidam eas, quatenus alimenta pauperum, & eorum, qui sacris vacant ministeriis, continent, aiunt esse iuris naturæ, quod concedi potest, si sermo sit de *obligatione imperfecta:* ZIEGLER *ad Lancell. lib. 2. tit. 26. §. 2.* sed hoc non adeo est in quæstione; dum enim de decimis loquimur, de *certa quota* statum controuersiæ intelligimus. Qui altius ascendunt, decimas etiam in gentilium sacris inualuisse ostendunt vt REBVFF. *de decim. qu. 1. n. 9.* GONZ. TELLEZ. *ad c. 7. de decim. n. 3.* CANIS *ad tit. de decim. c. 1. n. 5.* Id tamen nondum satis euictum est, quomodo inualuerint, an non ex imitatione quadam fidelium? Nam & *Abraham* iam *Melchisedecho* sacerdoti obtulisse decimas legitur *Genes. XIV.* item vtrum ex quadam necessitate, an vero potius ex voto vel alia pia destinatione? id quod de *Iacobo* constat; vid. HOSPIN. *de orig. bonor. eccles. c. 3.* Id itaque duntaxat euincunt talia exempla, decimarum præstationem esse antiquissimam, de qua fusius agit IO. SPENCER. *de LL. Hebræor. ritual.* passim, imprimis vero *lib. III. diss. 1. c. 10.* Arctior obligatio ratione præstationis demum apparet *Leuit. XXVII.* vbi dicitur: *Omnes decimæ terræ, siue de pomis arborum siue de frugibus, Domini sunt.* It. *Exod. XXII. Omnes decimas tuas non tardabis Deo reddere.* Conf. *Deuteron. XII, 6. XIV, 22. XXVI, 11.* Ex quibus locis & aliis multis euincitur, Deum sibi vindicasse decimas de omnibus fructibus. Vnde vero has sibi vindicant clerici? Quia *Numer. XVIII, 21.* Deus ius suum per solennem *donationem & cessionem* in eos transtulisse videtur.

Apud gentiles etiam decimæ in vsu fuerunt.

Quo iure Deus vindicauerit decimas?

§. IV. Sed ita rursus duæ oriuntur quæstiones: (1) *Quo iure decimæ DEO sint debitæ?* (2) *Quo iure clericis?* Deum sibi vindicasse ab Israelitis præcepto quodam diuino decimas, certum est. Sed vtrum ante rempuublicam Israeliticam præcepto quodam sibi has vindicauerit? incertum. Quæ enim exempla afferuntur de Abrahamo & Iacobo, ad *votum* spectant, & sic necessitatem suam ex *voto* deducunt: adeoque tunc quidem sponte DEO oblatæ decimæ dici possunt. Fateor tamen piam esse &, si recte intelligatur, omnino approbandam meditationem BRVNNEMANNI *d. I. eccles. lib. 2. c. 6. §. 2.* qui iuris *moralis* positiui decimas esse credidit, & id etiam praxi perpetua

Brunnem. sententia commendatur.

tua corroborauit, ceu docet STRYK. *ad cit. l.* Saltim hanc inde euincerem neceſſitatem, omnino Deum voluiſſe, vt non minus quam decima pars ad pios vſus deſtinaretur, & ita moralitate ſua conſtat; quamuis apud Iſraelitas maior & ſtrictior obligatio ſuperinducta fuerit, quo intuitu ad legem *particularem* diuinam decimæ referri queunt.

§. V. Sed ſi vel maxime concedamus, decimas eſſe DEO debitas iure *vniuerſali poſitiuo*, non tamen ſtatim inde fluit, etiam eodem iure easdem deberi clero & ſacerdotio. Id quidem lego, Leuitas ius, decimas exigendi, accepiſſe a Deo, *Num. XVIII. verſ. 21.* ſed magis in *compenſationem*, cum de bonis reliquis, inter Iſraelitas diuiſis, nihil participarent; expreſſe enim dicitur *verſ. 23. & 24.* quod inter Iſraelitas nihil aliud poſſidere debeant, ſola oblatione decimarum contenti. Iure ergo plane *particulari*, ſolos reſpiciente Iſraelitas & rempubl. eorum, Leuitis decimæ fuerunt debitæ. Hoc ideo adductum, ne parochi ex oblatione decimarum ius ſibi quoddam firment vniuerſale diuinum, quæ perſuaſio tamen inepta forſan occaſionem dedit, vt parochi ſibi decimas a parochianis iure diuino vindicarent. PAVLVS SARPIVS in *tr. des benefices art. 21. qu. 1.* non inepte de hac controuerſia iudicat, & imprimis de iis doctoribus, qui parochis iure vniuerſali diuino adiudicant decimas, tale iudicium ſiſtit: *Ie ne puis me paſſer de dire, que ces Docteurs ne parlent pas par ignorance ſur cette matiere, mais par fineſſe, pour autoriſer leurs pretentions, ſous le nom de droit diuin & pour ſe mettre en credit auprés des gens ſimples. Mais on pourra ici les convaincre, & leur fermer la bouche. Dans le méme texte de l' Ecriture, ou Dieu commande de donner la dixme aux Levites, il ordonne auſſi, qu' ils ne puiſſent poſſeder aucun fonds de terre, & qu' ils ſe contentent des dixmes. Si par ce commandement le peuple eſt obligé de leur donner la dixme, ils ſeront auſſi obligez de n' avoir point d' heritages.* h. e. *Non poſſum non quin aſſeram, quod doctores* (qui ſcilicet decimarum neceſſitatem iuri morali diuino adſcribunt) *non ita loquantur ex quadam ignorantia huius materiæ, ſed ex quadam aſtutia, vt eo maiorem auctoritatem prætenſionibus ſuis concilient ſub nomine iuris diuini, & vt ſimpliciores eo firmiorem fidem eis adhibeant. Sed nihil facilius, quam eos ad ſilentium redigere. Eodem enim in textu ſcripturæ S. vbi Deus decimas Leuitis dari iuſſit, ſimul conſtituit, eos non debere poſſidere vllam aliquam partem terræ,* (promiſſæ ſcil.) *ſed contentos eſſe ſuis decimis. Quod ſi itaque per hoc præceptum quilibet ad decimarum præſtationem eſt obligatus, clerici quoque non deberent poſſidere vlla*

Quo iure decimæ debeantur clericis?

Sententia Pauli Sarpii de hac doctrina.

alia bona aut hereditatem. Hactenus SARPIVS. Neque vero ipsi canonistæ vnanimiter contrarium docent, sed plurimi decimas Leuitis fuisse debitas dicunt *iure particulari*, cui opinioni fere recentiores canonistæ insistunt, quos recenset GONZALEZ. TELLEZ. *ad c. 32. X. de decim. n. 3.* quibus etiam ipse *n. 4.* subscribit.

Vnde parochi sibi decimas vindicauerint?

§. VI. His ita præmissis, facilius iam deducimur in causam, quare parochi in N. T. sibi has *decimas* adscripserint. POLYDORVS VIRGILIVS *lib. 6. de inuentione rerum c. 14.* vnice prouocat ad dispositionem veteris testamenti, quæ a CHRISTO approbata videtur in N. T. *Matth. XXIII, 23.* vbi increpat Pharisæos, quod, quæ ad decimarum præstationem spectant, accurate obseruent, potiora autem, & quæ maiora sunt lege, insuper habeant, addita hac clusula: *Hæc oportet fieri, at illa non omitti*: ex quibus verbis *decimarum approbationem* infert. In eandem quoque sententiam abiisse ORIGENEM testatur, vt quæ de decimis in V. T. scripta sunt, secundum literam seruari debeant. Verum rursus confunduntur duæ quæstiones supra sedulo distinctæ. Non enim hic quæstio est, an decimæ Deo debeantur? sed, an præcise parochis nostris in N. T. debeantur? Neque enim in V. T. decimarum eadem ratio erat, cum tria potissimum genera earum referantur. Primum decimarum genus quotannis Leuitis dabatur ex vniuersis frugibus. Alterum genus erat, quod soluebatur ex decimis a Leuitis summo sacerdoti. Tertium denique, quod tertio quoque anno ad pauperum, viduarum, pupillorum & peregrinorum inopiam subleuandam reponebatur. Vid. RVDOLPH. HOSPINIAN. *de orig. bonor. eccles. cap. 3.* Ast decimæ, quæ hodie parochis debentur, non ita soluuntur, imo & diuersa ratio nostrorum parochorum est, vti iam ostensum. Quodsi itaque decimæ sunt DEO debitæ, ad alios pios vsus destinandæ, non autem præcise parochis præstandæ.

Reiicitur Polydori Virgilii sententia.

Ex errore sibi parochi adscripsisse videntur decimas.

§. VII. Videtur autem hæc opinio, quam, vt dictum, ORIGENI quoque adscribit POLYDORVS VIRGILIVS, nimis placuisse clero; hinc non mirandum, quod inde argumenta petierit pro exigendis decimis. Quo tempore autem id factum sit, non adeo expeditum est. Certe ante CONSTANTINVM de decimis non fuisse cogitatum, constat, consentiente ipso HOSPINIANO *cit. l.* Inualuere itaque post CONSTANTINI M. tempora: tunc enim res ecclesiasticæ incrementa infinita sumserunt. Sane sexto seculo iam præceptas decimas fuisse, apparet ex synodo Matisconensi, relata ab HOSPIN. *cit. l.* vbi & plura alia de decimis ex variis conciliis synodisque congessit. Non improbabilis certe con-

coniectura est PAVLI SARPII in *tr. des benefices art. 11.* eo scilicet tempore imprimis reductas esse decimas, quo prælati & episcopi, quarta sua ex bonis parochialibus non contenti, omnes reditus ad se traxerint, & inde potentiam suam auxerint. Miseri enim tunc parochi parochianorum suorum opem implorare, & ex eorum subsidiis charitatiuis, vt ita loquar, viuere debebant. Verum eiusmodi collectæ alicubi parcius, alicubi liberalius præstabantur, quod non poterat non causam variis querimoniis præbere. Hinc disputari tandem cœptum, quantum quilibet parocho suo præbere deberet? Communis vero opinio mox inualuit, decimas esse præstandas ad exemplum legis diuinæ. Non defuit itaque occasio, parochianis necessitatem harum præstationum per conciones publicas inculcandi, adeo vt PAVLVS SARPIVS *cit. l.* asserat, illis & subsequentibus temporibus parochorum conciones repletas fuisse doctrina de *decimis*, relictis materiis salutem respicientibus necessariis. Iam dudum enim ex doctrina patrum, quam potissimum CYPRIANVS seculo III. & ORIGENES propugnauere, certum expeditumque esse videbatur, episcopos esse *pontifices* maximos, presbyteros *sacerdotes*, diaconos vero *leuitas*. Sacerdotio itaque semel ex vetere testamento cum omni apparatu ad clerum N. T. translato, iura quoque *sacerdotii*, transferri debuere, vt crederet, se in iura sacerdotum & leuitarum V. T. succedisse. Inde decimarum obligationem adeo exaggerabant, vt in illa exsoluenda omnem Christianismi perfectionem viderentur reposuisse. Imo volebant, ne quidem expectandum esse, vt clerici decimas peterent, sed cum bona voluntate ipsos parochianos sine admonitione debere donare, & ad domum parochi perferre. Vid. AMELOT DE LA HOVSSAIE *in not. ad cit. art. 11. Sarpii*, vbi & inuectiuas ALCVINI literas contra quendam decimarum exactorem refert. Atque ita semel receptis decimis, variæ postea constitutiones de illis sunt factæ. Occasio introducendi decimas.

§. VIII. Noluerunt autem parochi, decimis semel approbatis, in iis, secundum legislationem Mosaicam consideratis, subsistere, sed vlterius progressi præter decimas, ex fructibus petendas, & in iure diuino vnice fundatas, excogitarunt nouam speciem, *personalium* scilicet *decimarum*, quæ præstari deberent a parochianis ex eorum labore & mobilibus, veluti ex negotiatione, artificio, venatione, piscatione, *& c. 22. X. de decim.* Ratio huius noui inuenti non est obscura. Cum enim ciuitates magis negotiationibus & commerciis inseruiant, & non adeo ex cultura agrorum ibi viuatur, vti quidem in pagis: parum sibi consultum esse existi- Origo personalium decimarum.

existimabant parochi *vrbani* per decimarum introductionem, nisi etiam ex fructibus rei quæstuariæ eas possent petere; conf. STRYK, *in not. ad I. E. Brunnem. lib. 2. c. 6. §. 3. ad verb. personales in vsu &c.* Quoad effectus iuris insignis est differentia inter has decimas & *prædiales*, qui ex fructibus prædii percipiuntur. *Illæ* debentur ecclesiæ, intra cuius fines parochiales prædium situm: *personales* autem illi, vbi quis recipit sacramenta, h. e. parochiali: *c. 12. de decim. Personales* præstantur deductis expensis: *cap. 28. eod., prædiales* vero etiam non deductis expensis, *c. 7. eod.* Sed de *personalibus* non vlterius ero sollicitus, postquam illæ hodie non sunt amplius in vsu, patente ipso REBVFFO *tr. de decim. qu. 3. n. 29.* & LAYMANNO *in Theol. moral. lib. 4. tr. 6. cap. 1. n. 4.* conf. STRYK, *cit. l.*

Differentia inter decimas prædiales & personales.

§. IX. Quod itaque *prædiales* concernit, merito illi ad fructus parochiales referuntur, cum parochi habeant fundatam intentionem respectu omnium decimarum, intra suæ *parochiæ* fines existentium, *c. cum contingat. 29. X. de decim.* ibi: *cum perceptio decimarum ad parochiales ecclesias de IVRE COMMVNI pertineat.* HERCVL. MARESCOTT. *var. resol. lib. 2. c. 95. n. 12.* adeo quidem, vt præsumtio hæc in *petitorio* deuoluat onus probandi in aduersarium, contrarium asserentem. ID. *lib. 1. c. 12. n. 14.* Verum canonistæ adhuc varie hac de re litigant, cum *in c. 31. X. de decim.* asseratur, episcopum quoque ratione decimarum habere fundatam intentionem, quos textus conciliare intendit GONZAL. TELLEZ. *ad c. 18. X. de decim.* Sane si originem decimarum attendimus, merito pro parochis pronunciandum videtur; conf. BARBOSA *de iure eccles. lib. 3. c. 26. §. 2. n. 8.* CANIS. *de decim. c. 8.* Percipiuntur vero hæ decimæ, non tam ideo, quod domini prædiorum sint illius ecclesiæ parochiani; sed quod prædia intra *fines parochiæ* sint sita, adeoque debentur etiam ab illis, qui ne quidem sunt parochiani illius ecclesiæ. Ex quo patet, multum interesse ratione finium parochialium: ex horum enim constitutione dependet quoque ius exigendi decimas. Nam si noui constituantur per *vnionem* vel *dismembrationem* parochiarum, noua inde orta parochia habebit fundatam intentionem ratione decimarum, intra fines nouiter factos existentium. Equidem quoad *dismembrationem* sine dubio læditur ecclesia parochialis antiqua: verum cum hæc fieri non possit absque iusta causa, & nouo parocho quoque de alimentatione prospiciendum sit, nisi aliud fuerit in ipsa dismembratione constitutum; pro parocho nouo pronunciandum. BARBOSA *de iur. eccl. cit. l. n. 18. sqq.*

Parochi fundatam intentionem habent respectu decimarum, intra parochiam existentium.

Debentur etiam a non-parochianis.

An idem dicendum in constitutione nouæ parochiæ?

§. X.

§. X. Ex hoc principio semel posito plures fluunt conclusiones: (1) Parochus habet fundatam intentionem *ratione noualium.* BRVNNEM. in *iur eccles. lib. 2. c. 6. §. 9.* CANIS. *cit. l. c. n. n. 2. Nouale* est ager, nunc primum præcisus, *c. 1. X. de V. S.* & ad culturam redactus, MVRGA *de benef. qu. 2. n. 452.* CANIS. *cit. l. c. n. n. 2. de decim.* ein ausgereuter Acker, Reuten, SCHILT. in *instit. iur. can. lib. 2. c. 8. §. 14.* Neubrüche. STRYK. *cit. l. §. 9. verb. cuius finibus sita sunt.* Alio sensu *ager noualis* quoque is dicitur, qui alternis annis cessare solet, *l. 30. de V. S.* conf. GOEDD. *in comment. ad tit. c. n. 10.* Supponendum tamen hic est, decimas *generatim esse assignatas ex omnibus agris*, in parochia sitis; quæ assignatio generaliter quoque se extendit ad agros, postea præparatos. Quamuis vero extraneo parocho decimæ per præscriptionem acquisitæ sint: ad noualia tamen non extraneo sed proprio ius est quæsitum, quia tantum demum præscriptum, quantum possessum, CANIS. *cit. l.* CORTIADA *decis. 191. n. 9.* nisi quis per *priuilegium* hoc ius acquisiuerit. IDEM *n. 11.* Quodsi noualia sint intra limites duarum parochiarum; vtrique parocho deberi decimas pro ratione limitum, asserit REBEFVS *de decim. qu. 14. n. 4.* qua scilicet ius decimarum limites parochiales sequitur. Consuetudine tamen vniuersali Germaniæ decimas ex agris noualibus sibi vindicare PRINCIPES *iure territoriali*, asserit STRYK. *cit. l.* vbi & singularem *Marchiæ* refert consuetudinem de agris incultis quidem, sed de quibus satis constat, quod parochis exinde olim decimæ fuerint præstitæ, vbi partem illorum occupare, accedente consensu magistratus, & in compensationem decimarum, sibi debitarum, colere possunt; quin hoc casu euidentius est, deberi decimas, vbi ad culturam talis ager est redactus, quod plenius declarat MICHAEL *de* CORTIADA *decis. 191. n. 4.*

Vtrum etiam ex noualibus debeantur?

Decimas ex noualibus hodie sibi vindicant principes.

§. XI. Præstatio decimarum (2) sequitur *possessionem* fundi, ex quo debitæ sunt decimæ. Conductores itaque prædiorum illas decimas præstant, *c. 8. & 24. X. de decim.* quod facile admitti potest. In eo vero adhuc difficultas oritur, *vtrum decimæ, non solutæ per aliquot annos, sequantur nouum possessorem prædii, an vero ab illo præstandæ sint, qui fructus percepit?* Equidem sunt *onera fructuum* decimæ, & sic qui fructus percepit, videtur tantum ad illas obligatus esse. Verum & *tributa* eodem modo sunt *onera fructuum*, & nihilominus rei inhærent, & cum re transeunt ad quemuis possessorem; adeoque non incommode contra HENRICVM CANISIVM *ad tit. de decim. c. 4. n. 3.* asseri potest, onus hoc transire ad quemuis possessorem, præsertim cum secundum

Hoc onus sequitur possessorem.

An idem dicendum de non solutis decimis restantibus?

c. 3. X. de decim. decimæ gaudeant *prærogatiua* ante tributa in concurſu, quod etiam *iure Saxonico* obſeruatur; vid. CARPZ. *p. 1. conſt. 28. def. 54. n. 4.* Hæc ſententia eo vtilior eſt pro parochis, quo eo promtiorem decimarum exactionem habent. Quodſi vero poſſeſſores decimas reſtantes ſoluerint, merito illis regreſſus concedendus contra venditorem, qui fructus percepit. Conf. STRYK. *cit. l. ad §. 7.* vbi præiudicium de conductore, qui ſoluere decimas debuit.

Omnes ad decimas tenentur, niſi per priuilegium exemti ſint ab hoc onere.

§. VII. Præſtatio decimarum (3) *ſingulis* incumbit, niſi quis ab hoc onere ſe exemtum docere poſſit, *c. a nobis 4. X. de decim.* vbi pontifex his verbis hoc comprobat; *cum quilibet decimas ſoluere teneatur, niſi a præſtatione earum ſpecialiter ſit exemtus.* Cum enim parochus generaliter fundatam intentionem habeat contra omnes; merito *exemtionem*, tanquam *exceptionem* a *regula*, docere debet, qui in ea ſe fundat. Imo parochus interim manutenendus eſt in poſſeſſione exigendi decimas, donec doceatur de ſufficienti priuilegio. BARBOSA *de iur. eccl. lib. 3. c. 26. §. 3. n. 42.* Si itaque, vt vel ex *cit. tx.* apparet, ſpecialiter quidam a præſtatione decimarum eximi poſſunt, corruit eo ipſo aſſertio, iure vniuerſali diuino decimas deberi. Variis autem rationibus quis *exemtionem* a præſtatione decimarum impetrare poteſt. Primo quidem per *priuilegium*, vbi poteſtatem eximendi canoniſtæ pontifici adſcribunt, & quidem *ſoli*, adeo vt *imperiale priuilegium* ius eximendi operari non poſſit, vti ſat inuerecunde docet LANCELLOTTVS *in ſuis inſtit. lib. 2. tit. 26. §. 15.* Hunc proinde pro merito excipit ZIEGL. *in not.* docens, hanc ſententiam crimen læſæ Maieſtatis implicare, & regnum Galliæ libertatem hoc in negotio extollit. Conf. CANIS. *ad tit. X. de decim. c. 17. n. 3.* Cum itaque poteſtatem præſulis Romani non agnoſcamus in noſtris eccleſiis: hinc PRINCIPI vi *iuris circa ſacra* hanc poteſtatem competere, recte iudicat STRYK. *cit. l. ad §. 15.* cum apud nos conclamatum expeditumque ſit, decimas ab aliis *bonis eccleſiaſticis* diuerſam ſortem non habere, ſed eodem cum illis iure cenſeri. Quo ergo princeps iure generatim in bona eccleſiaſtica vtitur, eo iure etiam in decimas.

Exemtio acquiritur per priuilegium;

item per præſcriptionem.

Deinde quoque *præſcriptione* acquiritur. Quamuis enim quidam nullam agnoſcere velint *præſcriptionem*, ex his fundamentis: (1) quod debeantur Deo; (2) quod qui eas non ſoluit, peccatum continuet, *c. vlt. de conſuet.* adeoque (3) in *mala fide* ſemper ſit; imo (4) decimarum præſtatio *debito annuo* comparetur, quod ſua natura eſt inpræſcriptibile; & denique (5) ſublatis decimis ſubtrahantur aliementa neceſſaria parochis;

chis; plura tamen in his occurrunt, quæ petunt id, quod est in principio. Supponunt enim, quod parochi extra eas non habeant, vnde vivant, cum tamen plerisque in locis, vbi decimæ per desuetudinem non præstantur amplius, iis iam de aliis reditibus prospectum; prætereaque falsum sit, decimas clericis nostris *iure diuino* deberi, & annua debita esse inpræscriptibilia, cuius contrarium ostendi in *tr. de iur. eccles. protestant. tit. de præscript. §. 4. seqq.* Inde non dubium, quin immunitati a præstatione decimarum præscribi possit; quamuis omnino considerandum relinquam iis, qui in tali immunitate se fundant, rectiusne suæ consulant conscientiæ, si non minus quam decimam partem suorum reddituum destinent ad pios vsus. Ceterum quomodo canonistæ ad hæc argumenta responsuri sint, non quidem video, adeoque & HENRICVS CANISIVS *cit. l.* mirifice se torquet, vt salua hypothesi communi tamen defendat, immunitatem hanc posse acquiri per præscriptionem. ANTONIVS GRANNANIETTO *ad text. prior. tit. X. de decim. n. 4.* non aliter potuit his dubiis satisfacere, quam vt confiteretur, decimas quoad *quantitatem* non esse iuris naturæ aut diuini moralis, sed tantum quoad ministrorum ecclesiæ sustentationem. De hac itaque si parochis prospectum, immunitas illa recte concedi potest. Obtento enim fine cessant media; conf. diss. *de præscript. decim.*

§. XIII. Inferunt (4) exinde canonistæ, *laicos* decimas ecclesiasticas possidere, & obtentas in alios transferre non posse, *c. 19. de decim. c. decimas C. 16. q. 7.* Hoc posito, vlterius statuunt, laicos nullam præscriptionem temporum allegare posse; cum possessioni huic lex resistat, *c. causam 7. de præscript. l. vbi lex 24. D. de vsuc.* Si quæris rationem, dicunt, hoc ius esse *spirituale*, adeoque in laicos non cadere. CANIS. *cit. l. c. 13. n. 1.* Sed hos prætextus alii dudum profligarunt. Quomodo enim *animæ* & *spiritui* decimæ inseruiunt, cum potius corporis causa dentur, vt inde parochi alimenta habeant? Quod si per remotissimam quandam consequentiam *spirituale* quid inde eruere velis, quia scilicet parochis ideo ius decimandi conceditur, vt illa proponant, quæ spiritui & animæ sunt proficua, nescio quæ non etiam dicere possis spiritualia? ZIEGL. *ad Lancell. lib. 2. tit. 26. §. 1.* Papizat itaque CARPZOVIVS in *iurispr. eccles. lib. 1. def. 138. num. 7.* quod decimæ sint ideo *causæ spirituales*, quia sunt *patrimonium ipsius Christi.* Rectius forsan dicerent, decimas a Deo esse institutas in fauorem clericorum, adeoque in laicis cessare rationem decimarum introductarum. Accessit deinde grauius pondus per *concilium Lateranense*, per quod laicis omnes decimæ abiudicatæ, ceu

Vtrum laici percipere possint decimas?

ceu ex *cap. cit. 19.* constat. Equidem, quæ iam ecclesiis destinatæ sunt decimæ, & parochorum sustentationi inseruiunt, minus recte inde subducuntur, nisi aliunde parochis iam satis prospectum. Ceterum si saluis decimis parochialibus, quis per contractum sibi decimas acquirere velit, nulla subest iniquitas; quin experientia docet, a laicis decimas possideri, in feudum accipi, & præscribi posse, quæ *seculares* vocantur, ad differentiam earum, quæ parochis debentur, & *spirituales* vocantur, vt plenius ostensum in *alleg. dissert. de præscript. decim.*

In aliena parochia ius percipiendi decimas acquiri potest.

§. XIV. Parocho (5) in *aliena parochia* ius percipiendi decimas non competit. Sicuti enim fundatam quilibet parochus habet intentionem intra suam parochiam: ita in *aliena parochia* nihil iuris ordinarie ipsi competit. Interim etiam *præscriptione* ius percipiendi decimas ex aliena parochia acquiri posse, satis certum est, *c. cum contingat. 29. X. de decim. c. 18. & 20. eod.* Requirunt vero ad hanc præscriptionem *40. annos, c. ad aures 6. de præscript.* scilicet si præscriptio titulum & b. f. habeat, quæ duo hic ideo necessaria sunt, quia præscribenti resistit præsumtio iuris; *c. 1. de præscript. in 6.* alioquin enim *immemoriale* tempus requirunt. CANIS. *c. l. n. 5.* GONZALEZ TELLEZ *ad c. 29. X. de decim. n. 2.* HERCVL. MARESCOTT. *var. resol. l. 2. c. 95. n. 21.* Ceterum in legibus publicis *protestantibus* iura decimarum sunt confirmata, vid. *rec. imp. de anno 1555. §.* dagegen sollen die Stände, quæ sanctio rursus est stabilita in *instr. P. art. 5. §. ratione reddituum 43.* speciatim vero in §. *Reditus etiam 47. cit. art.* dispositum, vt decimæ, *Augustanæ confessionis statibus* debitæ ex *alienis territoriis*, iis exsoluantur, qui anno millesimo sexcentesimo vigesimo quarto, die prima Ianuarii in possessione perceptionis vel quasi fuerunt: item, vt quæ fundationes die 1. Ian. anni 1624. in possessione vel quasi iuris decimandi e bonis *nouali-bus* in *alieno territorio* fuerunt, etiam sint in posterum.

Quot anni in hac præscriptione requirantur?

Soluendæ decimæ sunt integræ, non deductis impensis.

§. XV. Cum itaque parochus intra suæ parochiæ fines fundatam habeat intentionem ad decimas percipiendas; obligati quoque *sunt* (6) illi, qui intra hos fines prædia possident, vt fideliter illas præstent; & (*a*) quidem *integras*, *non deductis impensis*, adeoque nec *seminis* ratio habetur. BARBOS. *in collect. ad cap. 26. n. 3. de Deo.* Quamuis enim secundum ius commune fructus non intelligantur, nisi deductis expensis, & ita quoque decimæ tanquam fructus eodem iure censendæ videantur: fauor tamen *piæ causæ* hic illud singulare introduxit, vt præstan-

ſtandæ decimæ ſint integræ, vel potius, vt vox *fructus* in decimis non *ciuiliter*, ſed *naturaliter* capiatur. Huius rei rationem hanc putat eſſe CANISIVS ad *tit. de decim. c. 2. n. 8.* quod Deus prædiales decimas in *ſignum vniuerſalis dominii* ſibi reſeruauerit; quam tamen rationem merito explodit ZIEGL. *ad Lancell. lib. 2. tit. 26. §. 5.* Forſan itaque intereſſe cleri cauſam huius rei conſtituit. Aliam adhuc ſuggerit rationem ANTON. GRANNANIETTO *ad tx. prior. X. de decim. n. 13.* quod in decimarum præſtatione non agatur de damni reſtitutione aut commoditate illius, qui ad decimarum præſtationem tenetur; ſed potius de certa penſione, quæ Deo & eius ſacerdotibus debetur, tunc vero demum fructus *ciuiliter* intelligantur, quando de *fructuum reſtitutione* agitur, aut *reparatione damni*, quæ ratio magis admitti poteſt. Et hoc variis iuris canonici textibus cautum eſſe conſtat; vid. *c. 4. 5. 8. X. de decim.* imprimis vero *c. ex parte 21. eod.* ibi: *agricultores illos, vt de omnibus dictorum prædiorum fructibus, nullis ſubtractis expenſis, ſed integras potius decimas & abſque diminutione perſoluant, per cenſuram eccleſiaſticam compellas*: conf. *c. 32. 10. eod.* Sicuti vero conſuetudine quis plane eximi poteſt ab onere præſtandarum decimarum, & deinde in præſtatione decimarum imprimis *conſuetudo* attendenda eſt; ita quoque ſi conſuetudo loci ferat, vt *deductis impenſis* præſtentur, huic omnino ſtandum; vid. MICHAEL DE CORTIADA *deciſ. 189. n. 3.* In dubio autem iuri communi inhærendum. Præterea non tantum *integræ* præſtandæ ſunt decimæ, reſpectu *expenſarum*, ſed etiam reſpectu *tributorum*, aliorumque *onerum*, ex fructibus illis pendi ſolitorum. BARBOS. *cit. l. c. 26. §. 1. n. 40.* Contrarium pontifex in *c. cum non ſit. 33. X. de decim.* ad auaritiam refert, aſſerens, nimis auare eos decimis defraudare, qui cenſibus & tributa primum de frugibus deducere conentur. Conſtituit itaque pontifex, vt in *prærogatiuam dominii generalis*, ſub quo titulo putat Deum ſibi reſeruaſſe decimas, exactionem tributorum præcedat ſolutio decimarum. In *caſu neceſſitatis* aliud eſt dicendum, cum ipſæ decimæ totæ & integræ peti *in ſubſidium* poſſint, dummodo alimentis non deſtituuntur parochi. ZIEGLER. *ad Lancell. lib. 2. tit. 26. §. 7.*

Conſuetudo tamen hic reſpicienda.

§. XVI. Porro quoque (*b*) occurrendum cenſuerunt legislatores fraudibus parochianorum, in decimarum præſtatione committi ſolitis, dum inæqualem ſolent facere diſtributionem, conſtituentes in plerisque conſtitutionibus eccleſiaſticis, ne aliquid auferatur, & *in horrea* transuehatur, antequam hoc intimauerint ipſi parocho. Hunc in finem

Soluendæ ſunt, antequam frumentum in horreum transuehatur.

finem canoniſtæ quoque facultatem parocho concedunt, inuito domino, vel poſſeſſore agrorum, apponendi *cuſtodes*, ſeu guardiarios, vt loquuntur, qui fructus cuſtodiant, & animaduertant, ne parochus in decima defraudetur. HERCVL. MARESCOTTVS *var. reſolut. lib. 2. cap. 95. num. 34.* VINC. DE FRANCH. *deciſ. 171. num. 2.* STRYK. *in not. ad ius eccleſ. Brunneman. lib. 2. c. 6. §. 14.* Conſtitutum id ipſum eſt in *ordin. eccleſ. Magdeb. c. 19. §. 7.* Weil bey der Garben Zehend, ſo den Predigern theils Orts zukommt, eben ſo wol als bey den weltlichen Zehenden viel vortheilhaftiges Dinges pfleget vorzugehen, ſo ſoll keiner etwas von den Zehend-bahren Aeckern heimführen, er habe denn vorhero dem Prediger ſeinen Zehenden nach rechter Anzahl des Gewächſes, oder, wie viel ſonſten vom Acker gebräuchlich, und zwar am gleichen Lande mit den andern Garben ohne einigen Vortheil angewieſen, auch ihm die Wahl unter den geſetzten Mandeln oder Stiegen, wenn er das ausgezehende vortheilhaft befinden würde, ſolchergeſtalt gelaſſen worden, daß ihm zwar frey ſeyn ſolle, die Zehlung von unten oder oben der Reihe zu thun, doch daß er den Zehenden nicht auſſer der Reihe von den beſten Aeckern allein eigenmächtig wegnehme, und ſoll der zehende Acker mit Miſtung und anderer Beartung oder Beſchickung gleich andern des Beſitzers Aeckern tauglich in acht genommen werden.

Marchica.

Idem fere ſancitum eſt in *conſtit. conſiſt. March. tit. 17. §. 3.* cuius verba exhibet STRYK. *cit. l.* vbi tamen ſimul illud indulgetur parocho, daß er nicht auf ein ſonderlich Stücke, da das Korn vielleicht nicht ſo gut, gewieſen werde, es geſchehe denn mit des Pfarrers Bewilligung; conf. *conſtit. Elect. Saxon. art. gen. 12. in pr.* vbi eadem prouiſio facta. Pertinet huc AMBROSII dictum in *c. quicunque 4. C. 16 q. 7.* inquientis: *Quid eſt fideliter decimas dare, niſi vt nec peius nec minus aliquando Deo offerat?* Conf. CARPZOV. *lib. 1. iurispr. eccleſ. def. 31.* vbi etiam præiudicia occurrunt.

Guelpherbytana

Simile quid deprehendo in der Fürſtlichen Braunſchweig. Wolffenbüttel. Landes-Ordnung *§. 48.* vbi ita: Es ſoll niemand hinführo ſein Korn in eintzeln oder mehrern Garben aus dem Felde abführen oder abtragen, ehe und bevor der verordnete Zehend-Mahler (ſcilicet publica autoritate ad id conſtitutus & iuramento obſtrictus, vti colligo ex §. *ſeq.*) den Zehenden daraus gemahlet, bey Strafe zehen Gülden, und dem Zehend Herrn ſein Schad vorbehältlich. Wenn aber der Zehend ausgemahlet iſt, obſchon derſelbe noch nicht abgeführet, ſo mag ein jeder ſein Korn nach ſeiner guten Gelegenheit hinweg bringen, wie er will.

§. XVII.

§. XVII. Ceterum non vbique in *manipulis* præstantur decimæ, sed alicubi in *frumento excusso*, quo casu itidem parochiani fraudes committere solent. Hunc in finem in *ordin. Saxon. eccl. art. gen. 21.* cautum, vt omne frumentum in ædes parochi transferatur, idque ibi in præsentia *sculteti & scabinorum* parochis parochiani admetiantur, damit man sehe, daß ein jeder tüglich Getreide, und so gut es ihnen gewachsen, und an rechtem Maaß erlege. Quæstionem hic mouet CARPZ. *lib. 1. def. 127. quisnam modius intelligatur, an cumulatus, an per hostorium æquatus*, mit gehäuftem oder abgestrichenem Scheffel? Certe in dubio intelligenda est *mensura consueta*, quæ consistit in modio, *per hostorium* æquato, quia ordinarie ita admetiri solent frumentum. Hinc si parochus contendat, sibi deberi decimas per modios cumulatos, sine dubio consuetudinem illam docere debet. Quodsi tamen a plerisque parochianis eodem modo decimæ soluuntur; fundatam habebit parochus intentionem contra reliquos parochianos, dicto modo decimas præstare recusantes. Huc pertinet *rescriptum*, a CARPZOVIO *cit. l.* adductum. Begehren demnach ꝛc. wofern, des Pfarrers Anziehen nach, alle andere Eingepfarrete das Haser-Maaß in Erschüttung des Decems häufen, ihr wollet eure Unterthanen gleichfalls darzu anhalten, oder sie ihr priuilegium, und daß sie allein hievon eximiret werden, in originali vorweisen lassen.

Si in frumento excusso soluantur, quo modo hoc sit faciendum? Quisnam modius iustus intelligatur?

§. XVIII. Præterea (7) *fideliter* sunt præstandæ, h. e. soluendæ, antequam petantur, REBVFFVS *de decim. qu. 12. n. 7.* quod forsan exinde deducitur, quia DEO debentur decimæ; quæ tamen ratio non vbique in nostris parochis applicari potest, ceu supra dictum. Conf. GONZAL. TELLEZ. *ad c. cum homines 7. n. 6.* vbi respondet iis, qui nonnisi ad *petitionem parochi* decimas deberi dicunt. Videlicet cum *quotannis* debeantur hæ decimæ, & sic certam præstationem habeant; dies hic interpellat pro homine. Et sicuti debitum in diem non requirit vlteriorem creditoris interpellationem: ita etiam præstatio decimarum. Vnde non dubitandum, quin parochiani *sponte non soluentes*, decimas eo tempore, quo soluere easdem debebant, constituantur *in mora*, & sic si damnum aliquod in fructubis superueniat, ad eos *periculum* redundet, ex regula communi, quod mora in morosum transferat periculum. HENRICVS CANISIVS *ad tit. de decim. c. 7. n. 20.*

Præstandæ decimæ, antequam petantur.

§. XIX. Vlterius hoc adeo extendunt, vt etiam *expensis parochianorum* ad domum parochi decimæ sint deferendæ. HERCVL. MARESCOTTVS *cit. l. n. 35.* CARPZ. *cit. l. def. 135. n. 5.* Communiter hoc deducere

Præstandæ sunt expensis parochianorum.

cere solent ex *c. reuertimini 65. C. 16. q. 1.* ad quem textum etiam prouocat CARPZ. & CANIS. *cit. l. n. 3.* vbi HIERONYMVS adducit dictum Prophetæ *Maleachi III, 10.* inquiens: *Hortor vos atque commoneo, vt inferatis decimas in horrea, h. e. in thesauros templi, & habeant sacerdotes atque leuitæ, qui mihi ministrant, cibos, & probate me, si non tantas pluuias effudero, vt cataractæ cœli apertæ esse credantur.* Sed ex mente Prophetæ hoc inferri non posse satis apparet, si modo eius antecedentia intuemur, vbi inuehitur in eos, qui *defraudatores* decimarum erant, non vero in hos, qui suis sumtibus decimas persoluere recusabant. Neque aliud videtur intendere ipse HIERONYMVS, vt itaque ex textu male inducatur probatio. Vnde CANISIVS *cit. l.* standum hac in re consuetudini putat. Quid vero *in dubio* asserendum? Equidem canonistæ in dubio parochianorum sumtibus decimas esse præstandas asserunt, GONZAL. TELLEZ. *cit. l.* quæ sententia æquitate quidem nititur, sed ex *iure canonico* non satis probatur. Qui itaque in contraria consuetudine se fundat, illam probare tenetur. Conf. STRYK. *cit. l. §. 14.*

A quibus fructibus soluendæ sint decimæ.

§. XX. Habet vero porro (8) parochus fundatam intentionem ratione *omnium fructuum*, in agris suæ parochiæ natorum. Et sic soluendæ sunt decimæ variis ex rebus, quas in compendio complectitur BESOLD. *in thes. pract. verb.* Zehend. Der Großzehend wird gereichet von Weitzen, Rocken, Dünckel, Habern, Beikorn, Gersten Erbsen, Linsen, Bohnen und allen andern Früchten, so der Halm träget. Unter den Kleinzehend wird gerechnet, Obst und was auf Bäumen wächst, Kraut, Rüben, Flachs und dergleichen Früchte. De fructibus arborum dubitat CARPZOVIVS *lib. 2. iurispr. eccl. def. 134.* (quamuis de iure canonico res satis expedita sit, vt patet ex *c. non est in potestate 22. X. de decim.*) quod consuetudo contraria in terris Saxonicis obtineat, adeoque parochiani ad solutionem harum obstricti non sint; hanc tamen consuetudinem putat esse absurdam, irrationabilem & iuri diuino contrariam BRVNNEM. *I. E. lib. 2. c. 6. §. 13.* quæ sententia satis cohæret cum principio eius de obligatione decimarum, supra relato. Intuitu tamen *parochorum* hanc consuetudinem irrationabilem esse non facile dixerim, nec credo, BRVNNEMANNVM in ea fuisse sententia, præsertim si ex aliis reditibus viuere possint. Nam, vt supra dixi, decimæ non præcise debentur clericis, sed ad alios vsus pios destinari possunt maxime ad *pauperum alimentationem.* Pleniorem catalogum fructuum, decimatione obnoxiorum, exhibet BARBOSA *de iur. eccl. lib. 3. c. 26. §. 1.*

§. XXI.

§. XXI. Ex hac itaque obligatione vlterius inferri potest, licet vel maxime *spe ies fructuum* fuerit mutata industria hominis, de illis tamen eandem manere obligationem, quæ erat de prioribus, ne in potestate domini sit, facto suo interuertere decimæ obligationem. HERCVL. MARESCOTT. *c. l. c. 2. 95. n. 16.* Quid vero decidendum, si ecclesia parochialis decimam tantum petierit aut exegerit *de quadam specie fructuum*, puta grani vel olei, an propterea amittititur ius & possessio respectu aliarum decimarum ex aliis fructibus? Negat hanc quæstionem HERCVL. MARESCOTTVS *resol. lib. 2. c. 95. n. 17.* ex ea ratione, quod per perceptionem vnius speciei, alio in possessione non existente, illis conseruetur possessio percipiendi decimam ex omnibus aliis fructibus, etiam subrogatis in locum eorum, qui ex prædio decimali antea colligebantur. Supponit itaque, alio parocho in possessione percipiendi decimas ex reliquis fructibus constituto, amitti posse possessionem & ius percipiendi decimas ex reliquis fructibus. Quodsi hoc verum, puto idem quoque dicendum esse, nullo alio in possessione existente, cum ita possessores prædiorum in possessione libertatis constituantur, & sicuti in totum præscribere possunt immunitatem: ita nihil obstat, quo minus etiam possint immunitatem pro certorum fructuum genere acquirere. Illustrabo hoc sententia a *Facultate* nostra Mens. Iul. an. 1700. concepta.

Debetur decima, etiamsi species fructuum mutentur.

An immunitas quoad certa fructuum genera possit præscribi?

Daß zuvörderst Beklagte die original-Stiftung, wodurch der quæstionirte Zehende an besagtes Kloster gekommen, zu produciren, oder in Entstehung dessen eydlich zu erhalten schuldig seyn, daß sie solche Stiftung nicht haben, noch gefährlicher Weise von Handen gebracht, ihnen auch von demjenigen Inhalt, welches daraus ex relatione des Dr Mertlochs und sonst von denen Klägern angegeben worden, nichts wissend sey, bis dahin die Klägere in possessione vel quasi des nicht zu præstirenden Fleisch-Graß- und Baum-Früchte Zehendes, wie auch des mit Gelde zu bezahlenden, und nicht in natura zu ziehenden Feld-Frucht-Zehendes zu schützen; die bisherigen Unkosten aber sind gegen einander zu compensiren und aufzuheben. V. R. W.

Rationes decidendi.

Ob wol sonst die von vielen Jahren her auf die Klägere geschehene elocation des quæstionirten Zehendes tanquam res meræ facultatis denen Conductoribus kein perpetuum ius, decimas ipsis locandi, zu

wege bringet, die decimæ auch ordinarie de quibuscunque fundi fructibus præſtiret werden müſſen; Im übrigen ein reus nicht ſchuldig iſt, actori inſtrumenta zu ediren.

Weil aber dennoch die Kläger ratione des ihnen neuerlich angemutheten Fleiſch- und Baum-Früchte-Zehendes, wie nicht weniger des in natua zu ziehenden Frucht-Zehendes vtilem actionem negatoriam angeſtellet, und dann ſecundum naturam huius actionis der Gegentheil billig den titulum iuris ſui zu dociren, auch die Beklagte den Stiftungs-Brief tanquam inſtrumentum commune zu ediren ſchuldig ſeyn: hiernächſt ſo viel die Præſcription dieſes Zehenden anlanget, die Klägere nothdürftig beſcheiniget, daß ſie bis dahin keine Fleiſch- noch Baum-Früchte-Zehenden gegeben, auch von Rechts-verjährter Zeit ſich nicht darzu verſtanden, den Feld-Zehenden in natura abfolgen zu laſſen, ſondern daß ihnen ſolcher Zehende allemahl gegen billige Bezahlung gelaſſen werden müſſe, worüber die eydlich abgehörten Zeugen erhebliche Urſachen angeführet, und demnach billig allhier ſtatt findet, tantum præſcriptum, quantum poſſeſſum; Im übrigen aber das Kloſter probabilem cauſam exigendi decimas controuerſas vor ſich gehabt:

So hat ſo wol in cauſa principali als expenſarum nichts anders, als im Urtheil enthalten, geſprochen werden mögen.

Quomodo parochiani ad præſtandas decimas compellantur.

§. XXII. Quodſi parochiani obligationi ſuæ non ſatisfaciant, remediis conuenientibus ad præſtandas decimas compelli poſſunt. Equidem canoniſtis hic ſtatim paratum eſt fulmen *excommunicationis*, *c. 5. & 26. X. de decim.* CONCIL. TRID. *ſeſſ. 25. de Reform. c. 12.* MICHAEL *de* CORTIADA *deciſ. 189. n. 8.* Imo priuantur *honeſta ſepultura*, qui eccleſiæ parochiali non reſtituunt decimas. *c. 19. eod.* Et vtinam noſtri parochi etiam hic non excederent, quando priuatis ex affectibus ob minimum lucrum ceſſans parochianis ſuis denegant ſacramenta. Certe facilius eosdem ad S. cœnam admittunt, quando in delictis manifeſtis viuunt, & alias impœnitentes ſunt; ſed ſi ipſis aliquid lucri decedit, tunc ſatis ſtrenui nonnulli eſſe ſolent in deneganda abſolutione. Poteſt aliquando accidere caſus, vt parochiani ſint contumaces, & priuato ex odio denegent parocho conſuetas præſtationes, adeoque ſic impœnitentes ſint, & tunc ob impœnitentiam, quantum fieri poteſt, a S. cœnæ vſu dehortandi. Aſt cauendum quoque parocho, ne ſub hoc prætextu auaritiam ſuam prodat, præſertim cum pauperes ſunt parochiani, quod & ipſi agnoſcunt canoniſtæ: vid. MICHAEL *de* CORTIADA *deciſ. 189. n. 9.* ibique allegati; CARPZ. *lib. 1. iur. eccl. def. 109.* Hunc commendatum ſibi habeant

An recte denegentur ſacramenta in caſu denegatarum decimarum?

beant hoc casu parochi, quibus alias CARPZOVIVS in magno pretio est, ne videantur saltim eum admittere in passibus vtilibus.

§. XXIII. Præter *decimas* ad fructus parochiales quoque aliæ præstationes fixæ spectant. Notæ sunt apud pontificios PRIMITIAE, quæ pluribus modis differunt a decimis, vt ostendit GONZALEZ TELLEZ. *ad c. 2. n. 4. X. de decim.* & CORTIADA *decis. 190.* & non habent obligationem *perfectam*, sed liberi dicuntur esse arbitrii, nisi consuetudine sint loci sunt debitæ, quo casu a parochianis exigi possunt. Sed quia hæ primitiæ in nostris ecclesiis vix occurrunt, hinc eas intactas relinquo; vid. LINKIVS *ad decret. tit. de decim. §. 11. in f.* Primitiæ, sunt arbitrariæ.

§. XXIV. Occurrunt etiam OBLATIONES, quæ nec nostris incognitæ sunt ecclesiis. Originem suam traxisse videntur ex more primitiuæ ecclesiæ, in qua oblationes fiebant a communicantibus ad *agapas* & *postcœnium*, & consistebant istæ in *pane, vino* aliisque similibus, quæ esui erant, itemque in pecunia aut alia re mobili pro *pauperum sustentatione*. ZIEGLER. *ad Lancell. lib. 4. tit. 7. §. 2. verb. oblationes accipiet.* Erant autem oblationes illæ *liberi arbitrii*, & sic nullum ius ecclesiæ ministro ad illarum exactionem præbeant. Ex his oblationibus originem traxisse autumat STRYK. *ad I. E. Brunnem. lib. 2. c. 6. §. 17.* & ex eo LINCKIVS *cit. l. §. 13.* NVMMOS MISSALES die Opfer-Pfennige, qui secundum quorundam locorum consuetudines & constitutiones soluuntur a parochianis omnibus, qui duodecimum ætatum annum attigerunt, singulis trimestribus, alle Quartal. Vnde etiam in *ordin. consist. March. cit. 17. §.* als auch, dicitur hæc pecunia, der Vier-Zeiten Pfennige. De hac oblatione *in iure Saxon. art. gen 23.* ita disponitur: So soll hinführo ein jedes Mensch, das 12. Jahr erreichet, es habe communiciret oder nicht, seinem Pfarrer alle Quartal ein, und also das gantze Jahr vier Pfennige Opfer-Geld unweigerlich zu geben pflichtig seyn. Conf. STYPMANN. *de salar. cleric. c. 5. n. 133. & c. 3. n. 17.* Non vniformes vero sunt hi nummi missales, sed in pagis nonnullis adaucti. CARPZOV. *lib. 1. def. 105. n. 7.* Origo oblationum. Inde orti nummi missales.

§. XXV. Sunt & aliæ minutæ præstationes, parochis imprimis ruralibus in partem salarii assignatæ, quæ in ciuitatibus vix occurrunt, cum vrbani parochi *salaria* habere soleant, ecclesiis ampliori patrimonio abundantibus. Huc itaque pertinent certæ *præbendæ*, quæ in Saxonia inferiori vocantur Prôven, & alibi in festo natalitiorum, alibi alio tempore præstari solent a parochianis in farciminibus, petasone, panibus, iuxta consuetudinem, cuiusuis parochiæ proprium. Sic Aliæ præstationes recensentur. Prôven.

& alii-

Paſch-Eyer. & alicubi certus numerus *ouorum* tempore Paſchatos præſtatur, **Paſch-Eyer**, vid. STYPMAN. *c. tr. c. 5. n. 173. ſeq.* Expreſſe hac de re cautum in *veteri iur. eccleſ. Pomer.* ab Autore cit. allegato *c. 2. n. 129.* his verbis: Item de Pröven up Wihnachten an Gelde, Wörſte und Schincke, Brodt, nah gewöhnlicken Kaſpelrecht, de Witteldach unde Paſchen dem Köſter, davon verehret he den Pfarrhern Inholts des Viſitations-Regiſters. De panibus ſpeciatim conſtitutum in *iure Saxon. art. gen. 40.* ne minutiſſimos panes ex viliori frumento offerant, ſed tales, quales ipſemet pro ſe & ſua familia coquit, ein gewöhnlich Hausbacken-Brodt, das aufs wenigſte einen Groſchen werth, oder ſo er es geringer und dem Kirchner oder Pfarrer nicht annehmlich, ein Silbern Groſchen dafür gegeben werden. Recte autem monet CARPZOV. *lib. 1. def. 140. n. 3.* non præciſe huic æſtimationi inhærendum eſſe, cum annona variet pro ratione temporis & tempeſtatis, adeoque fieri poſſit, vt duobus aut tribus ematur groſſis.

Panes.

Pecunia pro panibus.

Häuſel-Groſchen. §. XXVI. Præterea in *iure Saxon. Elect. art. gen. 24. & 25.* occurrit der Häuſel-Groſchen und Hufen-Groſchen. Iſti nummi præſtantur ab incolis, Häußler, Gärtner und Hausgenoſſen, qui præter ſolos nummos miſſales decimas non ſoluunt. Voluit itaque ſereniſſimus legislator, daß ſie an ſtatt des Decems-Zins oder Brodts, ſo die Hüffner zu geben pflegen, von ihm ſelbſt, ihren Weibern, Kindern und Geſinde (adeoque hi nummi pro quolibet capite, non ſeparatim præſtari debent) über dem gewöhnlichen Opfer-Pfennige (qui nummi cuique perſonæ imponuntur, & in eo a prioribus differunt) dem Pfarrer 18. Pf. jährlich zu geben, und ihm der Richter jedes Orts ſolch Einkommen, beneben dem Opfer-Pfennige fleißig einzumahnen und treulich zu überantworten ſchuldig ſeyn ſollen. Hi vero *nummi*, ſcilicet *manſarii*, die Hufen-Groſchen, præſtantur ab iis, qui agros poſſident, nec tamen decimas præſtant, & in vno groſſo, a quolibet manſo ſoluendo, conſiſtunt, ne melioris ſint conditionis, quam ceteri, qui decimas præſtant, cum tamen merito æqualiter contribuere debeant.

Hufen-Groſchen.

Vtrum hæ præſtationes ſint onera prædiorum. §. XXVII. Sunt adhuc aliæ præſtationes minutiores, quæ ex ſingularum parochiarum conſuetudine dependent. De his vero ſimilibusque iam quæritur, *vtrum ſint onera fundo & ædibus inhærentia, an vero tantum obligationem perſonalem contineant?* Quod ſi poſterius aſſerimus, tertius, in quem res tranſit, ad has præſtationes non obligaretur, niſi quatenus ſimul eſſet parochianus. Verum rectius has ad *onera*, prædiis inhærentia, refert FRANC. STYPM. *de ſalar. cleric. c. 5. n. 282. ſqq.*

quam

quamuis argumenta, quæ ibi congeſſit, non adeo concludant. Sunt ſcilicet illæ præſtationes *fixæ* & ſtabiles, & parochis in partem *ſalarii* conſtitutæ, adeoque in eorum præiudicium vergere poſſet, ſi mera *obligatio perſonalis* ſubeſſet. Quodſi itaque hæ præſtationes fixæ eſſe debent, ſequitur, vt aſſeramus, illas eſſe onera prædiis inhærentia, ſicut dos eſt onus feudi: licet enim hi reditus a perſona præſtari debeant; principaliter tamen *rem ipſam* afficiunt, quo ipſo fit, vt etiam conductor ad hæc onera præſtanda obligetur, ſicuti id experientia plerarumque parochiarum docet, quamuis a locatore has præſtationes repetere, vel a locario deducere queat. Ita reſpondit *Facultas* noſtra *Menſ. Mai. an.* 1697. ad quæſtionem: Ratio decidendi.

> Ob nicht dasjenige, was jährlich dem *reſpective* Herrn *Decano* und Prediger in Friedeburg und Fienſtedt, imgleichen dem Schul-Diener vom Amte an Getreyde, Getränckе, Heu, Mahlzeiten und dergleichen, als ein *Deputat* gegeben werden muß, die Hochgräfl. Herren Pachtere zu tragen?

Ob wol der Pfarr und Schul-Diener Beſoldungen, es beſtehe an Gelde oder Getreyde, ein onus reale ſind, welche ſie von dem poſſeſſore prædii, er mag ſolches ſuo oder alieno nomine nutzen, zu fordern berechtiget ſeyn, und daher auch die Prediger contra conductorem quoad exactionem decimarum eine fundatam intentionem habe:

BRVNNEM. *de iur. eccleſ. lib. 2. c. 6. §. 7.*

Weil aber dennoch das fundamentum deciſionis daraus nicht zu ſuchen, wer denen Predigern ihre aus einem Amt oder Gut gebührende Beſoldung oder Accidentia liefern müſſe, welches allerdings dem Conductori oblieget, ſondern auf welchen finaliter dieſes onus redundire, welches ſonder Zweifel der Dominus prædii übernehmen muß, denn weil auf dieſen alle commoda ex prædio percipienda redundiren, ſo erfordert die natürliche Billigkeit, daß er auch die onera über ſich nehmen müſſe;

per *l. ſecundum naturam 10. D. de R. I.*

Hingegen ein conductor, ob er gleich in würcklicher Hebung der Früchte begriffen, dennoch ſolche gar nicht lucriret, ſondern titulo one-

roſo gegen Abſtattung ſeiner penſion bekömmt, daher dasjenige, was ihm von ſolchen fructibus entzogen wird, Ihm billig hinwiederum erſtattet werden muß, cum grauatus in vno, ſubleuandus eſt in alio, zumahln da er in dem Pacht-Contract ſich ad hæc onera keines weges verbunden:

So erſcheinet daraus allenthalben ſo viel, daß dasjenige, was er denen Predigern bey währenden Pacht-Jahren an Deputat und ſonſt entrichten müſſen, er denen Herren Verpachtern von der Penſion abzuziehen wohl befugt ſey.

Quantitas ſalarii quomodo determinanda.

§. XXVIII. In ciuitatibus parochis plerumque proſpicitur de *certo ſalario*, conſiſtente in determinata pecuniæ quantitate, quæ quolibet ſpatio trimeſtri illis exſolui ſolet, vid. *Magd. ordin. eccleſ. §. 2.* abſque omni diminutione, vel alia denegatione. Dum enim in plurimis locis ſalaria non adeo magna conſtituta ſunt: iniuria fieret parochis, ſi diminuerentur quouis modo. In eccleſiis patronatis præſertim fraudes circa ſalaria occurrere ſolent, imo non raro *pactiones* inter patronum & futurum parochum fiunt, de minori ſalario accipiendo, quod certe tolerandum non eſt; vid. *t. t. X. vt eccleſ. benef. ſine dimin. conf.* Non inique de hiſce corruptis moribus iudicat FRANC. STYPMAN. *de ſalar. cleric. c. 7. n. 54. ſqq.* quem locum vlteriori meditationi relinquo. Quid itaque de hiſce *pactionibus* ſtatuendum ſit, non adeo in ambiguo eſt. Merito hæ reprobandæ, & hinc parochus, his non obſtantibus, ſalarium integrum petere non prohiberetur. Allegaret ſine dubio patronus *propriam turpitudinem*, ſi in pacto illo ſe fundare, & exceptionem *pacti de non petendo* obiicere vellet, propter quem abuſum iuris ſui merito priuari poſſet iure patronatus. Accedit, quod ea ratione, cum ex ſalario exiguo parochus viuere haud poſſit, parochus inducatur, ad varia media ſe exhibendi excogitanda, vnde ſæpe oneroſus eſſe parochianis cogitur. Et denique ſalaria ad *dotem eccleſiæ* pertinent, vt propterea impium ſit, hæc pacto minuere. Conf. STRYK. *in not. ad ius eccleſ. Brunnem. lib. 2. cap. 5. §. 2. verb. potius augeantur.* Illuſtrabo hoc ſequente reſponſo, a *Facultate* noſtra *Menſ. April. an. 1694.* concepto:

Sine deminutione.

Hat derſelbe, als Er nach ſeines Collegen und Paſtoris Abzuge an deſſen Stelle zum Paſtore im Hertzogthum Magdeburg erwehlet worden, mit denen Kirch-Vätern und Vorſtehern ſich dahin verglichen, daß von dem annuo Salario, welches ſeine Anteceſſores gehabt, und in 224. Rthlr. und 2 Wiſpel Brod-Korn beſtanden, in Anſehen des

ihm

ihm vorgestellten schlechten Zustandes der Kirchen, Er überhaupt mit 200. Thlr. und ein Wispel Korn zu frieden seyn wolle. Haben hierauf die Kirch-Väter und Vorsteher seinem Successori im Diaconat an statt des gewöhnlichen, und auch ihm zuvor gereichten Salarii an 125. Thlr. 168. Thlr. versprochen; und wollen nunmehro die Kirch-Väter ihm auf sein Anhalten die völlige Besoldung seiner Antecessorum nicht reichen.

Ob nun wol die Kirchen-Vorsteher vorgeben, daß Sie einmal mit ihm um das Salarium überhaupt gehandelt, und transactio sonsten rei iudicatæ in den Rechten gleich geachtet wird, auch die bekante Rechts-Regel, quod ante fuit voluntatis, ex post facto sit necessitatis, ihm im Wege zu stehen scheinet:

Dieweil aber dennoch die Kirchen-Vorsteher denselben durch das Vorgeben, als wäre die Kirche in schlechtem Zustande, ad transigendum induciret, dieses Vorgeben aber, indem sie dem Diacono sein Salarium alsobald gesteigert, offenbar ungegründet gewesen, und auch die transactiones gar wol ex capite doli rescindiret werden mögen, und ihm der gantze titulus decretalium, vt ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur, billig zu statten kömmt; Ferner bewährter Rechts-Lehrer Meynung nach eiusmodi pacta & transactiones pro turpibus gehalten werden,

STYPMANN. *de salariis clericorum cap. 7. n. 57.*

adeo vt pastor non excludatur maioris salarii petitione, cum pactorum quæ contra bonos mores sunt, nulla sit obligatio,

l. 7. §. 7. D. de pactis.

Ueber dieses die Churfürstl. Brandenb. im Hertzogthum Magdeburg publicirte Kirchen-Ordnung

cap. 19. §. 19.

ausdrücklich dergleichen Pacta untersaget:

So erscheinet hieraus allenthalben so viel, daß denen Kirch-Vätern und Vorstehern nicht zugelassen gewesen, ihm an dem gewöhnlichen Salario etwas abzubrechen, ihm auch nicht præiudiciren könne, daß er das verschmälerte Salarium einmal angenommen, sondern es sind die Kirchen-Vorsteher und Kirch-Väter demselben dasjenige, was sie ihn fallen zu lassen überredet, nachzuschiessen, und ihm hinführo das völlige Salarium in der masse, als dasselbe seine nächsten Antecessores gehabt, zu reichen schuldig. V. R. W.

Salarium parochis vrbanis promte ſoluendum.

§. XXIX. Non ſunt autem ſalaria vnius eiusdemque quantitatis determinatæ, vnde & hodie diſtinguere optime norunt inter magere und fette Pfarren. Magiſtratus tamen prouidere debet, vt tale conſtituatur, ex quo parochus ſe ſuamque poſſit ſuſtentare familiam, de quo plenius disquirit STYPMAN. *cit. c.* 7. Certe dolendum, quod hodie in parochiis nonnullis tam exigui reditus reperiantur, cum tamen, ſi ad priora tempora excurrere velimus, vbi pontificiorum ſub iugo adhuc parochiæ tenebantur, ſat ampli reditus illis in locis ſemper fuerint. Hinc *pii principis* eſt, hiſce quoque defectibus mederi; & merito prouidentia IOH. ALBERTI, Ducis Megalopolitani laudanda eſt, qui hac de re conqueſtus eſt in ſuo teſtamento, & filiis ſuis ſeuere iniunxit, vt hoſce defectus emendarent. Verba huc pertinentia ex adducto teſtamento recenſui ſupra *ſect. VI. c. 1.* Conf. THOMAS. *de offic. princip. in aug. ſalar. min. eccl.*

Remedia ad defectus circa ſalaria corrigendos.

§. XXX. Vt itaque hiſce defectibus remedium aliquod præbeatur, varia in medium adduci ſolent conſilia, quæ etiam non obſcure in teſtamenti prælaudati verbis exprimuntur. Hoc certe indubium eſt, *viſitationes* frequentiores multum conducere ad tollendas illas difficultates, quæ hic ſuboriri ſolent. De reuocandis bonis ſeculariſatis, quod etiam aliqui vrgent, diſpiciendum alibi. Optimum quandoque conſilium ad ſubleuandam parochorum indigentiam *vniones parochiarum* eſſe puto, quod etiam vrget FRANC. STYPMAN. *de ſalar. cleric. c. 10. n. 402.* Alibi enim iam dictum, fieri illam poſſe *ex iuſta cauſa*: quo poſito, nemo facile negabit, indigentiam parochialis eccleſiæ eſſe iuſtam cauſam vniendi illam cum alia, æque indigente; niſi aliæ difficultates vnionem impediant, de quibus princeps cognoſcere debet. Qua ratione denique parochiani neceſitatibus parochi ſui ſuccurrere debeant, dicetur alibi.

Cuinam caſus fortuitus circa præſtationes noceat?

§. XXXI. Poſſunt vero illa, quæ ſalarii loco parochis aſſignata ſunt, & in certis præſtationibus conſiſtunt, aliquando per caſum fortuitum interuerti, vbi quæſtio oritur, *cuinam caſus fortuitus noceat, vtrum parocho, an parochianis, ad conſuetas præſtationes obſtrictis?* Quod ſi prædia integra deſtruantur, agri fluminibus abſorbeantur, facile patet, onera, illis agris inhærentia, quoque eo ipſo interire. Si pars autem intereat, in decimis quidem ſimul parochus damnum ſentiet, quia ex illo fundo iam tot reditus amplius ſperari non poſſunt. In aliis autem præſtationibus æquior eſt ſententia STYPMANNI *c. l. c. 8. n. 32.* præſtationes integras adhuc deberi, quoniam onera, rei inhærentia, per interi-

tum

ritum partis non tolluntur. Quodsi res plane non perit, sed *casu fortuito* in eum statum redigitur, vt fructus per aliquod tempus ferre non potuerit, maior ratio dubitandi nascitur, vtrum parochi *ex agris desolatis*, von den verwüsteten Höffen, possint exigere prouentus & præstationes consuetas, veluti Schincken, Würste, Brod, Eyer, Huffen-Groschen ꝛc. Hanc quæstionem *imperiali decisione* dignam iudicat STYPMAN. *cit. l. n. 40.* vbi per plures rationes dubitandi & decidendi illam exponit. Totam controuersiam huc demum redire existimo, *vtrum illæ præstationes consistant in portione ipsorum fructuum, vt decimæ? an ipsius rei onera sint?* Priori casu, quia hactenus nulli fructus percepti, decimarum nomine quoque nihil peti posse videtur; vnde & in *iure eccles. Saxon. art. gen. 21.* tantum requiritur, vt frumenti decimæ in eo præstentur frumento, so gut es ihnen gewachsen. Ceterum cum supra dictum, reliquas præstationes *onera rei* esse, nec præcise respectum habere ad fructus: parochi habebunt intentionem fundatam pro petendis & exigendis præstationibus ordinariis. Accedit, quod parochi interim suo non defuerint officio, adeoque huc regula applicari non possit, casum nocere facienti, quæ tamen omnia intelligere volo sub limitatione, quam in *§. 23.* adieci de *vrgentissima paupertate* parochianorum.

CAP. II.

De

Iuribus stolæ.

von

Pfarr-Amts-Gebühren.

§. I.

SVperest adhuc aliud genus redituum & emolumentorum parochialium, quæ specialem exposcunt indagationem, cum a reditibus fixis & hactenus recensitis aliquo modo differant, scilicet emolumenta illa, quæ parochis obueniunt occasione *præstiti officii sacri specialis*, veluti, pro absolutione, baptismo, benedi-

nedictione, precibus publicis, proclamatione, concione funebri, pro receptione in gremium ecclesiæ &c.

Stola quid?

§. II. Huiusmodi præstationes communiter appellari solent IVRA STOLAE. Est autem *stola* vestimentorum certum genus, olim mulieribus quodammodo proprium, vti apparet ex *l. 23. §. 2. D. de aur. argent. mund.* Verum hoc non perpetuum fuit, cum, vt demonstrat GOTHOFREDVS *in not. ad cit. l. lit. 8.* stola etiam vsi fuerint masculi. In genere denotauit omnem vestem, quæ corpus tegeret, quod plenius ex antiquitate Romana probat illustraque SAMVEL PITISCVS *in lexic. antiq. Roman.* voce STOLA. Translata deinde hæc vox ad habitus & vestimenta clericorum. Postquam enim superstitio ecclesiam deprauauit; quæsiuerunt clerici, interno cultu depositio, externo aliquo splendore & externis ritibus vestimentisque variis populum rudem allicere, vti non ex animæ proprio desiderio, saltim externa illa pompa caperetur, præsertim cum vulgus externis magis inhæreat, sensus externos afficientibus. Accedit, quod crederent, *sacerdotium* veteris testamenti ad clericos noui testamenti esse translatum, & hos in locum sacerdotum & leuitarum surrogatos, adeoque eos obstrictos esse, vt peculiari vestimentorum genere a cetera plebe dignoscerentur, sicuti Deus in veteri fœdere sacerdotibus peculiaria vestimenta, quando rem diuinam faciebant, assignauerat, præscripseratque. Optime hoc circumscribit HVBER. *in historia ciuili p. 2. lib. 3. sect. 1. §. 7.* Non aptior præterea videbatur ratio, populum in deuotione erga clerum detinendi & conseruandi, quam si etiam sacra peragerent, non in vestibus vulgaribus, sed aliis peculiariter ad hoc consecratis & destinatis.

Vestimentorum vsus a iudæis promanauit.

§. III. Neque vero ipsi diffitentur canonistæ, se vestimentorum sacrorum vsum a iudaismo repetiisse, ceu iam adnotauit HVBER. *loco alleg.* conf. STEPHAN. *instit. iur. can. lib. 2. c. 2. n. 8.* adeoque non mirandum, quod hodie clerus romanus tot vestibus luxuriet, quamuis mysterium quoddam sub iis latere, rudi plebeculæ persuadere conetur. Inter *vestimenta* autem *sacerdotalia* hæc vulgo numerantur. Primum locum tenet *amictus*, quo sacerdotis collum cingitur, & caput velatur. Sequitur *alba* seu *tunica lintea*, quæ & *talaris* dicitur, eo quod ad talos vsque descendat. Post sequitur *zona*, seu cingulum, & denique *stolam* induit, quæ totum corpus tegit, & ad genua vsque protenditur. Vid. DVRAND. *de rit. eccles. cathol. l. 2. cap. 9.* Fusissime hac de materia agit ANDREAS DV SAVSSAY *in panoplia sacerdotali, seu de venerando sacerdotum habitu, eorumque multiplici munere ac officio in ecclesia Dei.*

Dei, in quo tractatu multa mysteria, & diuinam quandam sapientiam in sacerdotum habitu latitare, credit docetque.

§. IV. Sicuti vero pontificii ab externis quibusdam signis illa, quæ sunt *officii* & *potestatis* singulorum, designare voluerunt: ita quoque vestimenta characterem *officii* & *potestatis*, qua quilibet ex clero in hierarchia Romana pollet, repræsentant. Sic patriarchæ & archiepiscopi peculiare habent *pallium*, de cuius confectione, forma externa, aliaque consecratione videri possunt canonistæ ad *tit. X. de vsu pallii*, & quæ ipsemet de ea ex antiquitatibus obseruaui in *tr. de iure eccles. protest. tit. de vsu & autor. pallii.* Consequuntur eo ipso archiepiscopi plenissimum ius exercendi *legem diœcesanam*, aliaque peculiaria iura, potestatem eorum determinantia. Eodem modo *stolæ* officii suscepti character erat, & in consecratione solenni conferebatur, qua semper induti esse debebant, si officium aliquod ecclesiasticum peragere vellent. Quæ cum ita sint, stola tandem metonymice, scilicet adhibito signo pro re signata, denotari cœpit *ipsum officium sacrum*, adeo vt *stola priuari* idem denotet, ac officio & dignitate destitui; vid. DV FRESNE *in Glossar. voc. Stola.* Et *iudicare stola* idem sit, ac officium sacrum peragere, iuxta versiculum decantatum:

Pallium.

Stola, officii parochialis signum.

Stola officium sacrum denotat.

Herbipolensis sola iudicat ense atque stola.

§. V. Atque ita facilius intelligere possumus, quænam dicantur IVRA STOLAE. Vox enim *iuris* tam ambigua est, vt etiam accipiatur pro *honorario* & *sportulis* præstandis, vnde nata phrasis: die gewöhnlichen iura præstiren, Cantzley-iura, qua appellatione *sportulæ cancellariæ* aulicæ imperialis, iuxta taxam præscriptam præstandæ, denotantur, vid. *appendix iur. feud.* STRYKII *sub num.* 5. Sunt itaque *iura stolæ* ipsa honoraria & sportulæ seu emolumenta, quæ parochis ratione *stolæ*, h. e. officii sacri, per stolam significati, præstantur, Germ. Pfarr-Amts-Gebühren, alias vocari solent *accidentalia*, accidentien. Verum hæc vox generalior est, & in genere de omni emolumento, *extraordinarie* ratione officii cuiuscunque percepto, prædicatur. FRITSCH. *de accidental. c. 1.* Quid quod etiam *accidentalia* dentur, quæ non semper respectum habent ad officium aliquod sacrum speciale præstandum, veluti quod a parochianis ex mera liberalitate in parochos tempore noui anni, diei natiuitatis &c. soluitur, quæ tamen reuera nullam obligationem perfectam continent.

Iura stolæ quid?

Accidentalia.

§. VI.

§. VI. Anteqnam autem de ſingulis iuribus ſtolæ quid referamus, tria maxime capita excutienda ſunt: (1) origo eorundem, (2) iuſtitia, & (3) obligatio, vtrum *perfecto* an *imperfecto* iure debeantur?

Origo iuium ſtolæ.

Origo harum præſtationum dependet ex *liberalitate* quorundam laicorum, qui ex mera virtutis operatione clericis ſoluere ſolebant honorarium, ſeu remunerationem quandam pro exhibito officio ſacro. Quamuis enim prohibitum erat, pro adminiſtrandis officiis ſacris quid exigere: *cum in eccleſiæ. X. de ſim.* à ſponte tamen & liberaliter offerentibus pecuniam accipi, minime interdictum erat, *c. 12. C. 13. quæſt. 2.* Sed ſicuti illa, quæ ante liberi arbitrii meræque facultatis erant, facile tractu temporis, accedente longa praxi & obſeruantia conſtanti, conuerti poſſunt in *neceſſitatem;* ita ſimiliter hic factum eſſe conſtat, quod bene exponit PAVLVS SARPIVS in *tr. des benefices art. 28.* inquiens: *comme quelques gens pieux & riches donnoient, s' ils vouloient, quelque choſe pour la ſepulture de leurs parens, ou pour les ſacramens, qu' ils recevoient, la courtoiſie ſe conuertit en dete, jusque à introduire la coutume, de païer tant, ce qui fut un ſujet de diſpute, les laïques ne voulant rien païer pour l' adminiſtration des Sacramens, parce qu' ils ne païoient les dismes, que pour cela; Et les eccleſiaſtiques refuſant de faire leurs fonctions, ſi l' on ne leur donnoit ce, qu' ils prétendoient être d' uſage.*

Prohibita hæc iura in concil. Lateran.

§. VII. Dedit hæc controuerſia anſam in *concilio generali Lateranenſi* conſtituendi ab INNOCENTIO III., ne tale quid in poſterum exigeretur a parochianis. Verba huius conſtitutionis referuntur in *c. 42. X. de Simon.* vbi ita diſpoſitum: *Ad apoſtolicam audientiam frequenti relatione peruenit, quod quidam clerici pro exequiis mortuorum & benedictionibus nubentium & ſimilibus pecuniam exigunt & extorquent: & ſi forte eorum cupiditati non fuerit ſatisfactum, impedimenta fictitia fraudulenter opponunt. E contra vero quidam laici laudabilem conſuetudinem erga ſanctam eccleſiam, pia deuotione fidelium introductam, ex fermento hæreticæ prauitatis nituntur infringere ſub prætextu canonicæ pietatis. Quapropter ſuper his prauas exactiones fieri prohibemus, & pias conſuetudines præcipimus obſeruari: ſtatuentes, vt libere conferantur eccleſiaſtica ſacramenta, ſed per epiſcopum loci veritate cognita compeſcantur, qui malitioſe nituntur laudabilem conſuetudinem immutare.* Quamuis itaque reuera iura ſtolæ in hoc concilio ſint interdicta, clerici tamen facile interpretationem quandam huic conſtitutioni adiicere potuerunt, vi cuius illud, quod *directo* erat prohibitum, *per indi-*

Falſa interpretatio clericorum huius.

interdictum consequerentur. Animaduertebant, *piam & laudabilem consuetudinem* in hoc textu sustineri, inde statim hanc ipsam ad *iura stolæ* referebant, & effingentes in suis parochiis quandam consuetudinem, auxilio episcoporum, qui partem de tunica sine dubio accipiebant, eo adigebant parochianos, vt nisi publicis censuris se exponere vellent, auaritiæ clericorum omnia indulgere deberent. Sed iam cordatiores expontificiis adnotarunt, cauillatoriam hanc parochorum fuisse interpretationem, nec id diffitetur DVARRENVS *de sacris eccles. minister. lib. 7. cap. 6. circa fin.* quamuis maluerit ἀπέχειν. Quin in ipso *concilio Tridentino* hac de interpretatione pessima quidam conquesti sunt, vti optime annotat AMELOT DE LA HOVSSAIE *in not. ad Paulum Sarpium cit. loc.* inquiens: *Cette constitution aiant été alléguée au Concile de Trente, Jean Marie de Monte premier legat dit, que c' étoit faire grand tort à ce Pape & au Concile general de Lateran, de croire, qu' ils eussent autorisé un si grand abus; & que si on lisoit les Chapitres, qui précédent celui-ci, l' on verroit clairement, que ce Concile avoit condanné cette coutume, & que dans le dit Chapitre il n' aprouvoit point l' usage des ofrandes pour l' administration des Sacramens, mais seulement certaines pratiques loüables, établies en faveur des Eglises, comme les dixmes, les premices, les ofrandes à l' autel &c.* Videtur tamen hæc Cardinalis MONTANI admonitio satis commoda & necessaria caruisse effectu: quamuis enim in *Sess. 21. de reform. c. 1.* constitutum legamus, vt episcopi *gratis* ordines conferant, & dimissorias & testimoniales eodem modo dent; de parochorum exactione tamen nihil ibidem continetur, sed patres concilii communi interpretationi, clero fauorabili, insistere, quam defectus emendare maluisse videntur.

ius canonis pro conseruandis iuribus stolæ.

Cardinalis Montani querelæ de hac pessima interpretatione in concil. Trident.

§. VIII. Mansere itaque parochi in *perpetua & quieta possessione* percipiendi *iura stolæ*, & sine dubio illa continuata est post tempora reformationis in nostris ecclesiis. Illud forsan mireris, quare circa hæc iura stolæ reformatio necessaria sit intermissa, cum tamen merito reformatio quædam fieri debuisset? Verum historia temporis istius docet, reformationem in his fieri non potuisse, nisi plane parochis necessaria vitæ subsidia simul essent auferenda, quod tamen iniquum erat. Cum enim post reformationem bona ecclesiastica per secularisationem aliasque varias subtractiones, quas turbidus rerum status promouebat, ad profanos vsus hinc inde conuerterentur: ecclesiæ ingentem substantiam amiserunt, vnde alias commode potuissent parochi sustentari. Hinc merito hæc iura stolæ ipsis relinquenda erant, vt in

Quare hic reformatio necessaria sit intermissa?

partem ſalarii cederent: quamuis non dubitem, parochos noſtros ægre non laturos, ſi res in priſtinum ſtatum reducerentur, & ita reductis revocatisque bonis ablatis, iura ſtolæ ipſis auferrentur.

An iura ſtolæ iuſtitiæ non repugnent?

§. IX. Alterum caput, quod de *iuſtitia horum iurium* agit, variis inuolutum eſt difficultatibus. Valde ſudant canoniſtæ, vt hæc iura a *crimine ſimoniæ* liberent. Quæ ſit ſententia Ieſuitarum & Moraliſtarum pontificiorum, recenſet ZIEGL. *ad Lancell. lib. 4. tit. 3.* Alia videtur incedere via LVDOVICVS ENGEL. *ad tit. de ſimonia §. 3. num. 13.* vbi dicit, non exigi pretium ſacramenti, ſed tanquam ſtipendium neceſſarium pro ſuſtentatione miniſtrorum eccleſiæ. Porro pecuniam pro miſſa & precibus dari, non tanquam *pretium* pro re illa ſpirituali; ſed pro *mercede* operis & ſeruitii, ad quod præſtandum gratis nemo obligatus eſt, licet alias ſufficientes reditus habeat. Verum hi colores eleganter incruſtant iura ſtolæ, ſed, ſi penitius examinantur, plures abſurditates in ſe continent. Si enim parochi habent ſufficientes reditus, quos *generatim* pro quocunque officio ſacro ſibi aſſignatos ſciunt, quid opus eſt iuribus ſtolæ, cum iam aliunde habeant, quo viuere poſſint? Cur remuneranda ſunt *ſpeciatim* quæcunque officia ſacra, cum *generatim* pro laboribus ſacris præbenda ſufficiente inſtructi ſint? Deinde quod nemo *gratis* teneatur alteri inſeruire, & quod qui altari inſeruit, de altari quoque viuere debeat, huc applicari nequit, cum gratis operas ſuas haud præſtent, ſed aliunde opera eorum ſatis compenſetur. Alios prætextus, qui de *conſuetudine immemoriali* adducuntur, non tangam, cum diuturnitas temporis peccata non minuat, ſed augeat; *c. 8. & 9. X. de ſimon.*

Canoniſtarum ſententia excutitur.

Quatenus iura ſtolæ tolerari poſſint?

§. X. Cum vero in noſtris eccleſiis, præſertim in villis & pagis, reditus parochiales, vt dictum, adeo minuti ſæpe deprehendantur, vt, ſi parochis *iura ſtolæ* auferre vellemus, plane fructu potiore parochiali carere deberent, quod tamen ne fiat, omnino prouidendum, & vero parochiani in ſubſidium ad ſuſtentationem obſtricti ſint: excuſandi ſunt parochi, ſi iura ſtolæ a parochianis ſuis petant, quippe qui, his ſublatis, nihilominus ad ſuſtentationem eorum tenerentur. Ad hunc caſum rectius adplicantur argumenta, quæ antea adducta ſunt; & ſicuti nulla ſimonia committitur, ſi *generatim* pro officio ſacro clericis ſoluitur ſufficiens ſalarium: ita nullum ſubeſſe quoque poteſt vitium, ſi, deficiente ſalario, clericus viuere debet ex iuribus ſtolæ, quæ *ſpeciatim* pro ſingulis curis & laboribus ſoluuntur. Equidem diffiteri nequeo, infinitis abuſibus hæc iura eſſe obnoxia, imo anſam ad multas iniquita-

Multis abuſibus hæc iura ſunt obnoxia.

tes

tes posse dari, vt in singulis iuribus postea ostendam, adeoque consultius vtique fore, si alia ratione & via parochis prospiceretur de sufficiente salario, vti optime notauit SECKENDORF. in Christen-Staat *lib. 3. c. 6. §. 4.* inquiens: So ist auch die Art der Accidentien an vielen Orten, wenn mans genau betrachtet, nicht recht wohlständig, sondern macht dem Predigt-Amt kein fein Ansehen, erregt Streit und Unwillen, und könte viel besser auf ehrlichen und untadelichen Unterhalt gedacht werden. Verum antequam id fiat, inuidenda non sunt parochis accidentalia consueta, præsertim cum pii parochi temperamentum adhibebunt, vt abusus euitentur, impii autem ne quidem a sua auaritia abstinebunt, si vel maxime salarium certum iis statuatur. Equidem Propheta *Meleachi I, 10.* imputat Leuitis in peccatum, quod gratis nulla sacrificia faciant. Sed notum est, quod illis Deus prospexerat de sufficienti reditu, decimis scilicet, quibus contenti esse iubebantur. Ex quo quidem illud inferri potest, si parochi alios sufficientes reditus, quos *generatim* pro officii sacri præstatione percipiunt, habent, rectius eos facturos, si iuribus stolæ plane abstineant. Conf. CARPZ. *lib. 1. def. 110.*

Iura stolæ stricte sunt interpretanda.

§. XI. Cum itaque appareat, iura stolæ in ecclesiis nostris ob conditionem earum variosque abusus, quibus obnoxia sunt, magis tolerari quam approbari: merito inde infertur, illa stricte esse imterpretanda, & extensionem non recipere, adeoque merito peccare parochos, si *noua accidentalia* introducere velint. FRITSCH. *de iure accident. c. 5. §. 3. & 4.* Vnde in *recess. prouinc. March. de anno 1653. §. 20.* prouisum. Es sollen die Pfarrer wegen der Gebühr für die Taufe der Kinder und Ehelichen Copulationen niemand übersetzen, sondern sich an dem genügen lassen, was sie vor Alters gehoben, oder bey der Visitation ihnen zugewilliget worden. Valde abusum parochorum taxauit Pastor quondam & Superintendens Hallensis ARNOLD. MENGERING. *in scrutinio conscientiæ c. 11. qu. 69.* cuius verba adducta sunt a FRITSCHIO *cit. l.* & STRYK. *in not. ad I. E. Brunnem. l. 2. c. 5. §. 6.* quæque hic repetere non intempestiuum videtur. Ita vero ille: Prediger fragen sich, ob sie verordnete und nach Gebrauch der Kirchen begünstigte und bestimmte accidentia, oder Bey-intraden ihres Gefallens gesteigert, erhöhet, und gleichsam ihren Pfarr-Kindern, was und wie viel sie zum Aufgeboth, Einsegnen, Kindtaufen, Leichgängen geben sollen, vorschreiben, setzen und anheischen wollen? Dis ist absonderlich zu erinnern und zu rügen, denn es einer und der ander hierunter mercklich versiehet. So gar hat der leidige Geitz und Geldsucht manche Priester

Auiditas parochorum augendi iura stolæ.

heut zu Tage beſeſſen, daß ſie mit dem guten Willen und Vermögen ihrer Pfarr-Kinder nicht zufrieden ſeyn, oder ſich mit einer freyen einfältigen Gabe und Verehrung ſättigen und begnügen laſſen wollen.

Ab initio iura ſtolæ debita fuerunt iure imperfecto.

§. XII. Denique ſupereſt tertium membrum excutiendum, *quo iure debeantur iura ſtolæ, vtrum perfecto, an vere imperfecto*, h. e. *an poſſint remediis coactiuis exigi, ſi parochis a parochianis denegantur?* Cum iura ſtolæ non ſint vnius eiusdemque naturæ: vna quoque deciſione quæſtio abſolui nequit. Hoc certum eſt, ab initio eadem fuiſſe liberæ voluntatis, quippe ex *liberalitate* mera dependentia. Sed, vt dictum, tranſiit hæc in neceſſitatem, non tamen quoad omnia; quædam enim adhuc retinuere priſtinam naturam. Vnde diſtingui poteſt inter ea, quæ *certam & determinatam præſtationem* legibus eccleſiaſticis, aut alias conſuetudine acceperunt, & quæ pudori cuiuscunque relicta ſunt. Ibi ſine dubio *ius perfectum* parocho naſcitur pro exigendis illis iuribus. Prouiſum itaque in *ordin. conſiſt. March. tit. 17. §.* Was auch ꝛc. was auch dem Pfarrer und Kirchen-Dienern in erhaltener viſitation an accidentien zugeordnet, oder ſie ſonſt vor Alters gehabt, davon ſoll ihnen nichts entzogen, ſondern vielmehr, ſo es füglich geſchehen kann, gebeſſert werden. Equidem pontificii ſuis cenſuris ſibi ius dicunt, quod tamen ſimoniacum eſſe non credunt. Diuerſa enim eſſe aiunt, *conuenire* aliquem pro exigendis iuribus ſtolæ ante adminiſtrationem, & *cogere* aliquem per cenſuras poſt eam: hoc legitimum eſſe credunt, illud vero ſimoniacum. PAVLVS SARPIVS *in tr. des benefices art. 28. in f.* Adeo autem clerus Romanus in Germania in exactionibus rigidus fuit, vt Principes Imperii in *grauaminibus, oratori pontificis oblatis art. 86.* publice hac de re fuerint conqueſti. Poſteriori caſu obligatio tantum adeſt imperfecta, id quod eo pertinet, vt a confitente vel pro adminiſtratione baptiſmi nihil exigere liceat. CARPZ. *lib. I. iurispr. conſiſt. def. 119.* Hoc in *ordin. eccleſ. Saxon. art. gen. 26. in pr.* laudabiliter conſtitutum. Es ſoll niemand von Reichung des Hochwürdigen Sacraments der Taufe und des Nachtmahls des HErrn dem Kirchen-Diener etwas zu geben pflichtig ſeyn. Verum mores hic variant, & alicubi *nummus confeſſionis* pars ſalarii eſſe prætenditur, vbi ſine dubio obligationem perfectam habebit. Quid vero dicendum in dubio, ſi non conſtet, vtrum *perfecto* an *imperfecto iure* debeantur? Equidem fere vbique iura ſtolæ ſunt neceſſitatis, adeoque hodie quidem pro illa erit præſumtio, vbi tamen excipio nummum confeſſionarium, & illud, quod ſolui ſolet pro *preci-*

Quædam iura ſtolæ debentur iure perfecto.

Quædam imperfecto.

Quid dicendum in dubio.

bus

bus publicis, vbi merito valere debet illud ICti: *multa honeſte accipiuntur, quæ minus honeſte petuntur; l. 1. §. 5. D. de extraord. cognit.* STRYK. *ad Brunnem. I. E. lib. 2. c. 5. §. 6.*

§. XIII. Cum vero iura ſtolæ fructibus parochialibus annumerentur, LINCKIVS *de epiſc. iur. c. 8. §. 15.* & in eo a decimis aliisque præſtationibus realibus differant, quod hæc magis ob *officium perſonæ præſtitum* debeantur, cum illa ſine reſpectu ad perſonam ex re intra parochiam ſita exigantur: ſequitur, vt tantum parochiani alicuius parochiæ ad hæc iura præſtanda ſint obligati. Eſt inde porro euidens, quantum interſit parochorum, ne parochiani extra parochiam ſuam ſacramenta percipiant, aut alios actus exerceant, & licet id vel maxime fiat, tamen parocho proprio non denegata facultas iura ſtolæ ſibi debita exigendi. Solet tamen non raro controuerſia moueri, quando diuerſæ religionis incolæ in aliqua parochia reperiuntur, *an parocho etiam ius exigendi iura ſtolæ competat ab illis, qui diuerſæ ſunt religionis, & ſacramenta aliosque actus in alia vicina parochia iuxta Inſtr. Pac. exercent, interim tamen intra parochiam habitant?* Si res eſſet diiudicanda ſecundum principia, hactenus expoſita, parocho exigendi ius vix competeret, præſertim cum iura ſtolæ ſint perſonalia, & a parochianis pro ſpeciali officio & labore ſacro præſtito debeantur, qualem non deſiderant diuerſæ addicti religioni: neque etiam actus, propter quos iura hæc præſtantur, expediuntur a parocho illius loci, quomodo ergo quid prætendere eo nomine poterit? Verum hæc argumenta ſæpe non admittit praxis locorum. Interim videmus, rationes noſtras admiſſas eſſe in receſſu quorundam Statuum Imperii, ante plures annos hac de re facto, cuius mentionem facit LINCKIVS *de iure epiſcop. c. 8. n. 16.* Verba huc pertinentis ſunt hæc: Und nachdem auch dieſer Zweifel vorgefallen, wie man ſich beyderſeits ratione iurium parochialium künftig gegen einander zu verhalten haben möchte, ſo iſt Kraft dieſes verglichen worden, daß die iura realia, als da ſeyn die Witthums-Zehend und andere dergleichen Fälle bey einer ieden Pfarre, wohin dieſelbe jederzeit gehörig geweſen, ohne Unterſcheid der Religion verbleiben. So viel aber die iura perſonalia ſtolæ belangt, weiln ſich für dismal kein vorſtändiges Mittel zu einem beſtändigen Vergleich bezeiget, iſt die Sache dahin geſtellet worden, daß bis auf künftige weitere Handlung ermeldte iura ſtolæ an dem Ort errichtet werden ſollen, wo die Perſon, welche ſolche be-

Iura ſtolæ præſtantur a parochianis.

An parochiani diuerſæ religionis hæc iura præſtare debeant?

Adducitur receſſus quorundam ſtatuum imperii.

zahlen soll, nach Gestaltsame ihrer Religion die geistliche Verrichtung empfähet, als daß die Catholischen Unterthanen die iura stolæ denen Catholischen Priestern, die Augspurgische confessions-Verwandte aber ihren Pastorn oder Pfarrer verreichen sollen, ohngeachtet ein oder die andere solche Person anderwerts eingepfarret wäre.

Quibusnam parochis debeantur iura stolæ, si plures adsint?

§. XIV. Quandoquidem vero parochialis ecclesia non raro duobus, tribus vel quatuor parochis est instructa; ita iam videndum, quibusnam iura stolæ competant? Certe si omnes actui parochiali interfint, veluti ducendo funeri, omnibus quoque iura stolæ soluenda esse constat. Sed alii tamen actus non nisi ab vno possunt expediri, veluti confessio, baptismus &c. vbi vel alternis vicibus solent quædam ministeria peragi, vel etiam parochianis integra erit electio, vti in confessione accidit: alibi aliter hoc esse determinatum constat. Solet tamen non raro inde inæqualitas respectu redituum inter parochos oriri, & sic litibus ansa dari, ad quas præcauendas quidam vtile esse crediderunt, æqualem diuisionem accidentalium inter eosdem instituere, quod remedium etiam commendat STRYK. *ad ius eccles. Brunnem. l. 2. c. 5. §. 6.* Examinauit latius hanc quæstionem STYPMANN. *de salar. cleric. c. 7. n. 86. sqq.* vbi tandem diuisionem reiicit, sed argumentis, pro diuisione militantibus, non satisfacit, multo minus eius rationibus aliquid roboris inest. Nam quod dicit, *inueterata non sine iusta causa esse mutanda*, petitionem principii continet, licet vel hodie adhuc hæc Diana adoretur. Nonne enim satis vrgens causa subest, quando eo ipso contentiones inter parochos tolluntur? Deinde plures circumstantias supponit, ex quibus aliquando videri posset æqualitas minus commoda, quæ vel remotius petita, vel nullam continent incommoditatem. Præterea in legibus ferendis magis respiciendum ad id, quod *vt plurimum* fit, non quod bis aut semel accidere potest. Inane porro argumentum est, quod nulla detur actio ad diuisionem accidentalium, quod concedi potest, quamdiu aliqua diuisio accidentalium non est introducta. Postquam vero introducta est, quis dubitet, iam dari actionem? Et denique omnia eius argumenta fere eo tendunt, vt euincant, parochum ad diuisionem iurium stolæ non esse obstrictum, antequam lege hæc præcepta fuerit, quod quidem facilius concedi potest, de quo casu tamen hic non loquimur.

Annon vtilius sit, omnia accidentalia diuidere inter parochos?

Nummus confessionarius.

§. XV. Inter iura stolæ autem præcipuum fere locum continet *nummus confessionarius*, **der Beicht-Pfennig**, de quo hodie præsertim

ſertim variæ ſunt controuerſiæ & querelæ. Iam LVTHERVS *t. I. Ien. Lat. fol. 126. b.* ſuo tempore dixit: *Claues Chriſti fecerunt auaritiæ miniſterium*, quod licet ad iniuſtas exactiones applicari poſſit, non tamen negandum, plura incommoda & iniquitates inde oriri, vt omnino conſultius eccleſiis noſtris videretur, ſi loco huius nummi aliunde eccleſiæ miniſtris proſpiceretur. Vid. STRYK. *cit. l.* Non me quidem latent argumenta, quæ pro defenſione huius nummi allegari ſolent, quæque etiam adducit CARPZOV. *in iurispr. eccleſ. lib. I. def. 118.* Verum ſi prætextus a veris cauſis ſeparamus, alia facies rerum inde naſcitur. Nec id diffitentur theologi cordatiores, ceu videri poteſt apud FRITSCH. *de iure accident. c. 7. §. 7. &* PETR. MVLLER. *de nummo confeſſ. theſ. vlt.* Ceterum id caute prouiſum in *ordin. Saxon. elect. art. gen. 26.* ſponte oblatum hunc nummum accipi, exigi autem non poſſe, adeo vt pœna exigentis hunc nummum, tanquam debitum, ſit *remotio ob officio*, quemadmodum patet ex reſcripto ſupremi Conſiſtorii Dresdenſis adducto a MVLLERO *cit. loc. th. 3.* his verbis concepto: Wir haben euren eingeſchickten Bericht, die Irrungen, ſo zwiſchen dem Pfarrer-Subſtituten zu Boßdorf und den Eingepfarreten zu Leindorf und Wetzendorf, wegen des eingeforderten Beicht-Pfenniges und allerhand Neuerungen, ſich bisher enthalten, betreffende, verleſen hören. Wiewol nun dem Pfarrer die Beicht-Pfennige von dem, ſo ſie freywillig ungefordert reichen, anzunehmen unverboten ꝛc. Wollet unterdeſſen dem Subſtituten bey Verluſt ſeines Dienſtes befehlen, daß er für die Beicht und Taufen von den Leuten Inhalts des 26. general-Articuls nichts fordern, auch ſonſten aller Neurung ſich gäntzlich enthalten ſolle ꝛc. An exigi poſſit?

§. XVI. Porro huc ſpectant *funeralia*, de quorum abuſu & illegitima exactione iam quædam dicta ſunt in materia *de iure paroch. circa ſepulturam.* Determinata vero hic ſunt funeralia iure Saon. *cit. l.* quamuis fere dubitem, an parochi hoc minimo pretio ſint contenti, vnde & CARPZOV. *lib. 1. def. 112. in f.* aſſerit, ſi conſuetudine pinguius honorarium ſit introductum, huic præciſe ſtandum. Sed de modo introducendi eiusmodi conſuetudinem non conſtat, cum reuera augmentum liberæ & meræ voluntatis ſit, & ſic determinntionem perpetuam non habeat. Cuinam autem parocho illa funeralia debeantur, iuxta conſuetudines locorum decidendum. Ordinarie parocho loci, vbi quis mortuus, debentur, vt adeoque peregrini hoc intuitu quoque ad parochianos referendi, ceu alibi ſuſius dictum. Quodſi parochiani diuerſæ reli- Funeralia. Cuinam parocho debeantur? Cuinam debeantur, ſi

Parochiani sunt diuersæ religionis.

religionis, h. e. catholicæ & proteſtantium religioni addicti, in aliquo loco occurrant, de illis diſpoſitum in *inſtr. pac. artic. 5. §. 35.* vt quidem publicis cœmeteriis arceri non debeant, cuiusque tamen eccleſiæ parochialis iura, pro demortuis pendi ſolita, præſtentur. Hoc etiam ad alia *iura ſtolæ* recte applicatur, vt ex ſequente reſponſo Facultatis noſtræ de anno 1697. Menſe Mai. apparet.

Iſt Anno 1697. bey entſtandener Streitigkeit wegen der Stadt-Kirchen daſelbſt zu St. Nicolai zwiſchen denen Evangeliſch-Lutheriſchen und Reformirten ein ſolenner Vergleich getroffen, und darinnen beliebet, daß die Kirche zu St. Nicolai denen Reformirten verbleiben, die Lutheriſchen aber an ſtatt derer eine andere in der Stadt aufbauen ſolten, worzu von Reformirter Seiten 12000. Thlr. nebſt Abtretung der Archi-Diaconats-Beſoldung und eines Pfarr-Hauſes verwilliget worden, mit welcher Kirchen es auch nunmehr ſo weit zum Stande, daß der Gottes-Dienſt darinnen völlig geübet wird, und ietzo noch einige dubia übrig, darüber unſere Rechts-Belehrung verlanget worden, als

1. Ob ſie nicht berechtiget die Verordnung zu thun, daß bey der Geiſtl. Verwaltung ihren Lutheriſchen Predigern, cuſtodi und andern Bedienten bey der Stadt-Kirchen zur Heiligen Dreyfaltigkeit gleich den andern Lutheriſchen Geiſtl. und Schul-Bedienten bey der Schloß-Kirchen zu St. Bartholomäi, auch Reformirten Geiſtlichen Schulbedienten und andern auſſer der Stadt in Ankuhn, ſo nunmehro auch Lutheriſch, die gewöhnliche Heringe und Brodt in der Faſten-Zeit wöchentlich des Sonnabends und letzlich des Montags vor Oſtern nebſt dem legirten Gelde gereichet werden müſſen, und bey der Poſſeſs zu ſchützen?

2. Ob nicht der Lutheriſche Paſtor zur Heiligen Dreyfaltigkeit eben ſo wol mit zur Abnahme der Hoſpital-Rechnung, Diſtribution der Currenden-Tücher, bey der geiſtlichen Verwaltung, Conference des Hochfürſtl. Wolffgangiſchen Stipendii und andern actibus, als der Reformirte Paſtor zu St. Nicolai zu ziehen ſey, daß ſie entweder zugleich, oder doch Wechſel-weiſe ein Jahr ums andere, derſelben beywohneten?

3. Ob nicht die Lutheriſchen Prediger bey der neuen Kirchen SS. Trinitatis in dem Hoſpital geleichergeſtalt auf ihre Verordnung

zu

zu predigen gehalten, auch ihnen das gewöhnliche accidens als den andern Evangelischen Lutherischen Predigern bey Hochfürstl. Schloß-Kirche und Reformirten zu St. Nicolai daraus zu entrichten sey?

Ob nicht ratione paritatis des Raths Abgang so wohl in ihrer Lutherischen SS. Trinitatis, als Reformirten St. Nicolai Kirchen, Wechselsweise ein Jahr um das andere zu halten, und der gewöhnliche Pfarr-Pfennig aus der Raths-Cammer und dem Gebrauch nach also beyden zuzuwenden sey, daß ietzo, bey dem auf den Donnerstag nach ietzt bevorstehenden Iohannis Bapt. Tag abgehenden Ober-Burgermeister Lutherischen Religion, der Anfang in der neuen Lutherischen Kirchen zur Heil. Dreyfaltigkeit dazu gemachet, und das andere Jahr, bey Abgang des Reformirten Ober-Burgermeisters in der Reformirten Kirchen St. Nicolai, in gleicher Form verfolget, und ein Jahr ums andere Wechselungs-weise continuiret werde?

5. Ob nicht Senatus Lutheranæ Religionis die, zu dessen Ehre und Respect bey der neuen Kirchen SS. Trinitatis bishero angewandte und noch anzuwendende gehörige gemeine sumtus, aus dem Aerario communi oder Cämmerey zu nehmen befugt?

Was nun die Entscheidung solcher Fragen betrifft, so setzen wir pro generali fundamento decisionis in facto gewiß zu seyn, daß (1) die neu-erbauete Stadt-Kirche, zur Heiligen Dreyfaltigkeit genannt, so wol für eine Haupt- und Pfarr-Kirche zu achten, als die zu St. Nicolai, und dahero unter solchen beyden Kirchen so weit eine paritas iurium & priuilegiorum seyn müsse, bis, daß einer vor der andern eine expressa præeminentia verstattet sey, aus dem getroffenen Vergleich ab allegante erwiesen wird; (2) Daß hiernächst durch obberührten Vergleich de anno 1679. nichts anders intendiret worden, als damit alle Differentien, so der Kirchen halber zwischen denen Reformirten und Lutherischen entstanden, gäntzlich gehoben, und durch die Separirung der Lutherischen von der Nicolai- und Erbauung einer absonderlichen Kirchen bey dem Rath und Bürgerschaft beyder Religionen ein sicheres Fundament zur Einigkeit geleget werden möchte;

per d. Rec. §. Endlich und zum 13.

(3) und zu solchem Ende nicht allein daselbst bestätiget, daß der Rath pari numero aus Reformirten und Lutheranern bestehen solle, sondern es ist auch (4) dem Lutherischen Rath das Ius Patronatus so wol bey der neuen Kirchen zur Heiligen Dreyfaltigkeit concediret, als es der Re-

formirte Rath über die Kirche zu St. Nicolai behalten, daß also (5) in allen Stücken auf die æqualität zwischen denen Raths-membris und beyden Kirchen gesehen worden, quam æqualitatem magistrarus semper sequi debet,

Nou. 2. cap. 5.

CARPZOV. *iur. eccles. l. 1. def. 196. n. 9.*

quippe in æqualitate præcipua ciuitatis felicitas consistit,

IAC. OMPHAL. *de vsurpat. LL. lib. 2. c. 6. n. 1.*

quia hæc mater concordiæ est;

WESENBEC. *de collat. bonor. n. 7.*

vt hinc propter seruandam æqualitatem sæpius a regulis iuris & proprietate sermonis recedamus,

l. fin. C. commun. vtriusque iudic.

HARTM. PISTOR. *P. 1. qu. 19. n. 9.*

& vnaquæuis dispositio in dubio interpretanda est illo sensu, qui magis ad æqualitatem reducit;

TIRAQVELL. *de primogenit. qu. 4. n. 5.*

CARD. TVSCH. *pract. conclus. lit. E. concl. 304. n. 5. seq.*

wie dann dergleichen æqualität auch per

instr pac. art. 5. §. 35.

daselbst eingeführet, wo Catholische oder Evangelische Anno 1624. in possessione gewesen, daß einer des andern Religion nicht verächtlich halte, noch ab exercitio similium iurium abtreibe, sed expresse cautum, quod in his & similibus pari cum ciuibus iure habeantur, æquali iustitia protectionique tuti, welches alles um so vielmehr die Evangelische unter sich obseruiren solten.

Wie nun dieses zum Grunde nothwendig gesetzet werden muß, wenn die Stadt Z. in Ruhe und Einigkeit zwischen beyden Religions-Verwandten conseruiret werden soll, so fliesset hieraus die Entscheidung der 1. Frage von sich selbst.

Denn obgleich scheinen möchte, daß in der Fasten-Zeit, der Gewohnheit nach, auszutheilende Heringe und Brodt, nebst dem legirten Gelde, auf diese neue Kirche nicht zu ziehen sey, weil diese jährliche præstationes fundiret, bevor diese neue Kirche gemacht worden, ad non cogitata vero nec iuramentum extendendum est.

BERLICH. *pr. concl. 22. n. 25.*

SERAPHIN. *de priuil. iurament. P. 19. n. 2.*

Weil

Weil aber dennoch die Kirche zu St. Nicolai erstlich der Evangelisch-Lutherischen Religion zugethan gewesen, und also kein Zweifel, daß die Lutherischen Geistlichen eher in possessione dieser jährlichen Austheilung gewesen, bevor die Reformirten derselben theilhaftig worden, wie sie denn auch, ungeachtet nachhero die Reformirte Religion eingeführet worden, so bald die Kirche zu St. Bartholomäi, wie auch in der Vorstadt Ancun mit Lutherischen Predigern besetzet worden, solche Heringe und Brodt bis dato empfangen, und also keine ration verhanden, warum die Geistliche und Bediente bey der neuen Kirchen zur Heiligen Dreyfaltigkeit davon ausgeschlossen werden solten, weil sie dergestalt deterioris conditionis seyn würden, als alle andere Prediger des Orts, welches aber dem aufgerichteten Recess keines weges gemäß, sondern vielmehr demselben entgegen, indem darinnen verordnet, daß Senatus Lutheranæ Religionis gleiches Recht und Genuß am Hospital und geistlichen Verwaltung behalten, also muß auch ihnen, ihre Prediger daraus zu prouidiren, nachgelassen werden.

Welchen allen nicht entgegen stehet, daß man zur Zeit der Fundation an diese neue Kirche nicht gedacht, indem bekannt, quod mutato rerum statu etiam iura ipsa mutationem recipiant.

CARPZOV. *iurispr. eccl. lib. 3. def. 48. n. 9.*

Semper enim tacita clausula subest, rebus sic stantibus, vel in eodem statu manentibus;

l. 38. D. Mand.

BARBOS. *Tr. de Clausul. cap. 129. n. 2.*

Welches alles dadurch um so viel mehr bestärcket wird, daß die Kirche zu St. Nicolai ihre eigene Diaconats-Besoldung dieser neuen Kirchen zulegen lassen, woraus genugsam zu schliessen, daß sie auch die denen geringsten Kirch-Bedienten gebührende Accidentia ihnen nicht haben verweigern wollen:

So sind wir der Meynung, daß die Herren wohl befugt, die Verordnung zu machen, daß bey der geistlichen Verwaltung denen Predigern bey der neuen Kirche und andern Bedienten, gleich andern Lutherischen und Reformirten Geistlichen und Schul-Bedienten, die gewöhnliche Heringe und Brodt in der Fasten-Zeit, nebst dem legirten Gelde gereichet werde, und weil solches bereits einmal geschehen, und sie dadurch possessionem momentaneam erhalten, sind sie in summariissimo billig zu schützen, bis ein anders ordentlich ausgeführet.

Die 2. Frage betreffend, ist derer Entscheidung auch ausser Zweifel; denn weil die Hospital-Verwaltung beyderley Religions-Verwandten zustehet, und also beyde Kirchen dabey ein gleiches Recht haben, so müssen auch beyde Pastores æqualiter oder alternis vicibus bey der geistlichen Verwaltung und Conferentz der Stipendien concurriren.

Gleiche Bewandniß hat es mit der 3. Frage. Denn weil bis dato die Reformirte und Lutherische Prediger aus der Schloß-Kirche in dem Hospital Wechselweise geprediget, und dem Lutherischen Rath die Verwaltung darüber so wol, als dem Reformirten zustehet, auch die neue Kirche, weil sie eine ordentliche Pfarr-Kirche ist, nicht weniger Iura haben kan, als die Schloß- und Stadt-Kirche; überdem, da die Reformirte Kirche die Archidiacnats-Besoldung abtreten müsseu, daraus nun so viel mehr zu præsumiren, daß auch die geringern commoda dieser neuen Kirchen werden zuzustehen seyn:

So kan dahero mit Bestande Rechtens denen Predigern bey der neuen Kirche, auf der Herren Verordnung, gleich andern übrigen Predigern in der Hospital-Kirche zu predigen, und das davon gefällige accidens zu genieſſen, nicht verweigert werden.

Auf die 4te Frage erachten wir, obgleich die Aufführung des neuen Raths mehr pro solennitate publica, als pro parte cultus diuini zu achten, und in solennibus, was einmal eingeführet worden, nicht leicht zu ändern:

Weil aber dennoch der Rath halb aus Lutherischen bestehet, und ihnen der Gebrauch der neuen Kirchen so wol als den Reformirten Rath die St. Nicolai-Kirchen, zu allen actibus æquali iure übergeben, auch respectu der St. Nicolai-Kirchen keine præscriptio opponiret werden kan, weil, so lange die Lutherische Kirche nicht erbauet gewesen, darin keine Aufführung des Raths geschehen können, non valenti autem agere, vel ius aliquod exercere, non currit præscriptio;

l. 1. C. de annal. Except.

Hiernächst auch die Aufführung des neuen Raths zu der Kirchen allerdings pro parte cultus diuini zu achten, weil darin GOtt gedancket wird für die bisherige Conseruation des Raths und gemeiner Stadt; So erfordert abermals die æqualität, daß, wie die Lutherischen membra Senatus, den Ober-Burgemeister Reformirter Religion zu der St. Nicolai-Kirchen zu begleiten, kein Bedencken tragen,

gen,

gen, dieselbe aus Liebe zur Einigkeit, wenn ein Lutherischer Ober-Bürgermeister erwählet worden, solches gleicher gestalt bey der neuen Kirchen zu verrichten gehalten seyn.

Was die 5te Frage betrifft; Ob zwar in dem Vergleich expresse bedungen worden, daß die Reformirten nach Erlegung derer 12. Thlr. von allem fernern Zuschub der neuen Kirchen, quocunque titulo es auch seyn möchte, in Ewigkeit befreyet seyn solten:

So ist dennoch hierbey billig ein Unterscheid zu machen unter dasjenige, was eigentlich zur reparatur der Kirchen verwendet wird, und unter die personal-Ausgaben, welche die membra Senatus reformatæ religionis, zum Behuff ihrer Kirchen, aus dem ærario communi zu nehmen pflegen; denn weil solches ærarium beyden Theilen des Raths gemein ist, und so wenig die Lutherische zu der Reformirten, als diese zu der Lutherischen Kirchen, Kraft oftgedachten Recessus, etwas beyzutragen verbunden, so wenig können die Reformirten Raths-Glieder etwas ex ærario communi ihrer Kirchen zum Besten anwenden, cum in re communi sit melior ratio prohibentis:

l. Sabinus 28. D. comm. diuid.

So erscheinet daraus so viel, daß auch ratione huius ærarii communis eine Gleichheit zu halten, und entweder von dem Reformirten Rath zum Behuf ihrer Kirchen nichts aus dem ærario zu nehmen, oder auch dem Lutherischen Rath respectu ihrer Kirchen ein gleiches zu verstatten sey. V. R. W.

§. XVII. Hoc vero ita intelligendum, vt si quidem quælibet religio *suum liberum exercitium*, suamque peculiarem parochiam habeat, propriæ ecclesiæ parochiali iura stolæ solui debeant, licet eodem vtuntur cœmeterio. Quodsi vero alteri religioni tantum liberum religionis exercitium indultum, alteri denegatum, eo casu, vbi eodem cœmeterio vtrique religioni addicti vtuntur, soluenda sunt iura stolæ ecclesiæ parochiali illius loci, id quod euidentius apparet ex responso sequenti Ill. *Facultatis iuridicæ Hallensis Mens. Sept. an. 1701.* concepto, quod integrum adiicere lubet.

Quid iuris, si alicui religioni nouiter religionis exercitium indultum.

Adducitur Responsum Hallense.

Haben die in der Fürstl. Anhaltischen Residentz-Stadt Cöthen sich befindliche Lutheraner in mehr als 100. Jahren das exercitium ihrer Religion alda niemals gehabt, dahero, ob ihnen gleich gegönnet worden, sich des heiligen Abendmahls auf denen nahbelegenen

Dörfern zu gebrauchen, sie dennoch, wo andere actus parochiales zu verrichten gewesen, solche durch das Reformirte Ministerium bey der Stadt-Kirchen verrichten, und insonderheit ihre Todten auf den zu besagter Kirchen gehörenden GOttes-Acker, durch eben dieses Ministerium und Reformirte Schulbediente, begraben lassen müssen. Hat aber vor einigen Jahren Ihro Fürstl. Durchl. zu Cöthen denen der Lutherischen Religion Zugethanen das öffentliche exercitium in seiner Residentz gnädigst vergönnet, worauf auch diese würcklich eine Kirche erbauet, einen Prediger dazu berufen, und ihre Todten auf dem gleichfalls erlangten GOttes-Acker in Begleitung des Lutherischen Predigers und Schulbedienten begraben lassen; indessen aber, weil einige Lutherische schon vorhin ihre nahe Freunde auf der Reformirten GOttes-Acker begraben lassen, haben dieselben annoch begehret, daß man sie gleichfalls alda begraben möchte, und als dißfalls Streit entstanden, ob bey dergleichen Begräbniß die Reformirte oder Lutherische Prediger die Leiche begleiten sollen, ist am 28. Aug. dieses Jahres von denen Fürstl. Räthen die Sache dergestalt entschieden worden, daß der GOttes-Acker beyder Religion-Verwandten gemein bleiben, und ein jeder seine Leiche, durch das seiner Religion zugethane Ministerium und Schulbediente, begraben zu lassen Macht haben, auch insonderheit der Reformirten Geläut denen Lutheranern, weil diese zur Zeit mit Glocken schlecht versehen, nicht versaget werden solle, wodurch sich das Ministerium so wol als die Patroni der Reformirten Kirchen beschweret zu seyn erachten. Ob nun wol, wenn der Streit die Reformirten und Lutherischen Unterthanen unter sich alleine beträffe, sonder Zweifel für jene der Ausspruch ausfallen müssen, indem das Begraben der Todten mit zu denen actibus parochialibus gehöret, und also die Lutherischen, wenn sie ihre Todten auf der Reformirten GOttes-Acker und also in derselben Parochie begraben, auch dem Ministerio an seinen Einkünften uud Pfarreinhebungen keinen Eintrag thun möchten; hiernächst derselbe anführet, daß es in dem verstrichenen gantzen Seculo niemals geschehen, daß ein Lutherischer Pfarrer mit Lutherischen Schul-Collegen und Schülern bey dem Leichen-Conduct eines verstorbenen Lutheraners auf dem dasigen Reformirten Gottes-Acker gewesen, über dem auch die Lutherische sich von der Reformirten Stadt-Kirchen gäntzlich abgewendet hätten, und in dem Instr. P. art. 5. §. 35. klar versehen sey, daß zwar die

GOt-

GOttes-Acker denen andern Religions-Verwandten nicht versaget, der parochiali ecclesiæ aber doch ihre Gebühren entrichtet werden solten, und endlich scheinen möchte, daß über dieses art. 7. eiusd. Instr. P. denen quærentibus zu statten kommen möchte:

Dennoch aber und dieweil der Streit in gegenwärtigen Sachen nicht bloß zwischen denen Unterthanen ist, sondern derselbe bereits durch eine Fürstliche Verordnung dergestalt entschieden worden, daß der Reformirte Gottes-Acker denen Reformirten und Lutheranern gemein verbleiben, und diesen frey stehen solle, ihre Leichen durch ihre eigene Prediger und Schul-Bediente darauf begraben zu lassen, welches denn ein Landes-Fürst, vermöge des ihm zustehenden iuris circa sacra, zu thun wohl berechtiget ist, er auch bey Aufrichtung neuer Kirchen die bisherigen Parochien mit gutem Recht theilen und ändern kan; und dannenhero es darauf nicht ankommt, ob in kurtzer oder langer Zeit die Lutherische das öffentliche Religions-Exercitium in der fürstl. Residentz gehabt haben oder nicht, alldieweil dißfalls des Fürsten Macht keiner Verjährung unterworfen; wie denn auch gleichfalls nichts zur Sache thut, daß die Lutherische sich von denen Reformirten gäntzlich abgesondert, indem, solcher Sonderung unangesehen, der Landes-Fürst nichts desto minder die Gemeinschaft an der Reformirten Gottes-Acker denen Lutherischen wohl verstatten können; und wie es denen Reformirten wohl zu gönnen, wenn ein Lutherischer Landes-Herr ihnen das freye Exercitium an einem solchen Orte vergönnet, wo sie es vorhero niemalen gehabt haben, daß dadurch dem Lutherischen Ministerio seine Hebungen geschmälert werden, also auch die Reformirte sich nicht entgegen seyn lassen müssen, wenn denen Lutheranern dergleichen wiederfähret; Endlich aber art. 5. des Instr. Pac. nur allein von dem Fall redet, wenn unter denen Catholischen und Evangelischen ein Streit wegen der iurium parochialium entstehet, der art. 7. aber zwar von den Evangelischen unter sich handelt, iedoch diesen casum supponiret, wenn ein protestirender Landes-Fürst seinen der andern protestirenden Religion zugethanen Unterthanen an ihren Pfarr-Rechten etwas abbrechen wolle, welches sich auf gegenwärtigen Fall nicht appliciren lässet, da der Landes-Fürst und der Stadt-Rath als Patronus der Stadt-Kirchen einer Religion zugethan; zu geschweigen, daß in besagtem art. 7. die iura derer Durchl. Fürsten von Anhalt durch deutliche Worte von der Disposition des besagten §. ausgenommen sind:

So

So mag beſagtem Stadt-Rath, daß er die künftig verſterbende Lutheriſche mit ihrem Lutheriſchen Pfarrer und Schule auf den Reformirten Gottes-Acker begraben laſſen müſſe, von dem Landes-Fürſten mit Beſtande Rechtens wohl angeſonnen werden. V. R. W.

Portio parochialis canonica.

§. XVIII. Poſſet etiam ſuo modo huc referri *portio canonica* parochialis, parocho debita, ſi parochianus alibi elegerit ſepulturam, quæ in hoc conſiſtit, vt parocho & eccleſiæ parochiali certa portio, vel dimidia, vel tertia, vel quarta, pro cuiusuis loci conſuetudine, de iis, quæ alteri parocho eiusque eccleſiæ, vbi ſepulturam defunctus elegit, obueniunt ratione ſepulturæ, præſtetur, etiamſi vel titulo inſtitutionis vel legati alteri eccleſiæ quid relictum ſit: *c. 4. 8. 9. & 10. X. de ſepult.* quamuis ipſimet canoniſtæ fateantur, per conſuetudines locorum hanc portionem vbique deberi, vid. ENGEL. *in colleg. iur. can. de ſepult. n. 13.* PETRVS DE VBALD. *tr. de quarta paroch. canon.* quemadmodum etiam apud nos incognita eſt.

Honorarium pro concione funebri.

§. XIX. Pertinet huc porro *honorarium*, pro concione funebri ſoluendum, quæ alicubi a confeſſionario eſt facienda; alicubi inſpectori competit; alicubi vero ab illo facienda, quem ordo tangit, quando ſcilicet *alternis vicibus* hæc miniſteria peraguntur. Puto tamen hic non reſpuendum deſiderium defuncti, ſi forſan huic vel illi eccleſiæ miniſtro concionem hanc commiſerit, ſi ſcilicet parocho ordinario honorarium conſuetum alias præſtetur: tunc enim eius iam non amplius intereſt, vid. STRYK. *ad Brunnem. ius eccl. cit. l. verb. pro concione funebri*, cum & ſecundum ius canonicum eligere in aliena parochia ſepulcrum liceat, præſtitis tamen funeralibus proprio parocho. Plenius hiſce de concionibus ediſſerit WILDVOGEL *peculiari diſſert.* *Honorarium* ipſum alicubi determinatum eſſe conſtat, alicubi ad partem *ſalarii* refertur, quo caſu ex *iure perfecto* debetur. Hinc quæritur, *quid iuris, ſi parochus morbo alioue iuſto impedimento impediatur, quo minus haſce conciones habere poſſit, an nihilominus conſuetum honorarium exigere queat?* Quamuis vero alias caſus noceat facienti; quia tamen hoc caſu illud honorarium partem ſalarii conſtituit, hoc vero parochus, ſi non ſua culpa impediatur, integrum nihilominus exigere poteſt: merito pro parocho pronunciandum, qremadmodum ita pronunciaſſe inclytam Facultatem iuridicam Ienenſem, refert WILDVOGEL *cit. diſp.*

An parochus honorarium hoc exigere poſſit, ſi ob morbum conciones habere nequeat? Reſponſum Ienenſe.

disp. c. 5. §. 7. vbi sequens hanc rem optime illustrans adducit responsum:

Ist euer Vater Gabriel Weidhase, bisheriger Pfarrer zu Ottersdorf, als sich im Julio verwichenen Jahres die Ruhr aldar entsponnen, wegen fleißiger Besuchung der Krancken und inficirten Personen selbst angestecket worden, und endlich darüber verstorben. Es seynd aber binnen währender seiner Kranckheit auf die zwantzig Personen gleichfalls Todes verblichen, denen euer Vater keine Leich-Predigt thun können, auch unerachtet er andere Pastores darzu ersuchen lassen, dennoch solche ob mortis periculum hierzu nicht erlangen mögen, und ihr fordert nunmehro von denen Erben derjenigen Personen, so keine Leich-Predigten erhalten, die eurem Vater sonst zukommende Amts-Gebühren, habt auch dieserwegen von denen zu Kirchen und Schulen verordneten Inspectoribus ein monitorium an sie ausbracht, nichts desto weniger wollen sie sich zu deren Abstattung nicht verstehen, dannenhero ihr berichtet zu seyn verlanget, ob nicht die Erben derjenigen verstorbenen Personen, so wegen grosser Kranckheit eures Vaters, als damaligen Pfarrers, darüber er auch den Geist aufgeben müssen, keine Leichen-Predigt bekommen, Euch die Amts-Gebühren hiervon abzustatten schuldig seyn? Ob nun wohl regulariter das gefoderte honorarium und Amts-Gebührniß eine vorhergehende Bemühung erfodert, und wo sich solche nicht befindet, mit Bestande nicht gefodert werden kan: Uberdiß auch vielleicht nicht alle und iede Verstorbene zu Ottersdorf, oder deren Erben, durchgehends eine Leich-Predigt halten zu lassen, hätten angestrenget werden mögen, daß es also das Ansehen gewinnet, ob wäret ihr von denenjenigen, so Zeit währender eures Vaters Kranckheit ohne Leich-Predigt begraben worden, die sonst gewöhnlichen Gebühren zu fodern nicht berechtiget. Jedennoch aber und dieweil euer Vater wider seinen Willen verhindert worden, sein Amt bey denen Leichbestattungen der Verstorbenen zu verrichten, hiernächst auch dergleichen Amts-Gebühren für Leich-Predigten ein Stück der Priester-Besoldung mit ist, darauf sie vociret zu werden pflegen, und über diß er sein Amt durch fleißige Besuchung der Krancken, so wol hiebevor bey dergleichen infectionibus, als noch ietztmals, mit allem Fleiß und Treue verrichtet, so gar, daß er auch selbst das Leben darüber eingebüsset: So erfodert die Billigkeit, daß zumal die Vermögensten, und die sonst ihren verstorbenen Angehörigen

eine Christliche Leichen-Predigt hätten halten lassen, sich mit euch wegen Abstattung der sonst gewöhnlichen Amts-Gebühren, ob schon euer Vater ihnen die Leich-Predigt wegen seiner Kranckheit würcklich nicht thun mögen, vergleichen, und können im Verwegerungs-Fall von der Obrigkeit darzu gar wohl angehalten werden. V. R. W.

Pannus funebris cuinam debeatur.

§. XX. Illud non prætermittendum, in aliquibus locis pannum funebrem etiam inter accidentalia referri, quem tamen non omnes solent accipere, sed primarius pastor. STYPMANN. *de salar. cleric. c. 3. num. 95.* Alicubi custos hunc sibi vindicat, vt ita haud raro controuersiæ inde oriantur. In dubio ita diuisionem instituendam existimat CARPZOVIVS *lib. 1. def. 16.* vt quidem pannus funebris pastori, linteum vero album ædituo cedat. Alibi etiam parochi sibi vindicant *equum funebrem*, das Trauer Pferd, quem in *exequiis nobilium* nonnullis in locis adhibere solent, vel pro eo redimendo certam pecuniæ summam. Sed nisi *consuetudo*, & quidem in eo loco, de quo agitur, liquido probetur, exigi nequit, quia tales similesque præstationes vnice in *consuetudine* fundantur, quæ a parochis probanda est.

Cuinam debeantur iura stolæ pro benedictione?

§. XXI. Debetur quoque aliquod honorarium pro *proclamatione* & *hierologia*. Respectu huius rursus contentiones inter parochos exsurgunt, si matrimonio iungendi sint diuersarum parochiarum, cuinam sint præstanda iura stolæ? Tota decisio quæstionis dependet ex iis, quæ dicta sunt *Sect. IV.* Cum enim plerumque copulatio institui soleat in parochia sponsæ: huius quoque parocho debentur iura stolæ. Ceterum ad tollendas lites conducit, si publica constitutione determinatur, cuinam illa iura sint præstanda, vtrum parocho sponsæ an sponsi? quemadmodum in disp. *de iur. stolæ c. 4. §. 5.* refertur quædam conuentio inter status quosdam imperii, ita vt parocho sponsi hæc honoraria addicta sint his verbis:

Aliquando parocho sponsæ debentur?

Die Copulation und hochzeitliche oder Eheliche Einleitung betreffend, soll hinführo ohne einig künftiges Widersprechen ꝛc. die Braut dem Bräutigam nachfolgen, und beede verlobte Personen in derjenigen Pfarr ehelich eingeleitet werden, darunter der Bräutigam sein häuslich Anwesen hat, oder sich niederzulassen begehret; Es wäre dann, daß ein Wittber oder lediger Gesell sich zu einer verheyrathet, bey deren er sein domicilium oder Wohnung haben, und ihre Güter besitzen wolte, alsdann und auf solchen Fall er ratione domi-

cilij

cilii in der Pfarr, dahin dieselbe gehörig, sich einleiten zu lassen, schuldig seyn soll. Da aber einer oder der andere, aus freyem Willen, ohne seiner Herrschaft persuasion oder Gezwang, wegen seiner guten commodität oder andern aus freyem Willen erheblichen Ursachen halber, seine Hochzeit und Kirchgang nicht in der Pfarr, da er seine häusliche Wohnung anzurichten, oder sich niederzulassen, sondern an andern Orten zu halten begehret: solle solches mit Consens und Bewilligung desselbigen Orts ordentlichen Pfarrer (welchen er darum anzusprechen, auch die leidentliche und erträgliche Gebühr, damit er in das Pfarr-Register der introducirten Eheleute einverleibet werde, zu entrichten) in alleweg beschehen: Im Fall aber zwo ledige Personen, die nicht in einer Pfarr wohnhafftig, sich zusammen verloben, und solche Verlöbniß durch den öffenlichen Kirchgang bestätigen lassen wolten, und doch nicht wissen möchten, wo sie sich niederlassen, oder ihr Brodt gewinnen würden, ist auch obregulirter Ordnung nach, nicht unbillig, daß die Braut dem Bräutigam nachfolget.

§. XXII. Solent quoque aliquando parochi accipere *prandium*, præsertim vbi in ecclesiis *filialibus* conciones sunt habendæ. Est tamen alicubi in arbitrio ipsius parochi positum, vtrum prandere, an vero certum frumentum vel pecuniam eo nomine accipere malit? FRANC. STYPMANN. *de salar. cler. c. 3. n. 322. seqq.* Hoc præsertim tunc quoque fieri solet, si parochus & parochiani conuenire non possunt de modo prandii exhibendi: quamuis vt in prandium hoc sumtus nimii impendantur, desiderare non possit. ID. *c. 9. §. 25. sqq.* Huc quoque referri possunt die Bierſuppen, h. e. conuiuium, quod a rusticis post baptismum instituti solet, ad quod plerisque in locis quoque inuitandus est pastor *ex debito*, CARPZOV. *lib. 1. def. 120.* quamuis forsan rectius talia conuiuia plane abroganda essent, prout contra CARPZOV. optime iudicat ERVNNEM. *in iur. eccles. lib. 2. c. 5. §. 7.* Quatenus itaque hodie hæc iura *necessitatis* sunt, & *perfecta*, vtiles actiones, *confessoria* & *negatoria*, iis applicantur, prout ad nauseam magno libellorum cumulo ostendit SCHWENDOERFFER in *sect. II. action. forens.* Prandia. Die Bierſuppen.

§. XXIII. Denique non vbique determinata est quantitas iurium stolæ, sed *arbitrio parochianorum* solet committi. Quamuis vero non negandum, hic aliquando peccari a parochianis, *nimis parce* offerendo: peccatur tamen quoque a parochis in *nimia exactione*, vel etiam denegatione ipsius ministerii, ceu factum memini, vbi pa- Quantitas horum iurium variat.

rochus recusauit, ægrorum precibus publicis Deo commendare, antequam certa quantitas ei soluta fuerit. Vbi tamen constitutionibus ecclesiasticis determinatio facta, huic omnino standum, nisi humanitatis ratio aliquando aliud suadeat, veluti respectu pauperum.

CAP. III.

De

Oneribus parochialibus.

§. I.

Connexio.

Equidem quæ de *decimis*, *oblationibus* aliisque præstationibus, vt & *iuribus stolæ* adducta sunt, ad onera parochianorum merito referenda sunt, non tamen vnice, cum respectu parochi ad fructus & commoda parochialia potius referri, & inde quoque a potiori denominari debuerint. Supersunt adhuc aliæ præstationes, quæ non æque vnice præstantur parochis; quamuis præstentur intuitu *ecclesiæ parochialis*, quæ confusionis vitandæ causa separato capite excutienda censui.

Fundamentum onerum.

§. II. Videlicet parochiani non tantum parocho suo ad varias tenentur præstationes; sed insimul quoque ratione *rerum parochialium* ad varia onera obligantur. Fontem huius obligationis non nimis remote quærere debemus, cum oriatur ex intima illa connexione & relatione, quæ parochianos ecclesiæ parochiali addicit, vi cuius tanquam membra illius parochiæ onera *societatis* huius *parochialis* ferre tenentur. Ius naturæ enim docet, in qualibet societate singula membra ad onera eius ferenda concurrere debere.

Olim templi refectio ex quarta parte reditvum fiebat.

§. III. Imprimis autem hæc onera consistunt in contributione *ad fabricam* ipsius ecclesiæ parochialis, ædiumque aliarum parochialium. Vbi templum olim erat reficiendum, hoc onus fere incognitum erat, cum ex omnibus reditibus quarta pars ad hunc finem seponeretur, vt in fabricam templi conuerteretur, ceu *sect. V. c. 2.* fusius dictum, pleniusque explicatum in *diss. de iure & onere reficiendi eccles.* Volunt vero canonistæ, adhuc ad illam quartam, vbi adest, esse recurrendum, qua sufficiente, nemo præterea est grauandus. ALEX. SPERELL. *decis. 69. n. 1.* Quamuis vero in nostris ecclesiis hæc quarta incognita sit: ha-

Primo hodie recurritur ad ærarium ecclesiasticum.

habent tamen quædam ſuum ærarium eccleſiaſticum, ex quo refectio vel fabrica talis facienda; præſertim in eccleſiis patronatis, vbi in fundatione certa dos ad *refectionem* iſtam deſtinari ſolet; vid. CARPZ. *lib. 2. iurispr. conſiſt. def. 338. n. 7. & 8.* quod etiam expreſſe prouiſum *in ordin. eccleſ. Sax. art. gen. 32.* Die Pfarr-Kirche, Pfarr-Häuſer und Kirchnereyen ſollen nach Gelegenheit iedes Orts, ſo viel möglich, von der Kirchen Einkommen erbauet werden. Idem diſpoſitum lego *in ordin. Magdeb. eccleſ. c. 24. §. 1.* vbi demum *in ſubſidium* parochiani ad refectionem tenentur.

§. IV. Adeo vero parochiani de iure canonico hiſce oneribus primario non ſunt grauandi, vt ſi in illa eccleſia quis teneat beneficium pingue, *clericus beneficiatus* potius teneatur de reditibus ſuis proſpicere eccleſiæ, ita vt retineat ſolummodo neceſſaria ad victum, *c. 1. X. de eccleſ. ædific.* MICHAEL *de* CORTIADA *deciſ. 180. n. 16.* quod etiam clare prouiſum in *concilio Trident. ſeſſ. 21. de reform. c. 7.* vbi omnes in ſubſidium vocantur, qui fructus aliquos ex eccleſiis prouenientes percipiunt. Secundum hanc doctrinam ipſi *parochi* ad eccleſiarum refectionem tenentur, quia illi beneficia ab eccleſia parochiali poſſident, *c. 4. X. de eccleſ. ædif. c. 22.* KLOCK. *de contrib. c. 10. numer. 42.* Ex quo forſan dependet, quod noſtri parochi adhuc hodie tenentur ad reparationem *modicam* ædium parochialium. Sicuti vero conſuetudo alias leges facit: ita non dubitandum, quin etiam hic aliam determinationem inducere poſſit, STRYK. *in not. ad ius eccleſ. Brunn. lib. 2. c. 2. §. 8.* vt ſcilicet non beneficiatus teneatur ad reparationem, ſed potius populus ſeu parochiani. BARBOSA *adc. 4. cit. l. n. 1.* Interim hic tota controuerſia reducitur ad probationem huius conſuetudinis, vbi imprimis doceri debet, aliquoties per parochianos ſubminiſtratas fuiſſe expenſas neceſſarias ex *opinione* quadam *neceſſitatis*, qua de re agit pleniſſime ALEX. SPERELL. *cit. deciſ. per tot.* KLOCK. *de contrib. cit. l. n. 16. ſqq.* MICHAEL *de* CORTIADA *deciſ. 18. n. 1. & 4.* vbi ex profeſſo hanc materiam exponit.

Apud ponſificios beneficiati ad hæc onera tenentur; niſi aliud conſuetudine introductum.

§. V. Porro patroni quoque præ parochianis ad hoc onus tenentur, *concil. Trident. cit. l.* adeo vt ſub pœna priuationis *iuris patronatus* hoc eis iniungi poſſit, ALEX. SPERELL. *cit. l. n. 10.* CORTIADA *cit. l. n. 8.*, quod & in noſtris adhuc ſeruatur eccleſiis, hoc tamen obſeruato, vt talis refectio eccleſiarum, vel ædium parochialium ſuſcipi non poſſit, irrequiſito patrono, cum audiendus vtique ſemper ſit, de cuius onere agitur, CARPZOVIVS *iurispr. eccleſ. def. 336. n. 8. ſeqq. Ordin. eccleſ.* Quomodo patroni teneantur ad hoc onus?

Magdeb. cap. 24. §. 2. Ita censuit *Facultas iuridica* huius loci *Mens. Iul. anni 1700.*

Ist die Kirche bey ihnen dergestalt baufällig worden, daß sie dem gäntzlichen Einfall sehr nahe ist, dahero dieselbe entschlossen sind, sie vom Grunde aus neu aufbauen zu lassen. Weil aber solcher Bau nach dem Urtheil der Bauverständigen nicht unter 5000. Thlr. vollführet werden kan, und doch so wenig die Kirche vor sich, als auch die Gemeinde ermeldete Summe anzuschaffen vermag, hergegen das Kloster Marien-Stuhl das Ius Patronatus über die Kirche hat, und von nicht geringen Mitteln und Einkünften ist, so wollen dieselbe berichtet seyn:

> **Ob nicht erwehntes Kloster verbunden, die übrigen Kosten zu dem Kirchen-Bau herzugeben; und dafern es sich dazu nicht verstehen wolte, ob es nicht dadurch sich seines habenden *iuris patronatus* verlustig machen würde?**

Ob nun wol ein Patronus nicht schlechterdings gehalten ist, eine baufällige Kirche wieder in Stand bringen zu lassen, sondern die dazu erforderte Unkosten entweder aus dem ærario ecclesiastico,

PAVL. *de* CITADIN. *de iure patronat. p. 6. art. 5. num. 4.*

oder von den Eingepfarreten hergeschossen werden müssen;

BOCER. *de collect. c. 5. n. 17.*

Dieweil aber dennoch dem Anführen nach bey der Kirche nicht mehr als 2000. Thlr. vorhanden, die Bürger auch nicht mehr als 600. Rthlr. aufzubringen vermögen, inzwischen aber, bekanten Rechten nach, ein ieder Patronus schuldig ist, die verfallene Kirche wieder aufbauen zu lassen, dergestalt, daß, wenn er solches unterlässet, er sein ius patronatus verlieret, und selbiges von dem andern, welcher den Bau verrichtet, acquiriret wird.

PETR. PECKIVS *de eccles. reparand. c. 34. n. 1.*
FINCKELTH. *de iur. patr. c. 4. n. 79. sqq.*

So erscheinet daraus so viel, daß das Kloster Marien-Stuhl die übrigen Kosten zu Erbauung der neuen Kirche bey Verlust seines iuris patronatus herzuschiessen verbunden sey, V. R. W.

§. VI.

§. VI. Denique *in subsidium* parochianorum onus est, reficere ecclesiam. CORTIADA *cit. l. n. 18.* Hoc fere in omnibus ordinationibus ecclesiasticis prouisum est, in *ordin. Magdeb. cit. l. §. 1.* ita cautum: Die Gebäude der Kirchen, Prediger, Schulmeister und Küster-Häuser sollen von ieder Kirchen Einkommen, und da solche nicht zureichen, von den Zuhörern und Eingepfarreten iedes Orts, vermittelst einer gemeinen billigen und gleichmäßigen Anlage, in Deckung und sonsten im guten Bau und Besserung erhalten werden. Sicuti vero absque patronorum requisitione refectio talis non est suscipienda: ita quoque a cognitione, quæ, antequam ad refectionem hanc progrediantur, instituí solet, non sunt excludendi parochiani. CARPZOV. *cit. l. n. 14.* Et cum non raro hæc onera detrectare soleant parochiani: canonistæ etiam eosdem per censuras ecclesiasticas adigendos esse putant. GVTTIER. *l. c. canon. quæst. c. 21. n. 152. in f.* Quin fatetur ALEX. SPERELLVS episcopus Eugubinus *decis. 68. n. 5.* se sæpius facultatem parochis suis concessisse, a cura discedendi ad tempus, & comminandi, se non reuersuros, donec de domo & habitatione sibi prouideretur. *Quamuis enim regulariter*, inquit, *compelli non possint per subtractionem Sacramentorum; ne videatur pretium temporalis oblationis dari pro spirituali: id tamen intelligitur, quando parochus propria auctoritate id faceret.* Verum in nostris ecclesiis *consistorii* cognitio erit, quomodo parochiani ad contribuendum compellendi sint, vt hinc a censuris hisce & denegatione Sacramentorum merito abstinendum sit. Quin & in *decreto synodali Sax. de anno 1624.* iniungitur denen Gerichts-Herren, daß sie die Eingepfarreten dahin mit Ernst anhalten sollen. FINCKELTH. *de iure patron. c. 4. n. 86.*

Parochiani demum tenentur reficere ecclesiam in subsidium.

Admittendi parochiani ad cognitionem de refectione ecclesiæ suscipiendam.

Quomodo parochiani compellantur.

§. VII. Incumbit hoc onus contribuendi indifferenter omnibus parochianis, & qui horum nomine veniunt, CARPZ. *lib. 2. iurispr. eccles. def. 341.* adeo vt si quis duobus in locis domicilium habeat, & ita vtrobique parochianus sit, vtrobique etiam oneri contribuendi subiectus sit. Neque hic excipiuntur nobiles, CORTIADA *cit. l. n. 20.* vbi bene animaduertit CARPZ. *cit. l. def. 340.* cum æque sint parochiani ac rustici, & ad hanc oblationem eadem obligatio illos stringat, quæ alios parochianos, quod tamen idem tantum restringit respectu bonorum allodialium. Respectu *feudalium* regulariter ab omnibus contributionibus sunt immunes, etiam *extraordinariis*, qua appellatione etiam contributiones ad fabricam ecclesiæ venire putat CARPZOVIVS *def. 347.* Sed merito de hac sententia dubito cum STRYK. *in not. ad ius eccles.*

Omnes parochiani etiam contribuere debent.

An nobiles respectu feudalium eximantur.

Brun-

Brunnem. lib. 2. cap. 2. §. 29. Quod enim nobiles reſpectu *feudalium* ad ordinarias & extraordinarias contributiones non teneantur, id inde eſt, quod iam domino feudi ad ſeruitia feudalia intuitu illorum bonorum obſtricti ſint, adeoque dominus feudi duplex onus ab iis prætendere non poſſit. Sed hinc non dominus feudi ex hac contributione, de qua agimus, emolumentum capit, ſed eccleſia, & diuerſa ſane eſt ratio contributionum ciuilium, & quæ ad reparationem eccleſiarum ſpectant, vbi ſimul concurrit fauor earum, & obligatio communis, ex parochialitate deducta.

Quomodo filialiſtæ contribuant?

§. VIII. Cum vero, vt alibi iam dictum, eccleſiæ parochiales *matres* ſub ſe habeant *filias*, & quidem duplici ratione, vt vel proprium templum habeant, vel eo deſtituantur: diuerſa quoque circa contributionem ad refectionem eccleſiæ matris formanda erit deciſio. Quod ſi filialiſtæ deſtituuntur proprio templo, & hac ratione vniti ſunt matri eccleſiæ; ſe oneri contribuendi ſubtrahere nequeunt, cum eadem emolumenta quoque ex eccleſia matre capiant, quæ reliqui parochiani in parochia eius habitantes, FINCKELTH. *cit. l. n. 87.* & quidem ſecundum mores Saxon. in tertiam partem, ID. *ibid. n. 88.* quod etiam confirmatum in *ord. eccleſ. Magdeb. c. 24. §. 3.* ibi: ſondern etwa den dritten Theil nach der einkünftigen proportion &c. Ceterum vbi de hac conſuetudine non conſtat, merito æqualiter cum reliquis parochianis ad contributionem hanc concurrere debent. CARPZ. *cit. l. def. 344.* Diuerſa eſt ratio, ſi *proprium templum* habent, in quo ſacris interſunt: nam tunc demum ad huius reparationem contribuere debent; non ad matris, ne alioquin duplici grauentur onere. Accedit, quod ratio prædicta hic ceſſet, cum eorum non adeo interſit, eccleſiam matrem reparari. ID. *def. 345.* Sed id tantum reſtringendum ad *reparationem eccleſiarum.* Diuerſa eſt ratio in *reparatione ædium parochialium*, vbi indiſtincte filialiſtæ contribuere debent, ſiue habeant proprium templum, ſiue non; modo rurſus eiusmodi ædes in pagis filialiſtarum non reperiantur: nam tunc eodem modo ad harum refectionem tantum tenentur, id quod cedit in emolumentum parochi, qui ædes illas aliis locare poteſt.

Onus hoc non reale, ſed perſonale eſt, & tantum parochianos concernit.

§. IX. Ceterum onus hoc contribuendi non mere reale eſt, prædia ipſa afficiens, ſed magis ex *obligatione parochianorum* deducitur. Contribuere enim debent parochiani, quia refectio in eorum emolumentum cedit: vnde patet, non-parochianos, licet vel maxime præ-

prædia intra parochiam sita habeant, ad hanc contributionem adigi non posse; vid. KLOCK. *de contribut. cap. 10. sect. 1. n. 62. seqq.* nisi *in subsidium* in casu necessitatis. IDEM *n. 71.* E contrario parochiani hoc onus subire debent, licet vel maxime in alieno territorio domicilium habeant, & sub alio degant magistratu, CORTIADA *cit. l. n. 21.* CARPZOV. *cit. l. def. 348.* quod diserte prouisum in *ord. Sax. art. gen. 32.* ibi; ob sie gleich nicht unter einen besondern Herrschaften besessen.

§. IX. Denique contributio hæc merito instituenda secundum *proportionem geometricam.* Quamuis enim omnes ac singuli participent æqualiter de vtilitate ecclesiarum parochialium: tamen cum alias in contributionibus ad *patrimonii quantitatem* respici soleat, a iuris ratione alienum non est, si dicamus, hic quoque eodem modo fieri debere contributionem. CORTIADA *cit. l. n. 24.* Itaque in ciuitatibus quidem contributio fit secundum cuiusque parochiani patrimonii quantitatem: in pagis vero taxa contributionum secundum numerum agrorum solet imponi, cum rusticorum facultates potissimum in agris consistant. Ante omnia tamen ad obseruantiam antiquam respiciendum, quæ si inueterata & certa est, merito seruanda est, prout respondit Facultas nostra iurid. *Mens. Sept. an. 1709.* Quomodo contributio ipsa instituenda.

Nunmehro aus denen Acten so viel zu befinden, daß es bey dem fol. 13. befindlichen und den 20. Sept. 1708. publicirten Bescheide billig verbleibe, und dem Interuenienten-Pfarrer die Dienste nach altem Gebrauch zu leisten schuldig seyn. V. R. W.

Rationes decidendi.

Es ist gleich anfangs von der Fürstl. Anhaltischen Vormundschafts-Regierung per rescriptum dem Amtmann zu N. anbefohlen worden, der Halbspänner desiderium zu untersuchen, und sie mit den Vollspännern durch ein billig-mässiges reglement proportionaliter zu unterscheiden; Worauf die Partheyen auch vernommen, und weil die Leuteranten nicht in Abrede seyn können, daß sie mit denen Vollspännern etliche 30. Jahr her gleiche Dienste zu Bestellung der Pfarr-Aecker gethan, ist fol. act. 13. erkannt worden, daß die Halbspänner nebst denen Vollspännern gleiche Dienste, wie solches hergebracht, der Kirchen zu *præstiren* schuldig. Worauf sich Leuteranten abermal an die Fürstl. Anhaltische Vormundschafts-

schafts-Regierung gewandt, von welcher vorgedachter Amts-Bescheid dahin reformiret worden, daß die Halbspänner nur nach proportion der Aecker zu solchem Beytrag der Pfarr-Dienste gehalten, denen Vollspännern gleichwol annoch unbenommen bleibe, ihre vorgeschützte obseruance und Rechts-bewährte Zeit zu beweisen, wowider anietzo Leuterung eingewandt ist.

Nun haben zwar die Leuteraten vor sich angeführet, daß die Leuterung quoad formalia vor beständig nicht zu achten, angesehen sie nicht vor dem Amte, sondern bey der Fürstl. Anhaltischen Vormundschafts-Regierung interponiret worden, quoad materialia aber, daß es (1) unbillig wäre, daß sie als Halbspänner mit denen Vollspännern, als welche noch eins so viel Aecker besitzen, gleiche Dienste zu Bestellung der Pfarr-Aecker und andere præstationes thun sollen, cum ordinarie in huiusmodi præstationibus respiciendum sit ad patrimonii quantitatem, licet singuli æqualiter participent de vtilitate ecclesiæ parochialis.

CORTIADA *ad decis. 180. u. 24.*

Deswegen sie actionem negatoriam angestellet, und negiret, von ihren getheilten Gütern, welche vorher ein Acker-Gut, gleich denen andern Vollspännern gewesen, doppelte Dienste der Pfarre in Bestellung des Ackers und Contribuirung des Strohes zu Reparirung der Pfarre und andern in actis benamten Gebäuden zu thun, dahero Leuteranten billig das Gegentheil beweisen müssen.

CARPZOV. *P. 2. C. 41. def. 18.*

Zumal (3) bekannt, daß vor vielen Jahren unterschiedliche vereinigte Güter getheilet worden, und darauf die Halbspänner entstanden, folglich auch die onera haben getheilet werden müssen, also der Halbspänner intention in iure & æquitate naturali fundiret sey, hingegen die Vollspänner doppelte Dienste ihnen zumuthen wolten. Wie denn auch (4) deswegen von der Fürstl. Anhaltischen Vormundschafts-Regierung an den Amtmann zu N. die Sache remittiret worden, daß er die sämtlichen Interessenten durch ein billig-mäßiges Reglement proportionaliter aus einander setzen solte, welchem Rescripto durch den Amts-Bescheid kein Genügen geschehen, ja es hatten (5) die Leuteraten sich in obseruantia contraria fundiret, welche in facto beruhet, und also billig erwiesen werden müssen, solche doch (6) durch die bisherigen actus nicht können erwiesen werden, als welche ex causa erro-

nea

nea hergeflossen, contra tenorem des Saalbuchs de Anno 1602.

Dieweil aber dennoch Leuteranten gerichtlich *foi. act. II.* gestanden, daß in die 30. Jahren her ein Halbspänner ratione der Kirchenpræstandorum so viel als ein Vollspänner præstiret, und binnen solcher Zeit kein Unterscheid unter Halb- und Vollspänner gemachet sey, sondern über 30. Jahr unter ihnen eine Gleichheit gehalten worden, woraus denn eine obseruantia constans, welche in dergleichen Kirchen-præstandis pro norma beobachtet werden muß,

CARPZOV. *in iurispr. eccles. lib. 3. def. 25. n. 1. sq. & lib. 1. def. 105. n. 8.*

MENOCH. *vol. 3. cons. 265. n. 2.*

von selbsten erfolget, und keines fernern Beweises bedarf, nachdem sie per confessionem aduersariorum gleichsam pro notorio zu halten, iam autem nemo obseruantiam notoriam probare debet,

MYNSING. *3. obs. 96. n. 6.*

ANDREOLI *controu. 6. n. 28.*

auch solche Zeit und die darin erfolgte Actus zulänglich seyn können, ad obseruantiam introducendam, quia obseruantia conficitur ex variis actibus, adeo vt etiam in illa probanda vel duo sufficere possint testes;

GAIL. 2. *obs. 31.*

CARPZOV. *P. 2. c. 3. def. 22.*

Wie denn auch von denen Gegenern keine Actus contrarii dargegen haben vorgebracht werden können, die Zeit auch, daß nemlich über 30. Jahren solches geschehen, genug seyn kann, etiam de iure Saxonico ad obseruantiam constituendam, und dahero nach solcher hergebrachten obseruanz die Vollspänner-grauamina vor erheblich zu achten gewesen, und der Leuteraten Einwenden solche nicht umstossen mögen, anerwogen ratione formalium die Leuterung keinen defectum daraus haben mag, daß sie euentualiter vor die Vormundschafts-Regierung interponiret, zumal auch daselbst das Urthel gesprochen, die Leuterung auch angenommen, und ad iudicem priorem remittiret, cum ne quidem appellatio pro deserta zu halten, si per saltum facta sit;

c. 66. X. de appellat.

MEV. *p. 5. dec. 204.*

Ratione materialium aber alles durch die eingestandene obseruantiam contrariam hinweg fallen muß, quippe quæ etiam contra ius commune

valet, und wenn alſo gleich Leuteraten negatoriam angeſtellet, dennoch Leuteranten kein Beweiß zukommen können, nachdem die Obſeruantia in confeſſo beruhet, auch durch den Amts-Beſcheid contra reſcriptum der Fürſtl. Anhaltiſchen Vormundſchafts-Regierung, ſo fol. act. 1. befindlich, nicht erkant worden, als worin zugleich mit anbefohlen iſt, die Sache ſummariſch zu unterſuchen, auch alle reſcripta zu verſtehen ſind, ſi preces veritate nitantur,

c. 2. X. de reſcript.

und endlich die exceptio erroris & iniquitatis contra obſeruantiam theils nicht fundata, theils nicht erwieſen iſt:

So hat nicht anders, als geſchehen, erkant werden können, und weil wir in der fol. Act. 15. befindlichen Schrift keine Anzüglichkeiten gefunden, hat man ſolches übergehen müſſen.

Quid vero dicendum de iis, qui agros plane non poſſident, plenius enucleat CARPZOV. *lib. 2. iurispr. conſiſt. def. 342. n. 9. ſqq.* Et quia inter noſtros prælaudatus Autor præſertim hanc materiam pleniſſime pertractauit, inter pontificios vero ſæpe allegatus Hiſpanus MICHAEL *de* CORTIADA *integra deciſ. 180.* PETRVS PECKIVS *de reparat. eccleſ.* illam excuſſerunt; ſatis eſſe exiſtimaui, ſumma tantum huius doctrinæ capita attingere, *in iur. eccleſ. ad tit. de eccleſ. ædif. & reparand.* penitius explicanda.

SECTIO

SECTIO VIII.
DE
ECCLESIA PAROCHIALI VACANTE.

CAP. I.
De
Generali consideratione ecclesiæ parochialis vacantis.

§. I.

STatus *ecclesiæ parochialis vacantis* rectius diiudicari, & sub examen reuocari nequit, quam si paucis *statum ecclesiæ* ex suis propriis principiis, vt & ex historia primitiuæ ecclesiæ reguste-mus, & iura eiusdem secundum hæc sub incudem reuocemus. Ostendi *Sect. I. c. 2.* vocem *ecclesiæ* sumi vel pro *cœtu externo*, in loco quodam congregato, vel in genere pro *cœtu fidelium dispersо per vniuersum mundum*. Quod si posteriori in sensu ecclesiam consideras, eius caput, director, & proprius pastor, qui oues suas pascit, est CHRISTVS Saluator, & sic nunquam *vacare* potest, quia nunquam deficit, aut suas oues deserit, imo hanc ecclesiam super immobili fundamento collocauit, contra quod omnis inferorum exercitus nihil valebit. *Matth. XVI, 18.* Hunc locum contra ausus pontificiorum, fundamentum *ecclesiæ* PETRVM statuentium, solide ex patrum dictis defen-

Ecclesia interna nunquam vacat.

Sed immobili fundamento subnixa est.

defendit M. A. DE DOMINIS *de republ. eccles. lib. I. cap. 6.* Agnouit idem THEOPHYLACTVS *ad locum cit.* ita differens: *quia confessus est Petrus ipsum filium DEI, dicit Dominus, hanc confessionem, quam confessus est, fundamentum futurum fidelium, ita vt omnis homo, conditurus domum fidei, confessionem fundamenti loco sit substraturus.* Sic itaque non vacat ecclesia interna respectu *capitis*, quod æternum, quod se perpetuo vsque ad finem mundi præsto fidelibus futurum promisit, *Matth. cap. vlt. vers. vlt.* vbicunque fuerint in eius nomine congregati. *Matth. XVIII, 20.* Nam *verbum Domini manet in aternum*, nec vacauit hactenus respectu *fidelium*, cum omni tempore mediis sub densissimis tenebris reseruauerit sibi cœtum quendam fidelium, qui ad idola non transierunt. Prædicatum itaque *vacationis* non alii quam *ecclesiæ externæ*, rite ordinatæ, & sub rectoribus suis consideratæ, applicari potest: sic enim dicitur *vacare*, quoties destituta est suis ministris, eam dirigentibus.

Vacatio tantum prædicatur de ecclesia externa ordinata.

Corrupta significatio vacantis ecclesiæ.

§. II. Quemadmodum vero *ambitio* & *auaritia* clericorum eccleſiam mirum in modum eo tempore infecit, quo externam tranquillitatem & quietem christiani imperatores ei indulserunt, adeo vt non amplius *ministri ecclesiarum*, sed *domini* esse maluerint: ita quoque *vacantis ecclesiæ* denominatio adeo postea deprauata est, vt fere ad *interregnum* aliquod deflexisse visa fuerit, & *vacatio ecclesiarum* longe aliud quid denotauerit, quam pristinis temporibus, quod paucis ex antiquitatibus illustrabo.

Respectu apostolorum nulla poterat accidere vacatio.

§. III. In primitiua ecclesia curam tum fidelium, tum vt verbum DEI & doctrina de Christo per totum dispergeretur mundum, primario gerebant apostoli & euangelistæ, quorum officium, vt vel ipsum indicat nomen, adeo *generale* erat, vt se certo alicui loco adstrictos & alligatos profiteri non possent, sed iuxta doctrinam sui Saluatoris essent *missi* seu *legati*, per vniuersum mundum euntes, & prædicantes Euangelium. Sic itaque omnibus proderant, quotcunque Christi doctrinam amplecterentur, vbique docebant, vbique CHRISTVM profitebantur, præsentes verbis, absentes literis, exemplo PAVLI, PETRI, IOANNIS, aliorumque. Respectu horum itaque, postquam morte, vel violenta vel alia, essent extincti, nulla *vacatio* propie dicta inducebatur, quia nulli peculiari loco se alligauerant, nisi vacationem respectu *omnium ecclesiarum* velis inducere, quæ tamen ab hoc loco aliena est.

§. IV.

§. IV. Quia tamen numerus fidelium vbique creſcebat, & ſic ſingulis locis, ad quæ euangelium penetrauerat, ingens fidelium copia reperiebatur, præterea vero iudæorum pertinacia & malitia fideles cogebat communioni eorum renunciare: conſultum viſum fuit apoſtolis, in ſingulis locis conſtituere viros in fide probatos, qui cœtui fidelium docendo, adhortando, precando præeſſent, & gregem CHRISTI paſcerent ſecundum mandatum Saluatoris. Apparet hoc ex alloquio apoſtoli ad presbyteros, quos Epheſo euocari curauerat, *Act. XX, 28. Attendite*, inquit, *vobis & vniuerſo gregi, in quos vos Spiritus S. poſuit epiſcopos, regere eccleſiam DEI.* Fuere ergo eo tempore iam Epheſi plures presbyteri conſtituti, regentes eccleſiam. Clarius id patet ex *Act. XIV, 13.* vbi refertur, BARNABAM & PAVLVM variis in eccleſiis ordinaſſe & conſtituiſſe presbyteros, eosque Deo commendaſſe precibus & ieiunio. Addit idem PAVLVS *in epiſt. ad Tit. cap. I, 5.* ſe Titum reliquiſſe Cretæ, vt oppidatim conſtitueret presbyteros idoneos, conſenſu eccleſiæ deſignatos. Huc ſine dubio reſpexit TERTVLLIAN. *lib. de præſcript c. 20.* aiens: *Apoſtoli primo per iudæam conteſtata fide in Ieſum Chriſtum vel eccleſiis inſtitutis, de hinc in orbem profecti eandem doctrinam eiusdem fidei rationibus promulgauerunt, & proinde eccleſias apud vnamquamque ciuitatem condiderunt, a quibus traducem fidei & ſemina doctrinæ ceteræ exinde eccleſiæ mutuatæ ſunt, & mutuantur.* Quamuis itaque hæc ſatis aperta ſint: ſedulo tamen cauendum, ne cum PETRO DE MARCA *de concord. ſacerd. & imper. lib. 6. c. 1.* inde *politicum* adſtruamus *regimen*, & originem *parochiarum* & *diœceſium* petamus, quaſi certi fines ſingulis eccleſiis eo ipſo præſtituti fuerint, quod poſtea demum factum eſt. Quantum enim hæc a veritate hiſtorica abhorreant, oſtendi ſupra *Sect. II. c. 2.* Fuere illæ eccleſiæ in oppidis, ciuitatibus & rebuspublicis; ergo non aliter circumſcribi potuere & denominari, quam ab ipſis locis, vbi præſto erant. Non itaque fines Apoſtoli determinarunt, ſed potius cœtui fidelium, iam in loco certo conſtituto, præficiendos curarunt presbyteros diaconosque, eisque cœtibus a locis ſuis denominationem dedere. conf. EVSEB. *lib. 3. c. 39.*

Qua occaſione cœtus externi olim ordinati fuerint?

Sub regimine quodam: non tamen ciuili.

§. V. Verum ne ſic quidem presbyteri ſe loco illi in tantum alligatos putabant, vt duntaxat gregem ſibi peculiariter, commiſſum, paſcerent, ſed etiam aliis eccleſiis verbo inſeruire, & prout neceſſitas poſtulabat, maxime poſt mortem Apoſtolorum, qui *curam generalem* pro omnibus eccleſiis gerebant, *2 Cor. XI, 28. Gal. II, 7. 8. 9.* illis ſuccur-

Presbyteri non erant perpetuo affixi ſuis eccleſiis.

currere ſtudebant. Nouerant, vnam eſſe vineam Chriſti, in qua omnibus pro viribus laborandum eſſet: omnes quaſi collegæ & συγλοιτȣργοί vnius eccleſiæ, in qua omnibus *in ſolidum* cura eſſet commiſſa, videbantur, eodem ducebantur conſilio & zelo, præcauentes, ne quid detrimenti caperet eccleſia, POSSIDIVS *in vita Auguſtin. c. 9.* Talem curam vniuerſalem geſſit CYPRIANVS, de quo GREGORIVS NAZIANZ. *orat. XIX. in Cypr. Non enim*, ait, *Carthaginenſium eccleſiæ præſedit ſoli, ſeu Africæ, quæ ex illo & per illum celebris in præſentem vsque diem eſt facta; ſed Heſperiæ vniuerſæ, imo orienti fere ipſi ad finem vsque meridiei & ſeptentrionis. Similiter orat. XVIII. in Athanaſ. Totius orbis cura a quocunque epiſcopo aſſumenda, vbi charitas & neceſſitas ita poſtulat*, &c. Conf. M. ANT. *de* DOMIN. *l. II. c. 7. n. 4. ſeqq.* ARNOLDI *de primitiua eccleſia P. I. l. 2. c. 11. §. 3. ſeqq.*

Omnium erat vnus zelus & idem ardor;

§. VI. Hunc ſtatum eccleſiarum imprimis tempore apoſtolorum & poſt illud obtinuiſſe probabile eſt, vbi nulli reſpectus mundani, nullæ *ambitionis* & *auaritiæ* rationes presbyteros corruperant, ſed omnium vnius idemque erat animus, regnum Chriſti dilatandi, & ſalutem hominum promouendi. Tali ſtatu ſuppoſito, *vacatio* proprie dicta, quæ hodie ita dicitur, contingere vix potuit. Nam ſi vel maxime moreretur, vel in exilium proiiceretur aliquis presbyterorum, plures tamen adhuc ſupererant, & ceteri viciniores æque curam huic, quam ſuæ eccleſiæ, impendebant. Imo tantus ardor in ſingulis erat, Chriſtum annunciandi, vt nunquam deficeret alter, nec tot deliberationes, totque aliæ infinitæ ambages eſſent introductæ. Et quia non ſinguli ſingulis eccleſiis, ſed viri plures præfecti erant, quod Epheſinæ eccleſiæ exemplo conſtat, *Act. XIV, 23.* neque numerus eorum ſemper certus erat, vno vel altero exſtincto; reliqui in eadem eccleſia ſupplebant huius defectum. CENTVRIAT. MAGDEB. *cent. 2. c. 7. 94.* OSIANDER *cent. 4. lib. 1. c. 14.* Ingruentibus tamen perſecutionibus, quæ non raro eccleſiam alicuius loci vniuerſam funditus deſtruere conabantur, quandoque contingere poterat, vt presbyteris deſtitueretur aliqua eccleſia, præſertim cum hiſtoriæ doceant, imprimis ſæuitum fuiſſe in presbyteros & epiſcopos, quibus e medio ſublatis, totam ſaluatoris doctrinam eo facilius exſtirpari poſſe, temere iudicabant.

nec vacatio talis facile contingebat, qualis hodie dicitur;

§. VII. Hoc itaque caſu aliquod ſimulacrum *vacantis eccleſiæ* accidere poterat, quod tamen, cum temporibus noſtris comparatione inſtituta, *vacatio proprie dicta* dici vix poteſt; quia ibi non erant parochiæ & diœceſes, nec certus numerus, ſed cura omnium eccleſiarum

ſed tantum imago quædam.

ſin-

singulis demandata videbatur. Erat itaque *vacantis ecclesiæ status* in primitiua ecclesia fere hoc modo comparatus, vt, deficientibus ordinariis presbyteris, non tamen deficerent alii, imo singuli in ecclesia tale munus exercere possent, docente TERTVLLIANO *de exhortat. castit. c. VII.* Neque adeo necesse erat, hanc interim ad certum tempus alicui commendare ecclesiam, vti hodie fieri solet, neque certum tempus expectabatur, intra quod, vt hodie, vacare debeat ecclesia: magis salutis hominum, quam aliorum ciuilium respectuum ratio habebatur. Ignorabant annos gratiæ, quibus loco redituum pinguiorum mors & quælibet extrema imminebant; & hinc nullæ lites metuendæ erant de *diuidendis fructibus* inter futurum presbyterum & heredes defuncti, nec aliæ in examen poterant vocari quæstiones. Sic itaque iura ecclesiastica in statu *vacantis ecclesiæ* erant *simplicia*, vt non facile lites metuendæ essent.

§. VIII. Postquam episcopi a presbyteris euidentius distinguere cœperunt, mutatus admodum est *ecclesiarum* status, ita vt in episcopis primario fundatus & constitutus esse videretur, quod principium sæpissime inculcat CYPRIANVS. Inde *vacatio* ecclesiis potissimum tunc tribui cœpit, si episcopo essent destitutæ, qui earum legitimus & primarius erat defensor. Interim sub hoc nouo statu, qui iam seculo III. adfuit, quotidie ecclesiæ augmenta capiebant admiranda medias inter persecutiones, quod cum ægre ferrent gentiles, persecutiones quoque diriſſimæ auctæ sunt, vbique episcopis e medio sublatis, vel in fugam actis. *Deciana* imprimis misere afflixit ecclesias, vt plures episcopi secedere cogerentur, & ipsæ ecclesiæ dispersæ, in syluis & speluncis hinc inde aberrarent. EVSEB. *lib. VI. c. 42.* Ipse CYPRIANVS per biennium abfuit a sua ecclesia: alii extrema quæque passi erant, vt eo tempore plures ecclesiæ episcopis destituerentur, & plures episcopi absque suo grege in exilio pererrarent. Tales episcopi postea dicti sunt *vacantes*, ipsa ecclesia vero *vacans*, vid. *c. 8. D. 92.* M. A. *de* DOMIN. *de republ. eccles. P. I. l. 2. c. 7. §. 27.* licet presbyteris diaconisque non esset destituta. Grauior & maior sine dubio erat *vacatio*, quando ne hi quidem aderant. Notæ sunt querelæ AVRELII in concilio Carthaginensi, deplorantis, *tantum esse defectum presbyterorum, vt plures ecclesiæ essent vacantes, ita vt vix diaconus adhuc inueniri posset, se non posse diutius ferre quotidianas querelas populi miserrimi, sed instanter rogare, vt his subsidium præbeatur mature, ne animarum neglectus ipsis cederet in condemnationem.* BEVEREG. *tom. I. synod. action. III. c. 51.* Hæc itaque

Qua ratione vacatio respectu episcoporum inualuerit?

facies miſeranda erat eccleſiarum vere *vacantium*, quam diriſſimæ perſecutiones producebant, vbi vix alii ſuccurrere poterant, vel volebant, quia eo tempore ardor priſtinus quodammodo deferbuerat. ipſe CYPRIANVS diffiteri non potuit, quietem, ante Decianam perſecutionem eccleſiis a Deo conceſſam, nimis noxiam chriſtianis fuiſſe, presbyterosque ipſos anſam dediſſe ad tantam chriſtianorum tepiditatem, qui ipſimet plurimis in eccleſiis tanto in Chriſtum zelo non amplius præditi eſſe videbantur.

Ratio vacantis eccleſiæ tempore Conſtantini.

§. IX. Verum poſtquam CONSTANTINI tempore pax externa reddita eccleſiis, & epiſcopi ſtructa hierarchiæ fundamenta confirmare ſtudebant, certisque terminis eccleſias circumſcribebant: cura hæc communis eccleſiarum magis reſtricta, & extranei epiſcopi ab aliarum eccleſiarum cura conciliis publicis excluſi ſunt, adeoque alia facies rerum inualuit. Antea ſub perſecutionibus vacabant quidem eccleſiæ, ſed magis *ex iniuria temporum*, quam *ex ſtatu eccleſiarum*, h. e. horrendiſſimæ perſecutiones ſæpe tantæ erant, vt quandoque deficerent, qui muneri eccleſiaſtico præfici poſſent, vti *§. antec.* dictum: alias vero, ceſſante hac temporum iniuria, *vacatio* quidem contingere poterat, ſed ita comparata erat, vt eccleſia vix eſſet vacans; imo cum communis omnium epiſcoporum in omnes eccleſias cura extenderetur, non poterat dici vacare, cuius curam ſimul alii ſuſciperent, vel de alio idoneo eidem prouiderent. Aſt poſtquam externam ſenſit quietem eccleſia, & in *ſtatum* quendam *politicum* conſecta, ſub certo regimine *epiſcopi & presbyterorum: vera vacatio* facilius contingere potuit. Poſtquam enim quilibet prælatus ſeu epiſcopus diœceſin, tanquam *proprium territorium* tenuit, aliosque a cura eiusdem excluſit, deficiente vel moriente proprio epiſcopo; proprius ſingulis locis dandus erat paſtor. Quod munus cum vtplurimum plures ambirent, tanquam honorificum & opimum; non potuit non contingere, vt hinc inde concertationes & ſtudia partium exiſterent, quæ diuturniorem eccleſiæ vacationem non raro operabantur, ceu hiſtoriæ eccleſiaſticæ & ſtatus eorum temporum docet liquidiſſime.

Studia partium non raro vacationem eccleſiarum prorogabant.

§. X. Imprimis vero *ſtudia partium* & ſeditiones populi vacationes eccleſiarum extenderunt *ad longius tempus* in ſummum earum detrimentum. Reſpexiſſe huc videtur GELASIVS in epiſtola *ad Philippum* & *Seruatium* epiſcopos, quam refert GRATIANVS *c. 11. D. 63.* his verbis: *Plebs Diotrenſis data nobis petitione defleuit, diu ſe ſine rectoris proprii*

proprii gubernatione diſpergi, ac, ſicut aſſeritur, is qui a vobis iam probasus aſſeritur, a paucis & tenuibus putatur electus, cum ad vos pertineat, vniuerſos aſſidua adminiſtratione compellere, vt omnes in vnum, quem dignum ſacerdotio viderint, & ſine aliqua reprehenſione conſentiant. Et ideo fratres chariſſimi diuerſos ex omnibus ſæpe dicti loci parochiis presbyteros, Diaconos, & vniuerſam turbam vos oportet ſæpius conuocare, quatenus non prout cuilibet libuerit, ſed concordantibus animis talem, vobis admonentibus, ſibi quærant, ſola diuinitatis attentione perſonam, quam nulla contrarietas a conſtitutis poſſit reuocari præſcriptis. Ex his verbis ſatis apparet, eccleſiam fuiſſe tamdiu *vacantem* propter plebis diſſidia, inde enim ſumſit GELASIVS occaſionem, vt admoneret duos prædictos epiſcopos, de reducenda in concordiam plebe. STEPHANVS itidem in *c. 12. D. 63.* hoc confirmat, poſt Immolenſis epiſcopi mortem populum fuiſſe diuiſum propter electionem noui ſucceſſoris, & addit: *Quod quia ſæpe contingere ſolet, (quærentibus ſingulis, quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti) non adeo miramur.* AMBROSIVS itidem in *epiſt. 82.* ad Vercellenſem eccleſiam ſtatum ſui temporis deplorat, ſimulque, vnde tantæ vacationes ortæ, oſtendit. *Conſligor*, inquit, *dolore, quia eccleſiæ Domini, quæ eſt in vobis, ſacerdotem adhuc non habet, ac ſola nunc ex omnibus Liguriæ atque Aemiliæ Venetiarumque, vel ceteris finitimis Italiæ partibus huiusmodi eget officio, quod ex ea aliæ ſibi eccleſiæ petere ſolebant: & (quod verecundius eſt) mihi adſcribitur veſtra intentio, quæ affert impedimentum. Nam cum ſint in vobis diſſenſiones, quomodo poſſumus aliquid, aut nos decernere, aut vos eligere, aut quisquam acquieſcere, vt inter diſſidentes percipiat hoc munus, quod inter conuenientes vix ſuſtineatur.* Ab hoc non diſcrepat AVGVSTINVS *epiſt. 100.* ita de ſtatu ſui temporis iudicans: *Scio, poſt obitum epiſcoporum per ambitioſos aut contentioſos ſolere eccleſias perturbari, & quod ſæpe expertus ſum & dolui, debeo, quantum ad me attinet, ne contingat, huic proſpicere ciuitati.* Præterea huc referri merentur, quæ APOLLINARIS SIDONIVS *lib. 4. epiſt. 25.* de ſtatu ſui temporis, h. e. ſeculi quinti recenſet, vbi egregie depingit plebis diuerſa ſtudia in electionibus adeſſe ſolita. Tot ſane veſtigia adhuc in decretis, ex hiſtoria eccleſiaſtica collectis, de turbulentis electionibus plebis, de admonitionibus epiſcoporum, vt in tranquillitate fierent electiones, ſuperſunt, vt euidentia rei inde ſatis liqueat. Denique aliquando etiam tanta penuria promouendorum ad munia epiſcopalia fuiſſe videtur, vt inueniri non potuerint, quibus digne illa concrederentur, quod rurſus miſeriam eius temporis oſtendit. Sic GREGORIVS

ad Paſſiuum epiſcopum, lib. 19. epiſt. 13. quam GRATIANVS *c. 18. D. 61.* refert: *Bene*, ſcribit, *nouit fraternitas veſtra, quam longo ſit tempore Oprutium paſtorali ſollicitudine deſtitutum, vbi diu quæſiuimus, quis ordinari debuiſſet, & nequaquam potuimus inuenire.* Et LEO quartus ita LOTHARIO & LVDOVICO Auguſtis reſcribit in *c. 16. D. 63. Reatina eccleſia, quæ per tot temporum ſpatia paſtoralibus curis deſtituta conſiſtit, digna eſt, vt brachio amplitudinis veſtræ ſubleuetur, ac gubernationis regimine protegatur.* Sed omitto alia adiungere exempla, quorum plena eſt omnis antiquitas eccleſiaſtica.

Solus epiſcopi defectus vacationem inducebat, non parochorum.

§. XI. Quæ hactenus adducta ſunt, euidenter docent, eccleſiæ vacantis ſtatum vnice ex *defectu epiſcopi*, in quo conſtituta dicebatur, quique eius caput erat, æſtimatum fuiſſe. Parochiales eccleſiæ quidem tempore CONSTANTINI M. introductæ ſunt, vt ſupra aſſerui *ſect. II. c. 2.* §. ſed horum mors vel defectus vacantiam nullam inducebat. Diœceſes epiſcoporum vltra limites ciuitatum raro extendebantur: omnes eccleſiæ ciuitatum & pagorum, ciuitati ſubiectorum, ad epiſcopi curam pertinebant, & quamdiu hic ſupererat, nulla vacatio proprie dicta aderat. In eccleſia cathedrali, ſi presbyter vel diaconus, vel alius clericus decedebat, *locus* tantum vacabat, non *eccleſia*, epiſcopo adhuc ſuperſtite, qui *caput* erat ſuæ diœceſeos, reliquis tantum ad *ſenatum eccleſiaſticum* deſignatis. Similiter ſi hi, quos epiſcopus eccleſiis minoribus vel parochialibus præfecerat, decedebant, mox alii præſto erant, ex epiſcopi iuſſu rem diuinam in illis facientes, curamque plebis gerentes, & ita rurſus *locus* tantum, non *eccleſia* vacare dicebatur. Omnes reliqui clerici erant tantum comminiſtri eius, vti vocabantur teſte BLONDELLO *de epiſc. & presbyter.* ipſe autem omnium princeps, dominus & caput, quo ſuperſtite, nulla vacatio exiſtere poterat.

Vnde parochiarum vacatio inualuerit?

§. XII. Pedetentim tamen diœceſes epiſcoporum incrementa maxima ſumſerunt, plurimisque eccleſiis parochialibus auctæ ſunt. Neque enim ambitio epiſcoporum ſeſe continere paſſa eſt intra limites ciuitatis vnius, ſed plures, ſeculis ſubſequentibus, ſuo ſub regimine accepit, maxime in Germania & Gallia, ex quarum coalitione tot ampliſſimæ latæque diœceſes ortæ ſunt. Hoc nouo rerum ſtatu parochi, eccleſiis minoribus præpoſiti, maiorem acceperunt curam in ſuis eccleſiis, quo minus epiſcopi *curam ſpecialiorem* tot eccleſiarum amplius gerere poterant. Cogitari ſubinde eo tempore debuit de *limitibus parochialibus*, de proprio ſingularum parochiarum diſtrictu ſeu territorio, de iure cogendi & prohibendi, de bonis ſingulis Parochis, iure

bene-

beneficiario perpetuo assignandis, & de statu singularum parochiarum peculiari formando, aliisque. His in vsum deductis, parochiales ecclesiæ quoque *vacantes* dici debuere, quæ destitutæ erant proprio parocho, sub cuius peculiari regimine antea vixerant. Quamuis enim episcopus adhuc supererat: huius tamen *specialior cura*, vti olim, ecclesiæ viduatæ deerat, & sola *inspectio generalis* in tot ecclesias supererat, qua parum viduatæ ecclesiæ consultum fuerat. Accedebat tot patronatarum ecclesiarum copia, quibus ne quidem episcopus pastorem præficere poterat, sed præsentationem patronorum expectare debebat, qua facta demum vacanti ecclesiæ prospiciebatur. Inde *vacantium ecclesiarum parochialium* natales petendi.

§. XIII. Nihilominus tamen *sedes vacans κατ' ἐξοχὴν* dicebatur, quando episcopo diœcesis destituta erat, quæ sæpius ad diuturnum tempus variis ex causis protrahebatur. Ad præcauendam itaque eiusmodi *diuturnam vacationem* ecclesiarum nonnulla remedia excogitata & adhibita fuere. *Primum* fuit, *vt successorem adhuc viuentes episcopi sibi designarent, consensu tamen populi & cleri*, ne alias electio talis videretur illegitime facta, in *præiudicium* eorum, qui *ius eligendi* habebant. AVGVSTINVS in *epist. 110.* hoc comprobat, & suo & SEVERI episcopi Mileuitani exemplo, vbi expresse præmittit, se hoc ideo feciſſe, quod post obitum episcoporum solerent ecclesiæ perturbari per homines ambitiosos & contentiosos, imo quia SEVERI designatio futuri episcopi populo nondum innotuerat, docet, nonnullam ibi perturbationem populi metuendam fuisse. De ATHANASIO, iamiam agonizante, itidem id referunt & confirmant historiæ, cuius designationi postmodum ab omnibus acclamatum fuit. THEODORET. *lib. IV. c. 18.* Idem consilium quoque Pontifex ZACHARIAS BONIFACIO suppeditat in *c. petiisti 17. C. 7. q. 1.* Plura hac de re exempla suppeditant ZIEGLERVS *tr. de episcop. lib. 1. c. 15.* & M. ANT. *de* DOMINIS *de republ. eccles. lib. 8. c. 1. §. 61. sqq.*

Ad præcauendam diuturnam vacationem (1) successores a viuentibus designari cœperunt;

§. XIV. Cum vero etiam hæc res in abusum traheretur; talis *designatio* prohibita fuit variis conciliis. Vid. *Concil. Antioch. c. 23.* Bene rem exponit GRATIANVS *c. 7. C. 8. q. 1.* inquiens: *His omnibus autoritatibus prohibentur episcopi successores sibi instituere. Sed aliud est, de sui successoris electione cum fratribus deliberare: aliud est, ex testamento, tanquam suæ dignitatis, heredem sibi quærere. Illud fieri permittitur, hoc autem penitus prohibetur. Illud autem B. Petri Apostoli ab illis valet in argumentum assumi, qui tales sibi substituunt, qualem sibi successorem B. Petrus quæsiuit. Verum quia officium non vitæ, sed sanguini cœpit*

ob abusus varios tamen id postea reprobatum.

deferri, atque ad episcopatum tales quisque sibi successores quærere cœpit, qui vel odiosi populis, vel a plebe docendi inuenirentur: idcirco sacris canonibus statutum est, ne quisquam sibi sui officii quærat successorem, sed populi electione quæratur, qui eorum vtilitati digne deseruiat, qui illorum vtilitatem, non sua lucra quærat, qui Christo semen velit suscitare, non sibi diuitias congregare. Quod qui facere contemserit, iure ab ecclesia repudiatur. Verum tot canones & constitutiones ecclesiasticæ, pontificum friuolis dispensationibus, fere extra praxin hodiernam abierunt, vti exempla tot coadiutorum docent.

(II) Circumscriptæ sunt electiones variis legibus;

§. XV. *Alterum* fuit, vt electiones episcoporum presbyterorumque certis circumscriberentur legibus & canonibus, ne ex tot inordinatis electionibus *diuturna* amplius induceretur ecclesiarum *vacatio*. Hunc in finem valde pedetentim restrictus fuit populi circa electiones concursus. In oriente quidem IVSTINIANVS *in N. 123. c. 1. & N. 137. c. 2.* ius illud, quod ante populo vniuerso competebat, ad primores ciuitatis restrinxit, ita videlicet, vt deliberarent de tribus personis præsentandis Metropolitano, qui ex illis vni episcopatum deferret. Sed & postea quoque primores prædicti excluſi sunt. Imo vt eo confidentius ius eligendi episcopos clerus in se priuatiue transferre posset, vsus est occasione illa, quasi populi electiones essent turbulentæ, ecclesiisque vacantibus nimis incommodæ; quod quidem non adeo negari poterat, sed vtplurimum ipse clerus tot incommodis ansam dabat, vti ostendi *disp. de iniust. vocat. fact. ad clam. populi.* Hunc in finem in *Synodo Constantinopolitana IV. c. 22.* cautum est sequentem in modum: *Sancta & vniuersalis synodus definit, neminem Laicorum principum vel potentum semet inferere electioni vel promotioni Patriarchæ vel Metripolitæ, aut cuiuslibet, episcopi, ne videlicet inordinata hinc & incongrua fiat confusio vel contentio;* vid. *c. 1. 2. D. 63.* Magis itaque hæc constitutio est facta ex cleri pruritu dominandi, & plebem deprimendi, quam vt vacantibus ecclesiis eo rectius prospiceretur. *Hoc* prætextum suppeditabat, *illud* veram constituebat causam. Alias quidem iuris certi est, abusum iuris post se trahere illius priuationem; sed magis principalis causa hic latitauit penes clerum, M. A. DE DOMIN. *c. l. §. 53.* adeoque hic potius suo iure debuisset priuari, populus vero aliter in ordinem redigi, & tamen turbulentus clerus a se omnem alienam esse culpam simulauit, & suo proprio delicto ius populi in se priuatiue transtulit. Inprimis vero hic ius summorum principum, qui tales inordinatas vias debuissent & potuissent præcauere, valde violatum & destructum plane est, præsertim in Germania, quo

et hoc prætextu laici excluſi.

ipso

ipso pontificis & cleri potentia quotidie aucta, & ad pessima quæque perpetranda inuitata est. ZIEGLER. *de episc. l. 2. c. §. 68. seqq.* Antea enim ad ipsorum principum curam ipsimet pontifices referebant, vt ecclesiæ non diu manerent vacantes; quem in finem sæpe eosdem admonuere, vt huic defectui, quantum fieri posset, mature prospicerent. Sic Leo quartus ad LOTHARIVM & LVDOVICVM Augustos in *c. 16. D. 63.* ita scribit: *Reatina ecclesia, quæ per tot temporum spatia pastoralibus curis destituta consistit, digna est, vt brachio amplitudinis vestræ sublleuetur ac gubernationis regimine protegatur.* Similiter STEPHANVS in *c. 18. D. 63.* de eadem ecclesia vacante GVIDONI comiti mandat, vt, quia ecclesia Dei sine proprio pastore diu non deberet subsistere, ex prisca consuetudine imperatoriam licentiam circa electionem noui episcopi expeteret, vt eo citius illum posset consecrare.

§. XVI. Forsan consultius fuit remedium, quod subinde quoque additum, vt certis circumscriberetur temporis, intra quod facienda electio, cancellis, sub pœna *deuolutionis* & *priuationis* pro illa vice, si electio vltra tempus præstitutum differatur absque iusta causa. Sic in *concilio Lateran.* episcoporum electioni præstitutum est tempus trium mensium, *c. 41. X. de elect. ne*, vt dicitur in *c. 11. D. 50. cadente pastore dominicum gregem antiquus hostis insidiando dilaniet.* Et iam in *concil. Chalced. c. 25.* idem tempus præscriptum erat, *c. 3. D. 75.* Sed prouisionibus aliorum beneficiorum, seu munerum ecclesiasticorum inferiorum sex menses destinati, *c. nulla. c. dilectus. de conces. præb. c. 5. X. de suppl. negl. prælat.* quod tempus etiam patroni ecclesiastici habent, Laici vero quadrimestre spatium, *c. 3. c. 23. c. 27. X. de iur. patron.* Quod vero in temporis determinatione ita canones variauerint, videtur adscribendum partim magnitudini curæ, quæ breuius tempus requirebat in episcopatibus, quippe a quibus tot speciales ecclesiæ dependent, & sic quasi alimentum suum petunt, partim rationi status ecclesiastici, quæ laici potestatem in præsentando restringere debebat, vt eo facilius ius eligendi vel potius præsentandi ad episcopum rediret. STRYK. *in not. ad I. eccles. Brunnem. lib. 2. c. 8. §. 3.* Verum hæc quidem olim potuere ad statum ecclesiæ adhuc minus corruptum applicari, vbi imprimis episcopi curam suarum ecclesiarum, in propria diœcesi sitarum, habebant, neque adeo eam aliis demandabant, atque sic interesse omnino poterat, ne diu cathedra vacaret. Sed postquam hæc pristinam faciem in totum amisit, ita vt cura ecclesiarum minorum fere videretur infra dignitatem episcopa-

(III) Electiones ad certum tempus restrictæ sunt.

ſcopalem: non adeo hodie damnum metuendum in eccleſiis cathedralibus, ſi vel maxime ad longius tempus ſedes vacet; qualia exempla nec hodie deſunt, capitulo interim vices epiſcopi ſupplente. Propius ipſos tangit parochos cura, qui merito citius eſſent vocandi.

Poſt reformationem parum hac in re immutatum:

§. XVII. Poſt reformationem a LVTHERO ſuſceptam, hæc, quæ de vacatione eccleſiarum dicta ſunt, parum immutata eſſe videntur. Neque hoc adeo mirandum, poſtquam ICti ipſi Wittebergenſes, ſatis ægre ferebant LVTHERI feruorem in comburendo iure canonico, in quo tamen lerna malorum, (loquor cum ZIEGLERO) abolitione digna, continebatur. Non itaque potuit LVTHERVS, ne crabrones irritaret, aut ICtos offenderet, omnia, quæ eſſent emendanda in iure eccleſiaſtico, in meliorem redigere ſtatum, ſed huic negotio tum HIERON. SCHVRFIVS, tum HENNING a GOEDEN, ſuperſtitioſi iuris canonici adoratores, tum alii ICti ſollicitudinem ſuam deſtinare debuiſſent, omnemque mouere lapidem, vt eccleſiis ſuus antiquus nitor reſtitueretur. Sed ſine dubio eos ab hac neceſſaria cura retraxit cum nimius amor in ius canonicum, tum metus, ne, quod tam magno ſtudio excoluerant, abiicere tenerentur. Inde itaque factum, vt plurima retinuerint neceſſaria emendatione digna, quo etiam refero, quæ de *vacatione eccleſiarum* parochialium iam dicta ſunt. Canones antiquiores tempus certum ideo præpoſuerunt prouiſionibus eccleſiaſticis, ne nimis diu vacarent eccleſiæ, neque tamen præciſe voluerunt, vt illa vacatio duraret certo tempore, v. c. per ſemeſtre ſpatium, ſed vt ad minimum intra illud tempus miniſterio vacanti proſpiceretur. Et deinde, ſtatus eccleſiarum iam ſatis erat corruptus illa ætate, qua hoc tempus determinabatur, vt non dubitandum ſit, potuiſſe etiam hunc terminum ſemeſtris ſpatii coarctari: nam, meo iudicio, cura eccleſiarum particularis magis prodeſt eis, magis ſaluti ſingulorum proſpicit, quam generalis, vti eſt in epiſcopatibus, hinc hoc fatale potuiſſet facilius extendi, illud vero debuiſſet coarctari. Multa enim incommoda in eccleſiam redundare poſſunt, ſi tanto tempore *cura proprii parochi* deſtituatur, quam fiduciarii parochi, vt appellantur, quibus interim illa demandata eſt, eidem non ſolent adhibere, vt *cap. ſeq.* oſtendendum.

ſed tempus vacationi præfixum remanſit.

Iam vacatio introducto anno gratiæ, vt plurimum durat ad ſex menſes.

§. XVIII. Imo, ſi rem penitius conſidero, maiora incommoda poſt reformationem *vacantes eccleſiæ parochiales* ſenſerunt, quam ante. Nam tempus illud *ſemeſtris ſpatii* canonibus eum in finem non erat introductum, vt interim & præciſe eccleſia, deſtituta parocho, vacare

re deberet, ſed ne vltra hoc tempus vacaret; vnde nihil prohibet, quo minus ſtatim, poſt obitum parochi, poſſit alii hoc beneficium conferri, quod inter pontificios vt plurimum fieri ſolet, ne ordinarii collatores per prouiſiones papales, quarum praxis eſt frequentiſſima, ſuo iure defraudentur, vt adeoque rariſſime apud eos beneficia diutius vacare ſoleant, niſi forſan ipſa ſedes vacans ſit. Verum in noſtris eccleſiis alia rerum facies introducta. Poſtquam enim parochis noſtris libertas ducendi vxores aſſerta eſt, quod hactenus optimo iure factum fuit, ſimul eorum viduæ & liberis beneficium aliquod datum, vt in horum fauorem eccleſiæ diutius vacarent, ita vt intra illud tempus vix poſſit vacanti eccleſiæ alius parochus præfici, cum interim fructus & reditus parochiæ vacantis viduæ & liberis adſcripti ſint. Imo quamuis in nonnullis eccleſiis terminus *ſpatii ſemeſtris* retentus ſit: adhuc tamen in plurimis vlterius eſt extenſus, vt *ad annum* vacatio durare debeat vnice in fauorem viduarum & liberorum, & ita vtilitas priuatorum præfertur ſaluti eccleſiæ.

§. XIX. Non reprehendo, quod viduæ & liberis *annus gratiæ*, vti dici ſueuit, ſit relinquendus; nam pie omnino hoc fieri cenſeo: ſed quod tamdiu in horum fauorem *eccleſiæ vacare* debeant, illud eſt, quod reprehenſione dignum iudico. Poſſent relinqui reditus primi anni viduæ & liberis, vel eis aliunde proſpici, & tamen ſimul eccleſiæ de alio paſtore prouideri, qui interim eccleſiæ gratis inſeruire per annum vel ſemeſtre ſpatium deberet; vt de nonnullis academiis teſtatur BRVNNEMANN. *de iur. eccleſ. lib. 2. c. 8. §. 2.* quod nouus profeſſor gratis primo anno profiteri debeat, dum defuncti vidua & liberi in anno gratiæ ſalario fruuntur: quod etiam in plurimis capitulis receptum, in quibus canonici ſucceſſores ſæpe ad plures annos reditibus carere debent, quos vocant die carentz-Jahre. Agnouiſſe videtur hunc næuum BRVNNEMANN. *c. l. l. 2. c. 5. §. vlt.* ita differens: *Magnus hic error reperitur patronorum, qui ob annum gratiæ differunt vocationem noui paſtoris, & interdum experiuntur a ſuperiori ſuam ſuppleri negligentiam. Nam mature proſpiciendum eſt de ſucceſſore, & poteſt extra ordinem aliquid præſtari, vel forte tamdiu ſine ſalario officio fungi, donec annus gratiæ præterlapſus.* Magis itaque ex errore communi, quam certa lege hoc videtur introductum, vt tamdiu differatur vocatio, vnde fere hodie vtplurimum viduæ ex eo ius contradicendi ſibi arrogant, metuentes, ne ante tempus ex ædibus excedere parochialibus cogantur, cui rei tamen alia ratione prouideri debebat. Nam & hoc patronorum piorum eſſe negotium merito exi-

Quod contra intentionem maiorum fit.

ſtimo, cum ad eos ſpectet cura circa vacantem eccleſiam, vt miniſtrum idoneum, quam primum fieri poteſt, eidem præficiant, & ſimul tamen viduarum & liberorum iura ſalua & integra relinquant.

Parum prodeſt eccleſiis vacantibus, quod vicinis paſtoribus commendentur.

§. XX. Neque hoc incommodum inde ceſſat, quod eccleſiæ vacantes vicinis paſtoribus *commendari* ſoleant. Nam illæ commendationes haud proſpiciunt eccleſiæ vacanti, nec *fiduciarii parochi* eandem huic, quam *propriæ eccleſiæ*, quam *titulum* vocant, curam adhibere ſolent. Si concione aliqua ſacra, die dominica qualitercunque habita, ſi abſolutione a peccatis, ſecundum conſuetudinem facta, & vſu externo ſacramentorum tota abſolueretur cura eccleſiæ vacantis; concederem, ſatis conſultum eſſe eccleſiæ vacanti per *curam vicinorum*, quorum fere in hiſce actibus conſiſtit prouidentia. Aſt hæc cura etiam *mercenariorum* eſt, quæ ſi comparatur cum apoſtolorum & ceterorum in eccleſia primitiua presbyterorum ſtudio, nomen *curæ* amittit. Nam ſingulorum ita ſalus fere negligitur, qui tamen paſtoribus concrediti eſſe debebant. Imo ſi in pagis parochi in propria parochia non adeo ſolent ſingulorum curam habere, quod expediri debebat per crebras priuatas viſitationes domeſticas, quid expectandum erit in aliena parochia, quæ ſaltim ad tempus alicui eſt commendata, & vbi vtplurimum conqueruntur, ſe *gratis* eidem inſeruire debere: plerique enim parochi ſua quærunt, non quæ Chriſti ſunt. Sed hæc materia *cap. ſeq.* plenius enucleanda.

Status eccleſiæ parochialis vacantis.

§. XXI. Ex hiſce iam, quæ ex hiſtoria *eccleſiarum vacantium* allata ſunt, facile cognoſci poteſt ſtatus eccleſiæ parochialis vacantis. Cum enim eccleſia ſit *ſocietas æqualis* docentium & auditorum; *vacans* dicitur *cœtus auditorum certo in loco determinatus, deſtitutus proprio parocho, cuius vicem interim alii parochi vicini ſubire, eiusque curam habere debent.* Dicitur alias *viduata eccleſia* vel *vidua*, maxime ſi deſtituta eſt epiſcopo, teſte ANTONIO MATTHAEI *de nobilit. lib. II. c. 35. p. 559.* quæ locutio quidem ſatis antiqua, ſed tamen, ſi penitius ſecundum principia noſtrarum eccleſiarum examinatur, valde incommoda eſt. Occurrit phraſis hæc in *concil. Chalced. c. 25.* & in *concil. Lateran. ſub Innoc. III. c. 3.* relato in *c. 41. X. de elect.* & aliis multis locis, in ſcriptis pontificiorum congeſtis a GONZALEZIO *in not. ad cit. c. 41.* voce *viduata.* Ortum traxit ex hypotheſi ficta, quod inter eccleſiam & prælatum ſpirituale quoddam matrimonium contrahatur, *c. 2. X. de translat. epiſcop.* ZIEGLER *de dote eccleſ. ſtatim ab init.* Hac ſemel poſita, non potuit

non

non eccleſia *vidua* dici, quæ marito ſuo deſtituta eſt, vti etiam philoſophatur GONZAL. *cit. l.*: quam hypotheſin cum reprobemus, merito quoque hac phraſi, tanquam concluſione ex principio reprobato, abſtinere deberemus. Interim quia illa eccleſia, quæ epiſcopo deſtituta erat, *vidua* dicta fuit, ſimul ſatis conſtat, potiſſimum ex eius perſonæ defectu *vacationem* æſtimatam fuiſſe, quia ipſe quoque dicebatur proprius eccleſiæ maritus.

§. XXII. Poteſt vero *eccleſia parochialis* vacare variis modis. Communiter tres conſtituunt canoniſtæ: (1) *de facto tantum*, ſi ſcilicet nullus quidem actualiter parochus adeſt, ille tamen ex iniuria temporum vel plebis eiectus fuit, vt ita ius adhuc in illam eccleſiam habeat. Talis eccleſia *externe* quidem vacat, ſed non *de iure*, quod non permittit, vt præter meritum quis a ſua deiiciatur eccleſia. Tales caſus plurimi occurrunt in hiſtoria eccleſiaſtica, vbi ſæpe epiſcopi ſedibus ſuis inique eiecti, poſt demum reſtituti. Sed nec hodierna deficiunt exempla, ſi quis tantum absque præiudicio tot eiectiones virorum piorum examinare velit. (2) *De iure tantum*, quando quis quidem eccleſiæ præfectus eſt, ſed illegitimis remediis, non intrando ouile Chriſti per ianuam ordinariam, & ita inſtar *furis* & *latronis* eccleſiam magis occupauit, quam quod rite ſit vocatus. (3) *De iure & facto ſimul*, quæ vacatio *plena* dicitur, quando nullus plane adeſt parochus, nec aliquis ius aliquod in illam eccleſiam habet; vel quod mortuus, vel translatus, vel depoſitus legitime ſit, vel etiam quod proprio motu reſignauerit. LYNCK. *ad decret. tit. de conceſſ. præb. §. 1.* CORVINVS *in aphor. ad ius canon. tit. quib. mod. benef. vacent.* Atque hæc ordinarie attendi fere vnice ſolet; prima enim, durante iniuria temporis, non agnoſcitur aut effectum habet: multo minus ſecunda ſpecies; nam ſic, quod dolendum, pleræque eccleſiæ vacarent, cum *mercenariorum* maior ſit copia, quam *fidelium paſtorum*, legitime vocatorum, qui rari apparent, quia ſunt boni. Sic itaque nobiliſſimæ ſpecies eccleſiarum vacantium fere ignotæ ſunt, adeo vt, ſi quis aſſerere vellet, plerasque parochias, qui proprium parochum habent, eſſe vacantes, imputationem contradictionis metuere deberet, & tamen res ipſa ſatis vera eſt: ſicuti recte e contrario dicitur, plures eccleſias, quæ non habent parochum, non eſſe vacantes, quia inique proprius parochus eiectus eſt.

Variis modis eccleſia vacare potest;

§. XXIII. Hiſce ſpeciebus alia adhuc poteſt addi, a canoniſtis etiam agnita, ſi eccleſia habeat inutilem parochum. De hac pontifex *in*

quo impri-mis pertinet,

habeat inutilem pastorem.

c. 2. X. de translat. episc. ita: *Iuxta communem modum loquendi illa dicitur ecclesia viduata, quæ licet episcopum habeat, inutilem tamen perhibetur habere.* Non enim ille est minister ecclesiæ, qui curam ecclesiæ deponens, & oues pascere negligens, semet ipsum tantum pascit; *Ezech. XXXIV, 2.* sed qui illa facit, quæ sunt officii pastoralis, h. e. a via perditionis errantes reuocat, & ad Christum, verum salutis pastorem, deducit. Bene ATHANAS. *in apol. ad Constant. Ecclesia non deserenda ab episcopo: nosti ex lectione scripturarum sacrarum, quanti sceleris sit, episcopum ecclesiam suam deserere, & negligere gregem DEI.* Perinde itaque in effectu est, vtrum ecclesia in totum careat ministro & pastore, an vero habeat, sed qui officio suo in totum deest. Quid prodest ouibus pastor, qui eas non pascit, qui luporum rapacitati easdem exponit, vnde vere vacans est talis ecclesia; & vtinam id agnoscerent hi, quorum curæ commissum, vt prouiderent, ne vacans ecclesia relinqueretur. Intellexit hoc optime HIERONYMVS, cuius verba adduxit GRATIANVS in *c. 29. C. 2. q. 7.* quorsum etiam referri merentur, quæ ipsemet *c. 30. sq.* alibique adduxit, quod *capite sq.* fusius exornandum est.

CAP. II.

De

Cura circa ecclesiam parochialem vacantem.

§. I.

Ecclesia comparatur pupillis & minoribus;

Passim in iure ecclesias *minoribus* comparari notum est, & hoc vel ideo, quia bona eorum ab aliis administrantur; sicuti minores ideo imprimis curatores suos habent, vt in bonis administrandis illis præsto sint, ne lubrico ætatis ab aliis decipiantur & lædantur. Vnde & *iura minorum* plerumque ecclesiis applicare solent, vti *sect. VI. cap. 2.* demonstratum est. Sed illud merito mirandum, quod ecclesiæ a potiori comparari non soleant *pupillis*, quorum *personæ* datur tutor, cuius sollicitudo imprimis in *tuendo pupillo* consistit. Quid enim aliud est ecclesia, quam *mystica quædam persona*, quæ instar *pupilli* regenda, & quasi educanda est, vt in via Domini ambulare discat? Et quid aliud

deprauato licet conceptu.

sunt

sunt ministri ecclesiæ, quam *tutores* seu *tuitores*, animis singulorum præpositi, quorum nomine Deo aliquando rationes sunt reddituri? Ex vitio seculi factum esse auguror, quod illa comparatio præ hac magis sit electa, postquam vox *ecclesiæ* deprauata, & templis bonisque ecclesiasticis applicata, maiorque adhibita sollicitudo circa res ecclesiæ augendas, conseruandas, & administrandas, quam circa ecclesiam, proprie dictam, h. e. cœtum Christianorum. Sed stet sua iuri canonico sententia; nos interim ex vero non erubescimus, ecclesias magis *pupillis* comparare, & ministros *tutoribus*. Quemadmodum itaque pupilli, tutore destituti, quod vel mortuus, vel impeditus, vel suspectus sit, interim dum alium tutorem accipiunt, aliorum auxilio & cura regi debent, ne interim damnum capiant; ita ecclesiæ vacantes indefensæ non sunt relinquendæ, sed merito ad curam interim alii adstringuntur.

§. II. Hæc necessitas huius sollicitudinis, interim aliis demandandæ, eo grauior est, quo grauiora pericula ex neglecta & omissa cura oriri possunt. Tam corrupta est enim vinea Christi, vt nisi quotidiana cura colatur, & a zizaniis conseruetur, mox inclinare soleat ad desolationem. Vnde in *c. 11. D. 50.* dicitur, metuendum esse, *ne cadente pastore dominicum gregem antiquus hostis insidiando dilaniet*, & in *c. 41. X. de elect. ne pro defectu pastoris gregem dominicum lupus rapax inuadat.* In primitiua certe ecclesia sollicitudo hæc videbatur esse communis, & fonte a singulis suscipiebatur, maxime si ecclesiæ essent destitutæ proprio pastore, quia nouerant, vnam esse vineam CHRISTI, vbi quidem singulis laborandum pro parte, sibi concredita potissimum, vt tamen pars alia quoque, vbi laboratores vel deficiunt, vel non adsunt, *in subsidium* eorum curæ censeretur esse commissa. Et tamen purior adhuc erat status ecclesiæ. Quanto magis itaque hodie, vbi insignis corruptionum lues totam fere infecit ecclesiam, prouidendum, ne cura vel ad minimum temporis spatium intermittatur, sed opera eorum, qui ad exemplum apostolorum debent esse συνεργοὶ εἰς βασιλείαν τῦ Θεῦ, *Col. IV, 11. Rom. XVI, 21.* mature suppleatur. Magnam curam & sollicitudinem requirit.

§. III. Quemadmodum vero hactenus dictum, ecclesiam posse variis modis vacare: ita iam de singulis videndum, cuinam cura talium incumbat, & quomodo illa rite expedienda. Postrema species sit iam prima, quippe cui primario inuigilandum, ob tantam talium ecclesiarum vacantium frequentiam & pericula, quæ inde in vniuersam re- Maxime vero quæ habet iuutilem pastorem.

dundant eccleſiam. Scilicet *quando eccleſia habet quidem ſuum paſtorem, ſed inutilem & deſidioſum.* Vt autem neceſſitas curæ, pro eiusmodi eccleſiis ſuſcipiendæ, eo rectius appareat, ante omnia eſt ob oculos ponenda miſeria earum, quæ tam *inutilem* habent *paſtorem.* Sed audiamus potius illam ex Dei noſtri iudicio apud *Ezech. XXXIV, 2. ſq.* *Væ*, dicit, *paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemet ipſos, nonne greges a paſtoribus paſcuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat, occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis. Quod infirmum fuit, non conſolidaſtis, & quod ægrotum, non ſanaſtis, quod confractum eſt, non alligaſtis, & quod abiectum eſt, non reduxiſtis, & quod perierat, non quæſiſtis, ſed cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia. Et diſperſæ ſunt oues meæ, eo QVOD NON ESSET PASTOR.* (Atqui tamen aderant; ſed, vt deſcripſit eosdem Dominus, erant *lupi rapaces & inutiles*, vnde & *verſ. 8.* idem repetitur, quod non habeat talis grex paſtorem) *& factæ ſunt in deuorationem omnium beſtiarum, & diſperſæ ſunt.* Elegans certe deſcriptio eccleſiæ corruptiſſimæ ob paſtorum inertiam & malitiam. Neque putandum, in populo Iſraeliti-co tantum ſtatum talem miſerrimum obtinuiſſe: nam & poſt tempora CHRISTI eadem corruptio mox infecit eccleſiam, & hodie eadem, proh dolor! adhuc luditur fabula. Optime ſtatum ſui temporis depingit & deplorat NICOLAVS *de* CLIMANGIS *epiſt. 75.* his verbis: *Non modo mirum mihi videtur, ſed plane monſtri ſimillimum, illos, qui ſunt in ſpecula ad inſidias, & pericula ſeculi hominibus ſacri eloquii ignaris nuncianda conſtituti, ad tanti terrorem tonitrui non expaueſcere, in tantaque exuberantia vitiorum, quantam nulli puto ſeculo viſam eſſe, obmuteſcere cum ſuoque tanto periculo alios perire ſinere, quorum ſanguinem ſua de manu propter ſuam perniciosiſſimam taciturnitatem requirendum eſſe audiunt.* Ab hac ſententia non abhorret iudicium LVTHERI in der Kirchen-Poſtill *ad III. aduent.*, exiſtimans, *epiſcopos & paſtores tales inutiles eſſe vitandos vt lupos.*

Cuius eccleſiæ ſtatus depingitur (1) ex ſacris;

(2) ex Nicolao de Climangis.

Inutilis paſtor fit: (1) ſi plane deſerit eccleſiam ſuam,

§. IV. Poteſt vero potiſſimum *inutilis paſtor* ouium fieri, (1) ſi plane deſerit ſuam eccleſiam ſibi commiſſam, reditus quidem parochiales conſtanter exigens, ſed vicaria aliorum opera in obeundo ſacro munere vtens. Hic defectus adeo infecit imprimis eccleſiam Romanam, vt fere in morem abierit, deſerere eccleſiam, commoditati vitæ indulgere, & *conductitiis presbyteris* aliisque clericis eccleſiam committere,

mittere, quod tamen indignum esse, iudicat ipse INNOCENTIVS in *c. vlt. C. 21. q. 2.* Non incommode certe in *concilio Hispalensi II. c. 3.* clerici comparantur *colonis adscriptitiis*, quod sicuti, vbi quisque iam, cœpit esse, ibi perdurare debeat, ita etiam clerici, *qui in agro ecclesiæ operantur, ibi permanere debeant, vbi esse cœperunt.* E contrario ex iudicio ISIDORI *in epist. V.* quam impostor DAMASO tribuit, *pastores, qui propter propriam quietem curam deponunt, & gregem sibi commissum aliis committunt, videntur esse meretricibus similes, quæ statim, vt pariunt, infantes suos aliis nutricibus tradunt educandos, vt suam citius libidinem explere valeant; sic & illi infantes suos, i. e. populos sibi commissos, aliis educandos tradunt, vt suas libidines expleant, i. e. pro suo libitu secularibus curis inhient, & quod vnicuique visum fuerit, liberius agant. Pro talibus enim animæ negliguntur, oues pereunt, morbi crescunt, hæreses & schismata prodeunt, ecclesiæ destruuntur, sacerdotes vitiantur, & reliqua mala proueniunt.* Hinc ATHANASIVS *in apolog. ad Constant.* ita alloquitur CONSTANTINVM imperatorem: *ecclesia non deserenda ab episcopo. Nosti ex lectione scripturarum, quanti sceleris sit, episcopum ecclesiam suam deserere, & negligere gregem DEI: pastorum enim absentia lupis inuadendi gregis occasionem præstat.* Verum ne videar in clerum Romanum iniurius esse, miserrimam huius ecclesiæ faciem potius *alienis*, quam *meis* depingam verbis. Et quem magis hac in re testem vocem, quam ipsum FRANCISCVM DVARRENVM *tract. de sac. eccles. minist. l. 8. c. 5.* qui statum ecclesiæ, cui ipse addictus fuit, his describit verbis: *Quid enim indignius est, quam sacris eos stipendiis, quod recte frui, qui venialibus diplomatibus, ne dicam venalibus, subnixi, de regendis ecclesiis ne cogitant quidem vnquam, vt aperte canones omnes illudere & contemtui habere videantur? Nemo etenim est, qui nesciat, eos beneficia reditusque ecclesiasticos locare, & maius pretium offerentibus addicere consueuisse, non aliter ac quosuis patresfamilias prædia sua, nihil pensi habentes, quam idoneus ad functionem sacram spiritualemque hic redemtor fit, in quem omne onus, quod subire eos oportebat, reiiciunt. Atque ita hæc geruntur, vt quamuis publice nota sint hoc seculo, ficta tamen magis, quam facta olim posteritas fortassis existimatura sit. Nihil de fructuum dilapidatione heic dicam, quos pauperibus distribui veteres canones iubent. Non enim in tantis vitiis hæc scrupulosius excutere animus est: ac per me licet, vt omnem prouentum iactent, profundant, dissipent. De doctrina sane diuina, cuius misera plebs mirum in modum fame-*

& alii eam committit;

reprobat Duarrenus.

famelica eſt, ab ipſis omnino deſerta conquerimur; illud enim accidit hoc tempore, quod vates futurum prædixerat, Amos 8. Emittam famem in terram: non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Domini, & non inuenient. Et ſane dubium non eſt, quin hæc paſtorum ignauia errorum omnium & hæreſeon, quibus hodie concutitur orbis magna ex parte, fons & origo ſit. Sed mirum eſt gregem perire, qui paſtore deſtitutus, luporum inſidiis quotidie expoſitus eſt: Vagos enim quosdam circumforaneos ac mercenarios concionatores in numero paſtorum non pono, quos longe lateque a paſtoribus differre, ſacris literis edocemur.

(2) Si ſuperficiarie officio ſuo fungitur.

§. V. Equidem eccleſiæ noſtræ, ſi *cathedrales* & *collegiatas* excipio, in quibus more Romano viuitur, per Dei gratiam ab hac labe fere ſunt immunes, & rariora exſtant exempla horum, qui plane deſerunt ſuas eccleſias, & *opera mercenaria* aliorum vtuntur, quod inde eſſe exiſtimo, quia plerumque non tam ampliſſimi parochis noſtris ſolent præberi reditus, nec tanta in potentia & dignitate conſpiciuntur, vti quidem clerus in eccleſia Romana. Verum eſt & aliud genus *inutilium paſtorum*, qui ab his, qui non reſident, parum vel nihil diſtant, ſcilicet qui quidem præſentes ſunt *corpore*, ſed ſi curam animarum eis commiſſam, & officii rationem conſideras, merito pro *abſentibus* habendi videntur, quales etiam in noſtra eccleſia dari, proh dolor! experientia comprobat. Plurimi, in pagis præſertim, vix intelligunt, in quo proprie cura animarum conſiſtat, ſe ſuo fatis feciſſe officio putantes, ſi ex opere operato ieiunam aliquam concionem ſingulis dominicis diebus ad populum habeant, confeſſiones, lucri odorem ſuauiſſimum afferentes, audiant, de cetero ſuo indulgentes genio, & rei œconomicæ aliisque negotiis alienis ſtrenuam nauantes operam. Alii, qui tricis philoſophicis delectantur, & ſcholaſticis controuerſiis aliisque contentionibus toti immerſi ſunt, his vnice totum vitæ tempus conſumunt, cum ſummo eccleſiæ detrimento, multum ad eccleſiæ ſalutem ſe contuliſſe putantes, ſi controuerſiis, hinc inde natis, ſeſe immiſceant, & dum ex vana ambitione ſe pro totius eccleſiæ ſalute laborare putant, gregis ſibi commiſſi curam vel plane abiiciunt, vel ſuperficiarie & tanquam παρέργως tractant, magisque *eruditionis* quam *fidelitatis* laudem affectant. Hiſce poſſet optimo iure obiici, quod VRBANVS papa ad Carolum ſcribit: *Non in dialectica placuit DEO ſaluare populum ſuum. Regnum DEI in ſimplicitate fidei eſt, non in conten-*

contentione ſermonum c. omnem. 6. D. 37. Certe ſi quilibet tantum ſaluti eccleſiæ propriæ intentus eſſet, ſine dubio maior eccleſiæ ſperanda eſſet emendatio. Dolendum vero, quod tales haud agnoſcant, ſe nec ſuæ eccleſiæ prodeſſe, nec toti chriſtianiſmo proficere, cui per ſuas contentiones ſalutem adferre intendunt, imo potius ſtimulo ambitionis abrepti ſe pro *gloria Dei* pugnare & decertare arbitrentur. Tales quærunt, quæ ſua, non quæ Dei ſunt; hinc etiam, vbi poterant aliis prodeſſe, adhortationibusque ſuis homines emendare, id indecorum eſſe putant, v. c. ſi conuiuiis & nuptiis interſunt, quia malo ſuo exemplo alios deteriores reddunt. Et vt rem vnico tantum declarem exemplo, quando nuptiis interſunt, ibique choreas adornari & ſcurrilia fieri vident, quis eſt, qui eos reprehendat, & peſſimum hunc morem diſſuadeat, quin potius quidam ſaltationibus delectantur, eisque interſunt, cum tamen illæ chriſtianis adeo turpes viſæ fuerint, vt publicis conciliis reiectæ fuerint. Diſcimus hoc *ex concilio Laodiceno can. 53.* vbi ſtatutum, *quod non oporteat chriſtianos ad nuptias venientes, ballare vel ſaltare, ſed caſte cœnare vel prandere, ſicut chriſtianos decet;* & in *canone 54.* vlterius hoc extenſum, *quod non oporteat ſacerdotes aut clericos ſpectacula aliqua contemplari in nuptiis aut conuiuiis, ſed antequam Thymelici ingrediantur, eos ſubdere & decedere.* Huc etiam pertinet, quod in *concilio Pariſ. VI. c. 38.* cautum legitur contra eos, qui iocis & ſtultiloquiis, in conuiuiis adhiberi ſolitis, delectantur. Verba ſunt hæc: *Cum ab omnibus chriſtianis, iuxta apoſtoli documentum, ſtultiloquium & ſcurrilitas ſit cauenda, multo magis a ſacerdotibus Domini, qui aliis exemplum & condimentum ſalutis eſſe debent, caueri oportet. Hæc quippe a ſanctis viris penitus ſunt propellenda, quibus magis conuenit lugere, quam vt ſcurrilitates, & ſtultiloquia, & hiſtrionum obſcœnas iocationes, & ceteras vanitates, quæ animum chriſtianum a rigore rectitudinis emollire ſolent, in cachinnos ora diſſoluere. Neque enim decet, aut fas eſt, oculos ſacerdotum domini huiusmodi ſpectaculis fœdari, aut turpiloquiis ad inania rui.* Idem fere inculcatum in *Concilio quini-ſexto in Trull. c. 24.* his verbis: *Si quis clericus ad nuptias vocetur, quando ad deceptionem comparata ludicra ingreſſa fuerint, ſurgat & e veſtigio diſcedat*, quod quoque ſtatutum in *Concil. Cabilonenſi II. c. 9.* Quid dicam de turpi quæſtu, & aliis negotiationibus, clericis haud conuenientibus; quæ tamen a paſtoribus noſtris non ſemper vitantur, licet vel maxime cura animarum ob tanta impedimenta inanis fiat, qua de re iam ſuo tempore conqueſtus eſt CHRYSOSTOMVS *in homil. 86.*

in Matth. his verbis: *Orationibus, prædicatione ceteroque ecclesiæ cultu prætermisso, alii vini, frumenti, alii venditoribus tota vita colluctantur, hinc quotidiana iurgia, opprobria, concitia, & sacerdotum vnicuique profanis idonea negotiis imposita sunt nomina.*

Quod tamen pauciores agnoscunt.

§. VI. Ita deprauatus est status ecclesiarum, vt satis deplorari nequeat, imo eo maiori deploratione dignus, quod pauciores illum agnoscere velint, rati, omnia bene sese habere, si modo conciones satis frequentes habeantur, quæ tamen vt plurimum absque fructu sunt, quia illi inutiles sunt, qui in cathedra sacra quotidie clamant. Bene BERNH. TEXTOR. *in præfat. ad obseru. pract. de eccles. ædif. conseru. & gubern.* hac de re loquitur, inquiens, *quot putas esse inter ecclesiarum ministros, qui non ventris gratia, sed propter DEI gloriam & salutem ecclesiæ sacrosanctum ministerium affectent, & suscipiant? Quot inueniemus, qui non in peruersa hac opinione versentur, se officio suo probe satis fecisse, si singulis septimanis vnam atque alteram concionem habuerint, reliqua ædificationis media vel ignorantes, vel non curantes, vel illegitime adhibentes: sæpe enim boni hic dormitant, & negligentes sunt. Quot sunt, qui profanis moribus destruunt, quod doctrina ædificarunt? Quot inter scriptores nostri seculi, qui non potius in libris theoreticis & polemicis, quam practicis conficiendis sunt occupati?* Conf. CONRAD. RITTERSHVS. *lib. 6. sacrar. lect. c. 13.* Addere posses, quod plerique ament errores, hinc inde serpentes, magno impetu refellere, quam errantes oues in rectam & veram viam deducere. Vbi proximus ardet vcalegon, surdi & muti plerique sunt: quæ autem non adeo ad curam eorum spectant, feruide tractant, sub hoc prætextu, quasi præmunire debeant suas oues, ne in eiusmodi errores incidant. Ita tamen in præsentissimo malo, in quo toti immersi iam sunt, eos derelinquunt, vt fructus emendationis & melioris vitæ vix expectari possint. Denique vt dicam, quod sentiam, inter tot inutiles pastorum curas, manent ipsi inutiles, & proh dolor! commissæ oues destitutæ sunt in effectu pastoribus, vt ecclesia videatur esse vacans, quod egregie illustrat LICHTSCHEIDIVS *de iure vocat. minist. sect. 2. c. 2. p. 361.* & SELNECCERVS *comm. in Ps. XII. p. 50.* qui tales pastores, quorum vita cum doctrina non respondet, *impostores & seductores* esse ait.

Definitu difficile est, ad quem cura ecclesiarum,

§. VII. Ad quem vero in hoc tot ecclesiarum vacantium statu cura pertineat, facile definiri posset, si modo secundum regulas CHRISTI & indolem ecclesiæ genuinam iudicium fieri posset. Vt enim iam omittam

tam clericos, reuera non residentes, quippe quorum rara exempla nostris in ecclesiis apparent, vel si se exserunt, pœna remotionis in tales clericos desides constitui solet, de altera tantum specie *inutilium pastorum* hic ero sollicitus. Quod si rem secundum genuinam *indolem ecclesiæ* considero, defectus hic ab aliis fidelibus ministris ecclesiæ supplendus est, & sic cura circa eiusmodi *vacantes* ecclesias illis incumbit, qui verum pastoris officium, quod in sincera fidelitate consistit, explere volunt. Quod si enim obiicias, ideo fines parochiales esse constitutos, vt quilibet se intra suos contineat terminos, atque adeo neminem nec posse nec debere in *aliena parochia* aliquid facere, aut curam quandam circa ones desertas exercere, cum *ius parochiale* etiam adiunctum habeat *ius prohibendi:* fateri quidem necessum habeo, secundum rigorosa principia *iuris parochialis* hoc admittendum esse, quia hoc inprimis ideo est introductum, vt clero, etiam *inutili*, bene sit, & is regimen suum intra limites, sibi præscriptos, exerceat, non ouium primario, sed opimarum præbendarum curam habens. Verum hæc non ad *abusum* referri deberent, & cogitandum esset, vineam Christi esse vnam, in qua quidem singulis suæ peculiariter sunt commissæ oues, non ita tamen, quasi reliquarum cura plane ad eosdem non pertineret, si a propriis pastoribus hæc abiiciatur. Optime hoc declarat M. ANTON. *de* DOMINIS *de republ. eccl. l. II. c. 7. n. 19.* inquiens: *Quæcunque præcepta ecclesiastica reperiuntur, quæ episcopis inhibent, ne in aliena diœcesi munera exerceant pontificalia, ea humana duntaxat sunt & positiua, & communem respiciunt pacem & concordiam, ne vnus destruat, quod alter exstruxit, vitantque confusionem, vbi quisque episcopus in sua limitata diœcesi suo satisfacit muneri. Vbi vero ex defectu aut impotentia alicuius episcopi fides Christi & religio patitur, & in totam morbus redundat ecclesiam, tunc ex charitate, imo & ex proprio officio, quilibet episcopus & potest & tenetur ecclesiasticam exercere potestatem, eamque ad alienas etiam extendere diœceses; seruata semper vera ecclesiastica pietate, prudentia & moderatione.* In eo sane omnes conveniunt, quemlibet ministrum ecclesiæ, si semina errorum in aliis ecclesiis sparguntur, & hereses imminent, obligatum esse, ad retundendos communi voce & opera hosce errores, licet in alia ecclesia, & non propria hi serpant. Idem adhuc hodie experientia comprobat. Quot clamores & scripta edi solent virulenta, ab omnibus, qui officio sacro præsunt, si tantum vel in syllaba contra receptas voces & phrases ab aliquo etiam bona fide erratur! Tunc enim satis promte prouocare solent

hoc modo vacantium, pertineat.

Merito autem tali vacanti ecclesiæ succurrere deberent alii fideles pastores;

non obstante iure parochiali.

Quod agnouit M. A. de Dominis,

& vlterius illustratur.

ad locum *Luc. V.* quod annuere debeant ſociis, qui ſunt in alia naui, vt collaborantibus collaborent, & adiuuent illos: neque hoc reprehendi poteſt, ſi alias error fundamentum fidei tangat. Sed cur non eadem ratione quemlibet obſtrictum eſſe exiſtimarem, vt ſi ſemina *impietatis* propter inertiam alicuius paſtoris in vicina aliqua eccleſia ſpargi videat, æquali labore & communi cura defectum hunc ſuppleat, & etiam ouium ſibi non commiſſarum *ſpecialiter* curam habeat, quæ a proprio paſtore reiecta eſt. Nonne enim *ſemina impietatis* æque nocent eccleſiæ, eiusque pacem turbant, quam *errorum* & *hæreſium*? imo ſæpius hæc cura neglecta plus nocet eccleſiæ, quia facilius errores euitari poſſunt, ſi ad veram pietatem oues ducantur, & myſterium fidei in pura conſcientia conſervare aſſuefiant.

Praxis primitiuæ eccleſiæ adducitur.

§. VIII. Atque hæc praxis eo magis eſſet obſeruanda, quo magis praxi primitiuæ eccleſiæ conformis deprehenditur. Nam, vt bene adnotat prælaudatus *archiepiſcopus Spalatenſis c. l. §. 4.*, parochiarum ſeu diœceſium inter epiſcopos ad vitandam confuſionem diſtinctio, ne alter alterius turbaret regimen & gubernationem, non fuit adeo rigide inſtituta, vt interim dictante charitate quilibet epiſcopus non poſſet in alia etiam diœceſi ſua vti poteſtate, vtpote quæ iure diuino non eſſet locis circumſcripta. Sic BASILIVS *epiſt. 53.* de ATHANASIO prædicat, quod tantam geſſerit omnium eccleſiarum curam, quantam eius, qua ipſi peculiariter a domino eſſet credita. Similiter CHRYSOSTOMVS *epiſt. 49.* de AVRELIO epiſcopo Carthaginenſi aſſerit, quod magnum laborem & ſudorem pro omnibus orbis terræ epiſcopis ſuſceperit. Vid. BARONIVS *tom. V. ad ann. 405. n. 18.* Vlterius idem CHRYSOSTOMVS de EVSTATHIO Antiocheno epiſcopo *in laudat. eius* refert: *Edoctus probe fuerat a ſpiritus gratia, eccleſiæ antiſtitem non de illa ſolum, quæ ipſi a ſpiritu ſit commiſſa, curam debere gerere, verum etiam de vniuerſa, quæ per orbem terrarum degit.* Plura alia teſtimonia, ex antiquitate hanc rem declarantia, adduxit M. A. *de* DOMINIS *alleg. c. 7.* Quod autem poſtea hæc libertas & cura communis fere in deſuetudinem abierit, & per leges publicas reſtricta fuerit, illud ad deprauatum eccleſiæ ſtatum ſpectat, optandumque foret, vt in noſtris eccleſiis hæc cura reſtitueretur, quod tamen magis optandum, quam ſperandum, poſtquam plerique non quæ DEI, ſed quæ *ſua* ſunt, quærunt.

Quæ oſtendit, parochialium limitum eo caſu non fuiſſe habitam rationem.

Stante ſtatu parochiarum inutiles vt

§. IX. Cum itaque noſtrarum eccleſiarum ratio fere conueniat cum *bannario eccleſiæ Romanæ*, vi cuius cuilibet parocho indulgetur ius

pro-

prohibendi & arcendi alios ecclesiæ ministros a cura ouium, sibi concreditarum, id quidem eo ipso efficitur, quod *cura specialiter* ad alias ecclesias, in effectu vacantes, extendi non possit. Illud interim adhuc piis fidelibusque ecclesiæ ministris integrum esse debet, certos pastores, quos inutiles esse iudicabunt, suspectos postulare, & consistorii cognitionem desuper implorare. Cogitandum enim est, ecclesias comparari posse *pupillis*, vt antea dictum, & pastores *tutoribus*, qui primario & principaliter, imo vnice propter *personas* earumque salutem constituuntur. Iam in iure nostro etiam singulis ciuibus permissum est, tutores, qui non *ex fide* tutelam gerunt, suspectos accusare, adeo vt ne quidem exclusæ sint fœminæ, quæ alias ad accusandum ægre admittuntur. In primis vero incumbit ceteris collegis & contutoribus, qui eandem tutelam gerunt, collegam suspectum mature postulare, quia alias periculum tutelæ ad eos spectat. Quidni itaque idem dicendum esse arbitraremur de ministris ecclesiæ fidelibus, qui ecclesiæ Christi, quamuis per *regiones*, præfecti sunt, vt iuxta iudicium PAVLI omnes *cooperarii* dicendi veniant? His certe ex *necessitate* incumbere debebat; præcauere, ne *inutilis* aliquis & *mercenarius* in vinea Christi toleraretur operarius, quia alias in iudicio diuino eo nomine quoque tenebuntur. Verum quod hæc cura quoque omittatur, in causa est, quod plerique persuasum habeant, se reliquorum collegarum obseruatores esse haud debere, quæ tamen persuasio primis principiis *iuris naturæ*, ne dicam verbo DEI, e diametro repugnat.

suspecti a quolibet pastore postulari possunt;

quod illustratur exemplo tutorum.

§. X. Equidem aliunde satis prospectum esse huic rei, plerique asserunt, & quidem (I) per *visitationes annales*, superintendentibus nostris commissas, vbi secundum *ordinationes visitationis* inquirere simul debent in *vitam, mores* & *fidelitatem* pastoris cuiusque ecclesiæ. Confer. *nou. 123. c. 10.* Nam propter hunc finem visitationes ecclesiasticas esse institutas, docet ZIEGLER. *de episc. l. 3. c. 26. §. 1.* AHASVERVS FRITSCHIVS *in not. ad Anton. Fabr. de religione l. 2. c. 4. pag. 190.* IOANNES AMVNSTER von der Kirchen-*Visitation.* (II) Quod extra visitationes hoc totum negotium ad *Superintendentes* spectet, qui prospicere debeant, vt clerus inculpate viuat, quem in finem dicuntur *episcopi* & *inspectores*, quod *inspectio* in alios pastores totumque populum eisdem incumbat. CARPZOV. *iurispr. consist. l. 1. def. 168. n. 4. 5.* & *def. 19. n. 2.* Hæc quidem satis optime primitus sunt constituta, & effectum suum possent habere, si etiam in obseruantiam strictissimam deducerentur. Nam ad *visitationes* quod attinet, illas multis in locis iam diu cessasse, conqueritur

An huic rei sufficiant visitationes? et Superintendentium inspectiones?

BRVNNEM. *de iur. eccles. l. 1. c. 6. mem. 12. §. 10.* quod & testatur FRITSCH. *cit. l.* inquiens: *Experientia constat, neglecta hactenus per visitationem inspectione ministrorum ecclesiæ, multos præsertim in pagis & doctrinæ ac disciplinæ ecclesiasticæ exiguam rationem habere, atque magis boues, quam Christi oues, & sues diligentius quam suos pascere & curare.* Vbi vero adhuc visitationes quandoque frequentantur, ita frigide & inutiles esse solent, vt nulla emendatio inde sperari possit, præsertim cum non raro ipsi visitatores a vera & solida pietate alieni esse soleant. Sed de *defectibus visitationum*, & quæ præterea huc spectant, alibi dicendi locus erit. Neque alterum, quod adductum est, medium sufficiens esse videtur, quia non raro ipsi *inspectores* sunt inutiles, non facientes illa, quæ sui sunt officii. Quod enim BELLARMINVS *in tr. de gemitu Columbæ l. 3. c. 5.* de suorum episcoporum negligentia asserit, quod *multi in specula assignata non sedeant, quod speculentur quidem, sed agros & vineas, & quod eorum ecclesiæ totæ sylvescant*, id etiam de plurimis nostrarum ecclesiarum inspectoribus iure optimo dici potest. Si enim serio res tractaretur, emendatio maior sese exserere deberet, quæ tamen in plurimis locis frustra exspectata est. Quod si enim instas, *inspectorum* admonitiones increpationesque esse satis frequentes, sed plerosque pastores illas parui habere, & esse incorrigibiles; regero, non quiescendum, sed instandum, vrgendum, & denique mature rem ad consistorium esse deferendam, vt tandem tales *inutiles ministri* remoueantur; & de fidelioribus ecclesiæ prospiciatur.

An concilia remedium hic adferant?

§. XI. Voluit denique etiam ecclesia Romana hisce defectibus remedium quærere per *concilia prouincialia*, quæ hunc in finem singulis annis sunt celebranda ad discutiendos mores clericorum, *c. 16. D. 18. c. 17. D. 18. c. 25. X. de accusat. concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 2.* quod quidem medium improbari non posset, si modo ea, qua par est, ratione discuterentur mores inutilium clericorum. Sed vel exitus docet, hæc concilia suum non sortiri effectum, quod indicium præbet, discussionem hanc morum vel satis esse frigidam & saltem fieri de *grauioribus excessibus*, vel plane omitti, ne ita tot inutiles clerici, qui in ecclesia inueniuntur, suas optimas præbendas deserere cogantur. Alias eiusmodi conuentus pastorum sunt maxime vtiles & accommodati ad promouendam ecclesiæ salutem, prout eos quoque commendat BRVNNEM. *de iur. eccles. lib. 3. c. 2. §. 9.* his verbis: *hoc est de necessitate, vt pastores animarum interdum & quidem sæpius conuentus agant, de ecclesiasticis rebus ac emendandis quibus consilia conferant. Nam nullum collegium est, in quo membra*

bra non conueniant, & de rebus collegium concernentibus capita conferant &c. Verum in ipsa ecclesia Romana hæc *concilia prouincialia* dudum desierunt, & quæ *diœcesana* vocantur, etiam admodum rara sunt, quia ipsi adhuc episcopi nondum redacti sunt ad formam episcoporum primitiuæ ecclesiæ.

§. XII. Nullum itaque salubrius remedium superesse videtur, quam vt singuli fideles ministri ecclesiæ sibi incumbere persuasum habeant, reliquam inutilem pastorum turbam mature *suspectam* reddere, denunciationibus eum in finem consistorio oblatis. His ita factis, ex officio consistorium debet inquirere in mores, & omnia facere, quæ ad salutem ecclesiæ spectare videntur. Neque admitto instantiam, correctionem morum non pertinere ad consistorium, ea de causa, quod non sit pars *iurisdictionis;* cum consistoriorum potestas non sit determinanda ex potestate ciuili, sed talis esse debeat, quæ simul ecclesiis bene prospicit, vnde cum non stricta iurisdictio hic exerceatur, sed *cura generalis omnium ecclesiarum*, cum *censura morum* ad consistoria spectet, theologi reliquis assessoribus adiungi solent, vt hæc cura eo melius expediatur. Inde & consistorium non tantum ad *instantiam alicuius*, sed etiam *ex officio* eiusmodi in casibus decernere debet citationem, *nam hic*, vt ait BRVNNEMANNVS *c. l. §. 17. agitur non de interesse pecuniario, sed de interesse animæ, & de remouendis scandalis, quibus plures infici & contaminari possunt.* Neque hanc inquisitionem intermittendam esse ideo existimo, quod aliqui obiiciant, per tales *correctiones morum* non emendari mores impiorum: nam quemadmodum id vniuersaliter verum non est, ita si consistorium videat, parochum plane esse incorrigibilem, alia incedendum est via, & qui inidoneus ad ouile Christi esse cognoscitur, mature inde remouendus. Id sane in nostrarum ecclesiarum intimam perniciem receptum est, quod consistoria difficilia esse soleant in remouendis impiis ecclesiæ ministris, adeo vt, nisi excessus sint grauiores & fere inexcusabiles, ad *remotionem* deueniri non soleat, cuius rei ratio partim adhuc ex reliquiis papatus petenda, quod ordinatus pastor *ordinem* & *characterem indelebilem* acceperit, adeoque non nisi in extrema necessitate ab ordinibus remouendus sit; partim etiam ex aliis rationibus, quas intactas relinquo, id vnicum tantum adhuc monens, multum hic dependere ex *integritate* eorum, qui consistoriis intersunt, adeoque, si hisce viri irreprehensibiles præfecti fuerint, quibus vera salus ecclesiæ curæ cordique est, inde quoque puriorem & integriorem statum omnium ecclesiarum

Salubrius remedium est, si mature inutiles parochi denuncientur consistorio.

rum expectandum esse: e contrario si defectus plures hic occurrunt, illos perneceſſariam conſequentiam quoque in omnes redundare eccleſias, vti quandoque experientia docet. Conſiſtoria ſane non tantum cauſas eccleſiaſticas diiudicare, ſed præterea vniuerſim curam circa omnes territorii eccleſias gerere, & ſupremam inſpectionem habere debent, qua neglecta, facile negligitur cura ſingulorum circa ſingulas eccleſias.

Ex ſuſpenſione inutilium parochorum nona vacationis ſpecies oritur.

§. XIII. Quando itaque conſiſtorium ſuum officium facit in diſcutiendis malorum paſtorum moribus, & ſi eosdem non ſtatim remouet, ſed tantum *ſuſpendit ab officio*, quod facilius fieri ſolet, oritur inde *noua eccleſiæ vacantis facies.* Quia enim miniſtro eccleſiæ eo ipſo *ad certum tempus* functio eccleſiaſtica interdicitur, illa interim deuoluitur durante ſuſpenſione ad vicinos paſtores, perinde ac ſi defunctus eſſet proprius parochus: id enim variis ordinationibus eccleſiaſticis optime prouiſum, quibus ordinarie ſuperintendentibus committi ſolet, vt vicinis paſtoribus curam hanc iniungant. CARPZ. *iurispr. conſiſt. l. II. defin. 16.* Vnde & reditus, quibus *inutilis paſtor* interim priuatur, aſſignantur eis, qui vices eius interim ſubeunt, vt eo promtiores ad officium exhibendum alienis parochianis reddantur, ad quod etiam vel ſola *ratio pietatis* eos adducere debebat. CARPZ. *cit. l. n. 10.*

Hæc originem traxit ex pœnitentia delinquentibus clericis iuncta.

§. XIV. Sed vt ſtatus *huius vacationis* eo rectius intelligatur, paucis cauſæ eiusdem originem referre lubet. Conſtat ex hiſtoria primitiuæ eccleſiæ, chriſtianos imprimis ſtuduiſſe, vt non tantum fidem in Chriſtum *ore*, ſed etiam ipſo *opere* confiterentur, & quia nihilominus euitari non potuit, quin ſæpe cœtui chriſtianorum ſeſe adiungerent, qui priſtinum viuendi morem corrigere haud amarent: diſciplina eccleſiaſtica adhibita fuit, qua talium mores vel in melius reformarentur, vel cœtu fidelium plane excluderentur. Ita enim ORIGENES *lib. 3. contra Celſum: Iam*, inquit, *erga peccantes quam ſeuera eſt diſciplina, præcipue contaminatos libidine, quos e ſua communione reiiciunt noſtri, quantumuis Celſus eos nugacibus circulatoribus ſimiles faciat*, & poſt pauca: *ac rurſum reſipiſcentes haud ſecus quam rediuiuos recipiunt, poſt longiorem melioris mentis approbationem, quam cum primum ad religionem diſcendam admitterentur, ea tamen conditione, vt quoniam lapſi ſunt, excludantur in poſterum ab omnibus dignitatibus & magiſtratibus eccleſiaſticis.* Hic erat *lapſorum & receptorum* ſtatus, vbi merito obſeruanda eſt priſtinorum chriſtianorum ſingularis præcautio in recipiendis pœnitentibus, qui per plures gradus demum recipiebantur, quos explicat CHRISTOPH. IV. STELLVS *biblioth. iur. canon. antiq. tom. 1. in not. ad codic. can. vniu. eccleſ. p. 76.*

p. 76. & fusissime MORINVS *de administrat. sacram. pœnitentiæ.* Imprimis vero *lapsi* inhabiles iudicabantur ad quæuis munia ecclesiastica, adeo vt etiam episcopi & presbyteri lapsi, postea pœnitentes, reciperentur quidem, sed officio suo haud amplius superesse potuerint. BEVEREGIVS *loc. cit. p. 72.* Aliquando *honorem* quidem retinebant, sed ad sacrum ministerium non amplius admittebantur; *concil. Ancyr. c. 1. & 2.* Atque hoc ipsum quoque variis iuris canonici textibus confirmatur *c. 1. seqq. c. 60. c. 66 seqq. D. 50.* Verum sequioribus temporibus, cum clerici vitam irreprehensibilem plane deponerent, paulatim ab hoc rigore recedi cœpit, ne forsan. vetere disciplina retenta, clerici rarescerent. Sic enim CALIXTVS I. in *c. 14. D. 50.* audacter ait: *Errant enim, qui putant, Domini sacerdotes post lapsum, si condignam egerint pœnitentiam, Domino ministrare non posse, & suis honoribus frui, si bonam deinceps vitam duxerint, & suum sacerdotium condigne custodierint,* id quod *in seqq. textibus ead. Dist.* pluribus confirmatur. Fuisse vero inter patres seculi quinti & sexti hac de re dissensiones, euidens est ex *c. 16. D. 50.* ibi: *dum se dicit de hoc canones diuersos legisse, & diuersas sententias inuenisse, alias resurgendi, alias nequaquam posse* & *c. 23. ibid.* ibi: *licet in hoc diuersa sentiant, dicentes, non posse restitui ad honorem;* quas diuersas sententias conciliare ausus est ISIDORVS in *c. 28. D. 50.* Sed in tanta dissensione præualuisse tandem & recepta videtur sententia, post *pœnitentiam* posse clericos redire ad pristinum officium, nisi crimen esset grauissimum admissum, ob quod *pœnitentia perpetua* eidem iniuncta esset, quia non conueniens videbatur, in *statu pœnitentiæ* sacris præesse officiis. Ceterum propter *leuiora crimina* pœnitentia aliquando ad certum tempus restricta, intra quod *interim* non poterat pœnitens sacris præesse, sed, tempore pœnitentiæ finito, officio & communioni reddebatur *c. 36. D. 50.* vt tamen, si intra illud tempus veræ pœnitentiæ fructus deficerent, vlterius hoc tempus posset protrahi. *cit. c. 36.* Inde orta est *suspensio ab officio sacro*, quia durante pœnitentia executio officii supendebatur, quod clarius ex NICOLAI epistola in *c. 39. D. 50.* constat, vbi clerico incaute agenti pœnitentia indicta legitur, & *vt aliquanto tempore a missarum solenniis suspendatur, denuo posthæc ad sacerdotale rediturus officium.* Quin non raro *suspensio* talis *indeterminate* fiebat: quia enim potissimum decernebatur, vt pœnitentiam interim ageret, & ad mores christiano dignos reuerteretur; congruum erat, tamdiu eundem a ministerio diuino arcere, donec de emendata vita probabiliter constaret. Sic in *Concilio Aurel. c. 25.* dicitur: *Tamdiu a sacrificando cessabit,*

quamdiu legitima pœnitentiæ satisfactione correctus ad gradus sui officium redeat, quam amisit. Hæc itaque *suspensio* potissimum ob *impositam pœnitentiam* oriebatur, & hoc intuitu inter *censuras ecclesiasticas* refertur *c. 20. X. de V. S.* quia durante hoc *statu pœnitentiali* sacris vacare non poterat.

Postea in pœnam proprie dictam degenerauit;

§. XV. Verum paulatim, postquam omnia in peius ruere in ecclesia Romana cœperunt, & imprimis pœnitentiæ impositio assumsit naturam *pœnæ* alicuius *externæ* & *ciuilis* ex ratione status hierarchici: hæc quoque suspensio inter *pœnas* clericorum *proprie dictas* relata est, & hac metamorphosi semel introducta, varie cœpit diuidi; dum alia est de *nudo officio*, saluo beneficio, alia simul *a beneficio*, & perceptione fructuum, *c. 44. X. de elect. c. 1. de priuil. c. 1. de schism.* Sed ita tandem vera suspensionis causa neglecta est, præsertim cum & ipsa *pœnitentia* sensim in opus operatum, seu in præstationem certorum actuum externorum degenerauit. In hoc statu corrupto quoque translata est in nostras ecclesias, vt inutiles clerici per illam quidem puniantur, maxime, vbi suspensio quoque intuitu *salarii* fit, sed non ad pœnitentiam deducantur, quod non diffitentur nostrates. Etenim CARPZOV. *lib. 3. I. E. def. 14.* inter pœnas clericorum hanc quoque refert cum aliis ibi allegatis, & in rationibus subiectis potissimum eo collineat, vt ostendat, ita vindicari crimina a clericis commissa, dum & salario interim priuantur, & maculam quandam contrahunt. Interim parum attenditur, vtrum ad saniores mores redierint, nec ne? quamuis hoc remansisse ex pristina disciplina videatur, quod tandem restituti aliquando deprecationem publicam præmittant, antequam functionem suam recipiant, obseruante CARPZOVIO *lib. 3. I. E. def. 117. n. 10. seqq.* & ita ecclesiæ suæ reconcilientur; quod quidem satis conueniens esse iudico, sed rarius tamen fieri arbitror, imo ipsa deprecatio plerumque in meram *solennitatem* abire solet. Præstaret, vt tales *inutiles clerici* tamdiu suspenderentur, donec fructus veræ pœnitentiæ apparerent, quia alioquin parum ecclesiæ consulitur, imo aliquando plus nocetur. Grauia sunt verba HORMISDAE in *c. 29. D. 50* inquientis: *Vere dico, quia illi ipsi, quibuscum periculosa & falsa misericordia indulgere videmur, cum ante tribunal Christi pro tantis peccatis damnandi aduenerint, contra nos causam dicturi sunt, dicentes, quod dum aut asperitatem linguæ eorum expauimus, aut falsa blandimenta & periculosas adulationes ipsorum libenter accepimus, in iisdem permanere peccatis eis inutiliter indulgemus, aut ipsa peccata augere permittimus* &c. Hæc verba imprimis contra eos adhibet, qui impios clericos facile rursus ad officium admittunt.

et in hoc statu in nostras translata est ecclesias.

§. XVI.

§. XVI. Est itaque, decreta suspensione, ecclesia non omnino vacans, sed *secundum quid*, cum præterlapso tempore suspensus redeat ad functiones sacras. Rectius & salutarius esset, si diceremus, vacationem ipsam in suspenso esse, vt ex futuro euentu penderet, vtrum suspensus ad officium redire posset, si scilicet seriam egisset pœnitentiam. Verum ita non semper certis temporis cancellis esset includenda suspensio, vel ad minimum ita adornanda, vt quidem ipsi relinqueretur spes redeundi ad functiones sacras, si emendationis vitæ fructus edidisset, verum non præcise in eadem parochia, sed in alia. Infinita incommoda oriuntur in ipsam ecclesiam ex tali *suspensione*, adeo vt fere dicere possis, plus mali in ecclesiam ex tali suspensione oriri, quam in ipsum ministrum, cum tamen in ecclesiæ vtilitatem vergere deberet. Si enim ad biennium vel annum facta suspensio, in effectu viduata interim existit ecclesia, destituta quippe proprio pastore. Licet enim vel maxime commendetur vicinis pastoribus; iam supra tamen monitum est, curam vicinorum vel *imparem* esse huic viduatæ ecclesiæ, vel *superficiariam*, & tandem resolui in meram externam functionem cultus diuini. Quid quod plerumque non vni, sed pluribus communiter commendetur, quo ipso, cum cura per plures dispersa est, eo minus ecclesiæ prouideretur, & cura visitationis domesticæ, imprimis in parochiis necessaria, plane negligitur. Tot canonibus & legibus ecclesiasticis ab omni tempore inculcata est *residentia clericorum*, maxime in beneficiis, quæ *curam animarum annexam* habent, & quidem recte, quoniam hæc absque *residentia* expediri nequit. Verum talis residentia hic plane deficit, & parochi alieni vix horulæ momentum ibi præsentes esse solent, quo fit, vt hæc *cura interimistica*, die interims-Cur einer Pfarren, vt vocatur teste STRYK. *diss. de decret. interim. c. 2. n. 38.* sit fere inanis & absque omni effectu.

Grauiora incommoda ex tali suspensione redundarunt in ecclesiam.

§. XVII. Quæ cum ita sint, non intempestiue quæritur, annon loco *decreti interimistici*, quo viduata parochia vicinis demandatur, possit alius præfici parochiæ, vt tantum malum auertatur? Si iudicem CARPZOVIVM in hac quæstione eligimus, neganda erit: *sana enim ratio*, inquit *lib. 3. I. E. def. 116. n. 3. non admittit, nondum vacante ministerio alium substituere*, quæ ratio in iure canonico satis expedita est, ad quod quoque prouocat. Verum an ad eiusmodi regulas iuris canonici, quæ rarissime *salutem ecclesiæ*, h. e. populi ecclesiastici intendunt, respiciendum sit in consistoriis nostris, vel ideo subdubito, quia vi iuramenti consistoriales non ad seruandam integritatem iuris canonici, sed

An durante suspensione alius possit parochus vacanti parochiæ præfici?

ecclesiæ adstricti sunt, & quamuis contra leges ecclesiasticas nihil tentare aut adornare possint, nulla tamen certa lege ecclesiastica ita restricta est potestas consistorii in casu *suspensionis*, vt non aliquando *extra ordinem* alio modo, quam per eiusmodi *decreta interimistica*, ecclesiæ prouidere possit. Optimum foret, si, (quod alias in ciuilibus πολυτρύλητον est, *vtilitatem publicam supremam legem esse*) etiam in ecclesiasticis causis & negotiis cogitarent, *salutem ecclesiæ* h. e. *populi ecclesiastici supremam legem esse debere*, sed longe diuerso acceptam sensu & significatione *salutis ecclesiæ*, ac quidem apud pontificios sueuit. Cum enim hi veram salutem ecclesiæ in eo fere vnice quærant, vt *hierarchia* magis magisque stabiliatur, h. e. vt imperium in conscientias & dominatus sacer conseruetur, & opibus quotidie ecclesia augeatur, tamen eo ipso magis salutem ecclesiæ destrui, apud omnes in confesso est. Illud autem sine dubio *veram* ecclesiæ *salutem* constituit, per quod salus æterna hominum intenditur, & cœtui fidelium, seu congregationi, der Gemeinde, ita prospicitur, vt ad fidem in Christum in pura conscientia conseruandam adducantur, & huc omnes directiones externæ in ecclesiis dirigantur. Nemo vero negabit, melius ecclesiæ quodammodo vacanti prospici per *proprium* quam *alienum* parochum, cui tantum oues commendantur, & cuius oues non sunt propriæ, quippe qui a conductitio pastore haud adeo differt. Equidem illud obstare videtur, quod etiam CARPZOVIVS vrget, suspensum finito tempore posse reuerti ad suum officium, quod ita fieri non posset, si alius interim ecclesiæ vacanti præficeretur. Fateor, hanc rationem satis prægnantem esse, quæ tamen haud foret metuenda. si non adeo omnia iuris canonici remedia, cum summo ecclesiarum nostrarum detrimento, nostris ecclesiis applicare studeremus. Tollatur suspensio, tanquam pœna inconueniens & damnosa ecclesiæ, vel saltim toleretur, quoad *fructuum perceptionem*, vt interim officium suum continuet. Si dicis: atqui nec hæc officii continuatio ipsi indulgeri potest, absque summo periculo ecclesiæ. Regero, quod ita potius plane remouendus sit, quippe qui inutilis ecclesiæ esse noscitur, reseruata tamen spe, vt mutatis moribus possit alii ecclesiæ præfici. Imo denique si suspensio retineri debet, saltim non iniquum foret, quin potius ecclesiæ valde salutare, si interim *substitutus* vel *adiunctus* constitueretur, qui, si vel maxime suspensus rediret ad officium, tamen semper ei maneret adiunctus, & ita ordinarius parochus in pœnam teneretur diuidere fructus officii sui. Quodsi haud sufficientes duobus videntur, in suspensione tamen ad longius tempus consul-

sultum foret, plane eum priuare suo officio cum spe redeundi ad aliud, si in melius mutauerit mores. Hoc salus ecclesiæ, tanquam *suprema lex ecclesiastica*, postulat, licet iure certo hic plerumque deficiamur. Sed non adeo ius deest, si attendamus, translocationes in pœnam in nostris quoque ecclesiis esse receptas, secundum CARPZ. *lib. 3. I. E. def. 18.* a quo more haud alienum illud videtur, quod antea monui.

§. XVIII. Atque hoc tunc merito attendendum esse videtur, si *longior* & *diuturnior* metuenda vacatio ecclesiæ. Nam præter hanc, quam explicui, adhuc secundum ius canonicum datur alia suspensio ad tempus incertum, quando parochi ob inculpationem atrocioris criminis, pendente inquisitione vel accusatione, tamdiu ab officio suspenduntur, donec vel se purgauerint, vel legitime conuicti fuerint. Sola tamen accusatio hic non sufficit, vt NICOL. PAPA in *c. 5. C. 15. q. 8.* monet: *Priusquam audias*, ait, *ne iudicaueris quemquam, atque ante probationem accusationis illatæ neminem a tua communione suspendas, quia non statim, qui accusatur, reus est, sed qui conuincitur, criminosus.* Vbi vero satis grauatus est indiciis, & publice grauiter diffamatus; ad scandalum publicum euitandum, suspensio decerni solet, donec se purgauerit; *c. 10. X. de purgat. canon.* BRVNNEM. *in iur. eccl. lib. 2. c. 9. §. 6.* ibique STRYK. SCHILT. *inst. iur. can. lib. I. tit 19. §. 8.* Suscepto itaque processu inquisitorio, ordinarie captura decerni solet, eoque magis iam erit suspensus; & si vel maxime saluum conductum impetrauerit, scandalosum tamen foret, publici iudicii reum adhuc ad diuina admittere ministeria. Quodsi iam satis grauatus esset, vt probabiliter remotio cum grauiori pœna decerni posse videretur, quis dubitabit, interim posse alium tali vacanti ecclesiæ præfici? Quid dicendum de suspensione ob accusationem institutam?

§. XIX. Sed de statu eiusmodi vacationis, quæ *culpa* inutilis pastoris contingit, satis. Similis huic alia est, quæ *casu fortuito*, viuente licet proprio parocho, contingere potest, si ob iustum impedimentum *corporis*, *ætatis*, vel *valetudinis* aut *animi morbum* non possit amplius superesse curæ rerum diuinarum. Et cum horum exemplorum in antiquitate non minima sit copia, paululum videndum, quomodo cura ecclesiarum interim expedita fuerit. Solebant clerico ægrotanti, vel senio iam confecto, dare *auxiliatorem* vel *adiutorem*, qui vel in consortium administrationis adsumebatur, vel, ordinario episcopo alioue ecclesiæ ministo plane impedito, solus administrabat nomine impediti. EVSEBIVS *lib. 6. eccl. histor. cap. 9.* refert, ALEXANDRVM adiutorem datum fuisse NARCISSO Hierosolymorum episcopo, qui senio confectus Datur etiam vacatio ex impedimento parochi orta.

non poterat amplius ministerio sacro præesse. Plura hac de re dicta sunt a me *in orig. præcip. mater. iur. eccl. c. 14.* & ZIEGLERO *in tr. de episcop. lib. 1. c. 15.*

Cui per coadiutores olim subueniebatur.

§. XX. Quemadmodum autem ægrotans episcopus vel minister ecclesiæ propter morbum non erat deiiciendus de suo officio; ita coadiutor non vt *successor* dari solebat, sed vt *curator* tantum. Sic enim GREGOR. *in c. 1. C. 7. q. 1. Et quidem nusquam canones præcipiunt, vt pro ægritudine episcopo succedatur, & omnino iniustum est, vt, si molestia corporis irruit, honore suo priuetur ægrotus. Atque ideo hoc per nos fieri nullatenus potest, ne peccatum in mea anima ex eius dispositione veniat. Sed suggerendum est, vt si is, qui est in regimine, ægrotat, dispensator* (h. e. curator) *illi requiratur talis, qui possit eius curam omnem agere, & locum illius in regimine ecclesiæ (ipsi deposito) ac in custodia ciuitatis implere &c.* Satis clare ex hoc textu apparet, haud permissum fuisse, viuente ægrotante pastore vel episcopo, successorem eligere, sed potius æquius & salutarius esse, vt tantum *adiutor* quidam ipsi adiungeretur. Non desunt quidem exempla, quosdam episcopos sibi successores elegisse: sed vt *capite anteced.* iam dixi, conciliis variis id prohibitum est; quod etiam confirmat ZACHARIAS papa in *c. 17. C. 7. q. 1. De eo autem*, inquit, *quod tibi successorem constituere dixisti, vt te viuente in tuo loco eligatur episcopus, hoc nulla ratione concedi patimur, quia contra omnem ecclesiasticam regulam vel institutа patrum esse monstratur, sed volumus, vt tibi ministret & fit in euangelium Christi adiutor. Nimis enim reprehensibile manifestum est, vt te viuente tibi alium substituamus &c.* Eo itaque tempore adiutores *curam temporariam ecclesiæ* tantum obtinebant, quæ morte episcopi ægrotantis cessabat, neque adeo inconueniens videbatur, ad tempus dare pastorem ecclesiæ. PAVLINVS de AVGVSTINO, qui VALERIO Hipponensis ecclesiæ episcopo adiutor dabatur, idem confirmat, relatus a GRATIANO *c. 12. C. 7. q. 2.* aiens, quod datus sit adiutor, *non vt succederet in cathedra episcopo, sed accederet*, h. e. simul curam huius ecclesiæ subiret. Quodsi autem ægritudine impeditus officio renunciaret, facilius alius constitui poterat, vt colligitur ex *c. 13. C. 7. q. 1.* vt tamen nihilominus infirmo sumtus & alimenta de eadem ecclesia ministrarentur. *c. 14. ibid.* Aliquando infirmis ne quidem dabatur adiutor, præsertim si spes recuperandæ sanitatis supererat, sed interim vicinorum auxilia subrogabantur, *c. 4. C. 7. q. 1.* Quamuis itaque antiquitus *coadiutores* absque spe succedendi constituerentur: inualuit tamen tandem, vt præterea, mortuo coadiuuando, succederent, quod

quod qua ratione factum sit, & quo colore defendatur, hic exequi a scopo alienum esse duco. Vid. LINCK. *de iure episc. c. 4. n. 57.*

§. XXI. Hæc omnia cum satis saluti ecclesiæ conformia deprehendantur; recte quoque in nostris ecclesiis receptum est, vt in casu huius velut vacantiæ prospiciatur ecclesiæ de quodam *adiutore*, quem *substitutum* vocare solent, si forsan morbo tali laboret pastor, vt spes conualescentiæ nulla appareat. CARPZ. *lib. 1. I. E. def. 16. & 152.* Quamuis in eo magis nouioribus iuris canonici placitis mores nostri accedant, quod talis substitutus ordinarie spem succedendi consequatur, CARPZOV. *cit. l. def. 18.* quod tamen non adeo reprobandum censeo, postquam substitutus eiusmodi spem succedendi habens maiori cura sacris præfuturus creditur. Sic itaque, quæ alias in *vocatione parochorum*, vacante ecclesia, sunt obseruanda, hic quoque non negligenda, &, si ecclesia patronata sit, patrono ius competit talem præsentandi, & totius ecclesiæ consensus adhibendus, vti alias in constitutione noui parochi requiritur. BRVNNEM. *ius eccl. lib. 2 c. 8. §. 20.*

Et hodie in nostris ecclesiis per substitutos.

§. XXII. Denique *vera & proprie dicta vacantia* oritur, quando ordinarius pastor plane deponit officium suum, vel per *mortem*, vel *remotionem*, vel *resignationem* &c. vbi plerumque differentiæ ratio quærenda in tempore vacationis, quia posterioribus casibus duobus tamdiu ecclesia non vacat, vti in primo, ob cessantem annum gratiæ, quamuis sæpe aliæ difficultates oriri soleant ob nouam electionem, si vel turbis peragatur, vel alias litigiosa sit, aliudue impedimentum suboriatur. Credo, vt iam *cap. I.* obseruaui, ad hæc incommoda præcauenda, quæ olim imprimis erant metuenda, vbi plebis electione constitutio peragebatur, introductum fuisse, vt episcopus morti vicinus ante mortem sibi designaret successorem. Exemplum est in ANATOLIO, de quo EVSEB. *lib. VII. c. 32.* hæc refert: *Hunc* (Anatolium) *Theotho-nus Cæsareæ palæstinorum episcopus per manus impositionem primus episcopum ordinauit, eumque successorem sibi post mortem ad parœciæ suæ procurationem deligendum prouidit.* Sed displicuit plerisque hæc constituendi successorem ratio: quamuis enim in eo satis vtilis videbatur, vt ita omnis euitaretur vacatio; non leues tamen fraudes præterea in designatione tali successoris occurrere poterant; hinc iam in *Concilio Antiocheno*, anno 341. habito, & quidem *c. 23.* hoc prohibitum est his verbis: *Episcopo non licere alium pro se successorem constituere, etiamsi sit in fine vitæ. Si quid autem tale fiat, irritam esse huiusmodi constitutionem*, vid. *c. 3. C. 8. q. 1.* quo etiam respiciunt textus in *c. 4. 5. ibid.* Rationes

Vera & proprie vacatio oritur, si proprius pastor vel moritur, vel officium deposuit.

hiu-

huius prohibitionis tangit pro parte HIERONYMVS, relatus in *c. 6. ibid.*

Hoc casu cura interim demandatur collegæ;

§. XXIII. Quando itaque talis *vacantia totalis* existit, salus ecclesiæ postulat, vt curam interim hoc quoque casu alii suscipiant, *ne gregi fidelium desit custodia pastoralis*, vt loquitur GREGORIVS in *c. 13. C. 7. q. 1.* Verum ante omnia status ecclesiæ, cui defunctus vel remotus præfuit, sedulo ponderandus est: aut enim vnus tantum eidem præest, id quod contingere solet in pagis, aut vero plures vni ecclesiæ præsunt, vt in ecclesiis vrbicis plerumque accidit. Hoc casu non tam *ecclesia* vacat, quam *locus* seu *officium*, & sic facilius cura per superstites collegas suppleri potest. Cum enim *indiuisim* cura ecclesiæ pluribus sit demandata; cura, quæ hactenus apud plures coniunctim fuit, accrescit in solidum reliquis, quippe *in solidum* omnibus censetur tributa. Male enim actum est cum eiusmodi parochis, qui tantum curam eorum, quibus a confessionibus sunt, sibi esse commissam arbitrantur, cum tamen Deus ab iis in genere rationem earum animarum postulabit, quæ eis concreditæ sunt, quales non sunt soli *pœnitentiarii*, vti loquuntur: nam nec hi tantum ei commissi sunt, sed omnes & singuli in illa ecclesia, & sic absque vlla noua commissione reliqui superstites *ex officio* omnium curam soli suscipere debent, donec in collegæ mortui locum alius suffectus fuerit. Imo licet quædam officia specialia inter eos diuisa fuerint, si forsan non vnius generis fuerint ministri vnius ecclesiæ, sed alter *pastor primarius*, reliqui tantum *diaconi*: tamen cadente pastore, illa quoque, quæ huius particularis officii erant, subire debent, quatenus ab eis commode peragi possunt, quæ omnia praxi notoria satis confirmantur.

Vel si vnus tantum parochus adest, aliis vicinis pastoribus.

§. XXIV. Sed altero casu, quando tantum vnus pastor *ecclesiæ viduatæ* præfuit, necessario aliis demandanda est cura huius vacantis ecclesiæ. Quemadmodum autem episcopis omnium ecclesiarum, in diœcesi sua sitarum, cura incumbit: ita in nostris imprimis hæc cura demandata est superintendentibus, vt clare prouisum *in ordin. Saxon. eccl. tit.* **Von Beruf- und Annehmung der Kirchen-Diener.** Zum andern soll der Superintendens unverzüglich die Verordnung thun, damit alsobald die Kirche durch die benachbarten Pfarrer und unverdächtige Personen mit den ordentlichen Predigten, Austheilung der Heil. Sacramenten, und allem was solchen anhänget, und darunter begriffen, nach Nothdurft bestellet, damit aus Mangel derselben in Nothfällen niemand an seiner Seelen Seligkeit versäumet werde. Idem dispositum in *ordin. eccl. Magd. c. 13. §. 5.* his verbis: Immittelstund zwar

zwar alsobald, nach erledigtem Pfarr- und Kirchen-Dienst, soll iedes Districts Inspector mit Vorwissen der Obrigkeit und Gerichts-Herren, unter welche solche Pfarr gehöret, Verordnung machen, daß die Kirche durch die nächstbenachbarte Pfarrer mit denen ordentlichen Predigten und Verwaltung der Heil. Sacramenten, und was sich sonsten gebühret, nothdürftig bestellet werde. Hic singulariter notandum, hanc commissionem viduatæ ecclesiæ fieri debere *consensu domini iurisdictionalis*, imo, vti §. *seq. 6.* additur, præscitu quoque *patroni*. Quamuis enim alias hic consensus ex *iurisdictionis* & *patronatus* natura non fluat, cum per curam illam interimisticam patroni ius haud violetur, neque vlla hic *præsentatio*, quæ vnice patrono propria est, fiat: satis tamen conueniens est, vt hic honos vtrique seruetur. In *ordinatione Vinariensi Saxon. lib. 2. c. 1.* fere eadem repetuntur, quæ ex electorali Saxonica antea allata sunt, quibuscum ceterarum prouinciarum ordinationes etiam conspirant. Quin in eo quoque conueniunt, quod non *vni*, sed *pluribus* hæc cura sæpe sit demandanda, neque tamen vbique numerus determinetur: alibi duo, alibi tres eligi ad hanc curam iubentur, qui *alternatim* curam vacanti ecclesiæ impendant, quod an salutare ecclesiæ viduatæ esse possit, ex iis, quæ supra dicta sunt, iudicari potest.

§. XV. Neque hæ *commendationes* aliarum ecclesiarum adeo recentes, vel heri aut nudius tertius natæ sunt, sed ab antiquissimis iam obtinuere temporibus. Nam, vt vtar verbis FRANCISCI DVARRENI *de SS. eccl. minist. lib. 5. c. 7. Priscis temporibus enim ecclesiæ vacanti pastor idoneus statim præfici non poterat, interim vt ea euitarentur mala atque incommoda, quæ vtplurimum ἀναρχία parit, solebat ecclesia vacans probo alicui viro commendari & committi, qui tanquam tutor quispiam aut procurator bona fide actus sui rationem redderet. Hic enim pastor ecclesiæ non erat & ad tempus solum constituebatur. Itaque & poterat & alterius ecclesiæ ministro hæc curatio administratioque mandari.* Idem etiam illustrat ex antiquitate PETR. SVAVIS *histor. concil. Trident. lib. 2.* cuius verba refert ZIEGLER. *ad Lancell lib. 1. tit. 28. §. 10.* Et quamuis alias duabus ecclesiis nemo præfici poterat, *c. 1. 2. C. 21. q. 1.* non tamen contra canones esse, recte iudicabatur, simul ad tempus ecclesiæ alterius curam suscipere, vnde dicitur in *c. 3. ibid. Qui plures ecclesias retinet, vnam quidem titulatam, aliam vero sub commendatione retinere debet.* Vocabantur huiusmodi commendatarii olim *intercessores* vel *interuentores*, *c. 22. C. 7. q. 1.* vel etiam *visitatores*, *c. 16. & 19 D. 61.* quorum officium potissimum describitur a GREGORIO in *cit. c. 19.* scilicet *vt nihil de prouentionibus clericorum,*

Hæ commendationes ecclesiarum vacantium iam olim visitatæ erant.

reditu, ornatu, ministeriisque, vel quicquid præfati loci esse potuerit, a quoquam præsumi pateretur, sed omnem vigilantiam atque cautelam circa clerum plebemque eiusdem ecclesiæ exhiberet, vt in vigiliis obsequioque ecclesiastico sedulo & deuote debuit deseruire.

Quæ tamen seculis sequioribus in grauem abusum tractæ sunt.

§. XXVI. Verum hæ *commendatæ ecclesiæ* mox in rapinam cessisse videntur commendatariis. Aegre enim recedere voluisse videntur ab ecclesia, quam tanquam *procuratores* hactenus obtinuerant, vt proinde in *concilio Carthaginensi c. 8.* relato in *c. 22. C. 7. q. 1.* contra eiusmodi inuasores constitui debuerit, *vt nulli intercessori licitum esset, cathedram, cui intercessor datus est, quibuslibet populorum studiis vel seditionibus retinere, sed dare operam, vt intra annum eisdem episcopus prouideret. Quodsi neglexisset, anno expleto, interuentor alius tribueretur.* Erant quippe hi visitatores, qui & περιοδευται vocantur, quasi *procuratores* & *episcoporum vicarii*, qui tamen nullam propriam sedem habebant, sed regiones episcoporum circumibant & visitabant, obseruante CHRISTOPH. IVSTELLO in *not. ad codicem canon. vniuers. eccles.* relatum *in biblioth. iuris canon. antiq. p. 90.* & cum his potissimum ecclesiæ viduatæ commendarentur, sæpe nitebantur, has ad se trahere. Moris huius, commendandi viduatas ecclesias *visitatoribus* eiusmodi, etiam mentionem facit IOANNES II. pontifex *in epistola 3. ad episc. Gall.* inquiens: *Ne eius* (episcopi Contumelioſi) *ecclesia destituta videatur, in eius locum visitatorem dari decernimus, qui a se nouerit omnia exhibenda, vt nihil de ordinibus clericorum, nihil de ecclesiastica facultate præsumat, sed ea, quæ ad sacrosancta mysteria pertinent, exequatur.* Facit etiam horum visitatorum mentionem IVSTINIANVS in *l. omnem 42. §. 9. C. de episc. & cleric.* fusiusque de his agit AEGID. MENAGIVS *amœnit. iur. ciuil. 35.* Verum hæ commendationes ecclesiarum per piam fraudem postea in hunc conuersæ sunt abusum, vt non amplius *ad tempus*, & in casu *necessitatis* fierent, sed potius in hunc finem adhiberentur, vt salvis, vt putant, canonibus, possint duo vel plura beneficia conferri; quorum vnum teneret pastor *iure proprio*, seu vt loquuntur *iure tituli*, reliqua vero ex *commendatione*, & *fiducia*, qui tamen fucus reuera mentem veterum canonum circumuenit, vt bene animaduertit FRANCISCVS DVARRENVS *cit. l.* quæ hic late persequi, a scopo meo alienum iudico.

Quæ cura requiritur a fiduciariis parochis?

§. XXVII. Quæ cum ita sint, euidens est, in effectu *beneficia commendata*, quæ & *commendæ* dicuntur, hodie magis indulgeri sacerdotibus propter reditus, qui illis *interim* obueniunt, quam propter curam animarum & salutem ecclesiæ, & cum ita magis *parochorum*, quam *parochianorum* ratio habetur, facile de *cura* hac *fucata* iudicium ferri potest. Et

quam-

quamuis in *noſtris eccleſiis* huiusmodi abuſus multiplicandi beneficia haud dentur: vix tamen abeſt, quin de cura, *fiduciariis eccleſiis* impendenda, idem iudicari debeat, vt mercenariis hiſce paſtoribus viduatis eccleſiis parum conſultum videatur, vti *Cap. I.* iam prænonui. Quod ſi tamen rem ex vero determinare par eſſet; ipſa *commendatio* ad eandem curam obligaret *fiduciarios paſtores*, quam propriæ eccleſiæ debent, cum & absque commendatione ad hoc obligati ſint. Commendatur vicinis paſtoribus *cura animarum*, non *adminiſtratio* nuda ſacrorum, atque adeo perſuaſum fiduciarius habere debet, ſe etiam de temporaria hac cura DEO quoque redditurum eſſe rationes, eodem modo, quo de *propria eccleſia* illas reddere obſtringitur. Quo facilius itaque communiter hæc cura negligi ſolet, eo magis prouidendum eſſet, vt vel viduatæ eccleſiæ mox prouideretur de proprio paſtore, vel aliis fidelioribus hæc cura committeretur.

§. XXVIII. Si fontem tantæ negligentiæ vel *curæ ſuperficiariæ* quærimus, vix alius oſtendi poteſt, quam quod plurimorum paſtorum cura ſit mere *mercenaria*: ideo plerique docent, confeſſiones audiunt, S. cœnam porrigunt, aliaque ſacra adminiſtrant, vt pingues reditus propterea percipere poſſint. Ita vero *ſe ipſos* magis paſcunt, quam *animas* ſibi commiſſas. Quid vero inde? ſcilicet per commendationem eccleſiæ viduatæ augetur labor, ſed non ſemper augentur reditus, quo ipſo fit, vt perfunctorie omnia agantur. Vult quidem CARPZOV. *lib. 1. I. E. def. 165.* præmio aliquo ſeu honorario illorum operam eſſe compenſandam, qui in vicini hactenus viduatæ eccleſiæ impenderunt; ſed *propter annum gratiæ*, viduæ liberisque debitum, vel parum vel nihil lucri ex commendatione illa habebunt, quin & in plurimis ordinationibus eccleſiaſticis, ſpeciatim vero in *ordin. eccl. Magd. c. 14. §. 7.* expreſſe diſponitur contrarium, daß die nechſt angeſeſſenen Paſtores ſo lange, bis das halbe Gnaden-Jahr zu Ende ꝛc. ohne Entgeld, und umſonſt willig thun und verrichten, die Eingepfarreten aber ſelbige abholen, und eine Mittags-Mahlzeit zur Nothdurft reichen ſollen. Alibi aliter res determinata eſt. Similiter *in ordin. eccleſ.* der Wild- und Rhein-Grafſchaften *de anno 1693. cap. 2.* ita diſpoſitum, daß die nechſt-geſeſſenen Pfarrer ein viertel Jahr umſonſt, die übrige Zeit aber um gebührende Erkäntnis die vacirende Pfarre verſorgen ſollen. In aliis ordinationibus plane nihil determinatum, vnde dubium moueri poſſet, an *fiduciarii* in illis locis, vbi plane nihil ex reditibus illis aſſignatum eſt, de iure quid pro opera prætendere poſſint? quod aſſerendum videtur, ſi CARPZOVIO iudice cauſſa eſſet dirimenda. Ille enim *cit. def. 163.* contendit, æquum eſſe, vt aliquo præmio la-

Cur cura vicinorum pro eccleſia viduata ſit plerumque ſuperficiaria.

